







646635

Ks. J. Chudziński
Pelplin

RITUALE CULMENSE

RITUALI ROMANO

CONFORMATUM.



JUSSU ET AUCTORITATE

REVERENDISSIMI AC ILLUSTRISSIMI DOMINI

AUGUSTINI,
EPISCOPI CULMENSIS,

EDITUM.



PELPLINI.

IN CANCELLARIA EPISCOPALI.

MCMIX.

RATISBONÆ. EX OFFICINA FR. PUSTET.

RITUALE
CULMENSE

RITUALI ROMANO

CONCORDATA

— 1817 —

JUSSU ET AUCTORITATE

BEATISSIMI AC ILIUSSTRISSIMI PATRIARCHE

AUGUSTINI

EPISCOPI CULMENSIS

EDITUM



IN CAPELLA EPISCOPALI

1817

EX OFFICINA PERPETUA

928478

D.450/2007

ANASTASIUS SEDLAG

DEI MISERATIONE ET S. SEDIS APOSTOLICÆ GRATIA

EPISCOPUS CULMENSIS ETC.

OMNIBUS ET SINGULIS DIŒCESEOS CULMENSIS ANIMARUM
PASTORIBUS, ALIISQUE SACRORUM MINISTRIS SALUTEM ET
BENEDICTIONEM IN DOMINO SEMPITERNAM!

—1863—



Pensantes verba Principis Apostolorum: „Unusquisque sicut accepit gratiam, in alterutrum illam administrantes, sicut boni dispensatores multiformis gratiæ Dei, si quis loquitur, quasi sermones Dei: si quis ministrat, tamquam ex virtute, quam administrat Deus: ut in omnibus honorificetur Deus per Jesum Christum“ (1. Petr. 4, 10.—11.). Vos, dilectissimi in Christo Fratres et Filii! paterna charitate, qua Vos amplectimur, admonere exhortarique cogimur, ut nunquam immemores effati: „sic nos existimet homo ut ministros Christi et dispensatores mysteriorum Dei“ (1. Cor. 4, 1.), „Sancta sancte tractetis,“ simulque, ut idem Apostolus ait (1. Cor. 4, 2.), „fideles inveniamini.“ Vobis enim sunt credita ista Dei Sancta; Vos estis istorum mysteriorum Dei et dispensatores et interpretores; Vos ministri Christi, qui iudicaturus est vivos et mortuos, illius Domini supremi et summi Pastoris, qui secundum ineffabilem suam gratiam Vos vocavit, ut „pascatis, qui in vobis est, gregem Dei, providentes non coacte sed voluntarie.“ (1. Petr. 5, 2.)

Ut autem bene sciatis rationem, qua, licet bene riteque instructi de ordine modoque observando, Sancta ista administraretis, huncce Librum Sacrorum Rituum confici curavimus, hocce spectantes, ut ordo, ab antiquis a Matre nostra Sancta Ecclesia Romana observatus atque retentus, ubique locorum in Diœcesi, curæ ac sollicitudini Nostræ commissa, servetur; ut quævis diversitas, quæ in singulis Diœcesis dictæ partibus iisdem olim aliarum Diœcesium fortasse viguit, ex toto cesset, et quodvis discrimen, Uni-

tati sanctæ repugnans, ex eadem causa forsitan ortum, penitus discedat.

Inhærentes enim vestigiis Apostolicæ Traditionis, Canonesque sacros observantes, ut omnia rite, digneque perficere valeatis, rationes modosque et Ritus sacros designavimus, simul admonentes cum Apostolo: „Depositum custodite, devitantes profanas vocum novitates et oppositiones falsi nominis scientiæ.“ (1. Tim. 6, 20.) Multi enim, qui relicto sacro ordine componere ausi sunt, quod S. Ecclesia sola auctoritate sua instituere potest, huc illucve aberrantes profana Sacris admiscere, Sacraque profanare et ritibus et ceremoniis et verbis circumdare conati sunt, quæ simul sensui ecclesiastico aliena, temeritatem istorum auctorum ab Ecclesia damnatam ostendunt. Ne seducamini a talibus novatoribus, sed retineatis et observetis, quæ ab Ecclesia S. constituta, approbata atque sancita sunt. Constat enim, et cæremonias sine peccato prætermitti non posse, nisi aliud facere ipsa necessitas cogat: hoc vero a primis usque Ecclesiæ temporibus semper servatum est, ut S. Sacramenta solemnibus cæremoniis ministrarentur (Cat. Rom. p. II. c. 1. qu. 18). Quis ergo est, qui mutare, alia dicere, ut proferri solet, corrigere, emendare audeat, quin præseferat istam superbiam falsæ scientiæ, qua seductus et efflatus Unitatem Ecclesiæ sanctam violat, vinculum istius Unitatis dirumpit, ordinem solvit? An tales vim cæremoniarum, quibus singula Sacramenta conficiuntur, cognitam et perspectam habeant? O utinam omnem curam et diligentiam adhibeant, ut ad sublimium rerum cognitionem erecti fidem in semetipsis et charitatem excitent, ut harum rerum sanctitatem in animos fidelium altius imprimant! (Cat. Rom. l. c.)

Idem observandum esse in omnibus istis, quæ ad Sacramenta stricte non pertinent, sed Sacramentalia vocari definirique solent, haud Vos fugiet. Quomodo enim benedicet, cujus animus benedictione plenus non invenitur? Quomodo preces fundere, invocare, supplex orare poterit, qui spiritu charitatis caret? Videte ergo, dilectissimi Fratres et Filii! ut bene fungamini officio Vestro atque munere, necquid negligentes, quod ad sacrum Vestrum pertinet Ministerium.

Quapropter inhibemus, interdicimus et vetamus omnem et quemcumque usum aliorum librorum Ritualium sub quocumque prætextu, mandantes, ut quivis sacerdos in hacce Diœcesi Culmensi nonnisi hoc ipso a Nobis approbato ac constituto Rituali libro utatur.

At viderint pastores aliive S. Sacramentorum ministri, admonemus Vos voce ecclesiastica (Cat. Rom. p. II. c. l. qu. 20.), ne satis sibi esse arbitrentur, si, posthabita morum integritate ac conscientiae munditia, illud tantum cogitent, quomodo S. Sacramenta, ab illis rite ministrentur; id enim etsi diligenter curandum sit, in hoc tamen omnia, quæ ad eam functionem pertinent, posita non sunt. Meminisse autem semper debetis, S. Sacramenta divinam quidem virtutem, quæ illis inest, nunquam amittere, at vero impure ea ministrantibus æternam perniciem et mortem afferre. „Sancta enim,“ quod semel atque iterum ac sæpius admonere oportet, „sancte et religiose tractanda sunt.“ „Peccatori enim,“ ut est apud Prophetam (Ps. 49, 16 seq.), dixit Deus: „quare tu enarras justitias meas et assumis testamentum meum per os tuum: tu vero odisti disciplinam.“ Quod si homini peccatis contaminato minus licet de rebus divinis agere, quantum ab eo scelus concipi existimandum erit, qui sibi multorum scelerum conscius est, nec tamen sacra mysteria polluto ore conficere, vel in fœdas manus sumere, contrectare atque aliis porrigere et ministrare vereatur? Vos igitur, sacrarum rerum Ministri, imprimis sanctitatem sectemini, puri ad S. Sacramenta ministranda accedatis, atque ita Vos ad pietatem exerceatis, ut ex eorum frequente tractatione et usu haud levitatem, lentitudinem et irreverentiam, sed uberiolem in dies gratiam, adjuvante Deo, consequamini.

Deus repleat nos omni bono, ut abundemus in spe et virtute Spiritus Sancti. Amen.

Datum in ædibus Nostris Episcopalibus Pelplini in vigilia SS. Petri et Pauli Apostolorum 1850.

LEO

MISERATIONE DIVINA ET SANCTÆ SEDIS APOSTOLICÆ GRATIA EPISCOPUS CULMENSIS

VENERABILI CLERO ECCLESIAE CULMENSIS
SALUTEM A DEO ET BENEDICTIONEM.

Ritualis Culmensis a Decessore Nostro p. m. Episcopo Anastasio Sedlag anno 1850 editi cum omnia exemplaria sint divendita, Nostræ sollicitudinis esse arbitrati providere, ut in Ecclesia Culmensi Nobis concredita omnia „honeste et secundum ordinem“ fierent, novam editionem adornare studuimus. Quæ ut assequeremur, Rituale Romanum ducem et tamquam publicam obsignatamque normam secuti sumus non tamen neglectis consuetudinibus, quæ in Diœcesi Nostra e vetere memoria sunt laudabiles et rationabiles neque ritibus Ecclesiæ universalis repugnantes.

Præter hoc Rituale Diœcesanum in posterum nullum aliud, Fratres carissimi, in Sacramentorum administratione aliisque ecclesiasticis functionibus a Vobis adhiberi licebit. Quam ob rem quæ in Rituali præscribuntur, sedulo sunt et consideranda et observanda. Verbis igitur Spiritus Sancti moneo Vos: „Discite ea et opere complete“ (Deut. 5, 1) neve quemquam pudeat, etiamsi provectoris fortasse sit ætatis, Cæremonias studiose discere ac Rubricas per diligentem legere. „Ad discendum, quod opus est“, ait S. Augustinus, „nulla mihi ætas sera videri potest: quia etsi senes magis deceat docere quam discere, magis tamen decet discere quam ignorare.“

Conficiamus Cæremonias diligentissime: indagemus earum, quæ inest, significationem semperque demus operam, „ut eas fideles intellegant certoque sibi persuadeant, si minus necessariæ sint, plurimi tamen faciendas magnoque in honore esse oportere“ (Catech. Rom.). Agitur enim de opere Dei, quod digne, attente, devote persolvi oportet. Religiosissime igitur servemus, quoscumque S. Mater Ecclesia præscripsit, sacros Ritus ac Cæremonias. E

studio enim a nobis impenso metiri licet, quæ nostra erga Deum sit fides et pietas, quæ vocationis æstimatio ac religio, qui denique zelus domus Dei. „Maledictus, qui facit opus Domini fraudulenter“ (Jer. 48, 10), e contrario bonus et fidelis vocatur servus, qui super pauca fuit fidelis et super multa constituetur. (Matth. 25, 21.)

Cum Cæremoniæ Sacramentorum sanctitatem ante oculos nobis ponant et in animos fidelium altius imprimant, sancta sancte tractanda sunt. Deinde mentes eorum, qui Cæremonias intuentur et diligenter observant, ad sublimium rerum cogitationem eriguntur fidesque in eis et caritas excitantur (Cat. Rom.). Natura enim hominum ea est, ut non facile queat sine adminiculis exterioribus ad rerum divinarum meditationem sustolli. Propterea pia Mater Ecclesia Ritus quosdam instituit Cæremoniasque adhibuit, ut per hæc visibilia religionis et pietatis signa mentes fidelium ad rerum altissimarum contemplationem excitarentur. (Conc. Trid. sess. XXII. c. V.)

Quæ cum ita sint, Deo Optimo Maximo adjuvante fiat quod maxime in hac Ritualis editione volumus: Glorificetur Deus solemnibus Cæremoniis devota gravitate et gravi devotione obeundis (Ludov. Blosius); umbra sit solemnitas præsens venturæ solemnitatis (S. Greg. Magn.) et æternorum quoddam præsagium gaudiorum (Thom. a Kempis); administrentur magna cum religione ac sanctitate sacramenta ac veluti ante oculos ponantur illa et eximia dona, quæ in eis continentur et in animos fidelium immensa Dei beneficia firma ac constanter imprimantur. (Cat. Rom.)

„Quod recte colitur Deus, homini prodest, non Deo; neque enim quisquam fonti dixerit profuisse, si biberit, aut luci, si viderit“ (S. Augustinus de Civitate Dei).

Datum Pelplini in ædibus Episcopalibus
die 1. Julii 1894.

✠ Leo,
Episcopus Culmensis.

AUGUSTINUS

DEI MISERATIONE ET SANCTÆ SEDIS APOSTOLICÆ GRATIA
 EPISCOPUS CULMENSIS

VENERABILI CLERO SUO SALUTEM ET BENEDICTIONEM
 A DOMINO!



—♦♦♦—
 Cum typis iterum reimprimendi Rituale Culmense necessitas suborta sit, exemplum prædecessorum nostrorum secuti, universa et singula ad Rituale Romanum accommodare et ad normam recentiorum S. R. C. decretorum ordinare studuimus, non posthabitis consuetudinibus et ritibus Diœcesi nostræ propriis, in quantum Rituali Romano conformes esse censebantur, prout vult Decretum S. R. C. 7. Aprilis 1832 (2689).

Quapropter renovantes monita et mandata, quæ in litteris decessorum Nostrorum p. m. Episcopi Anastasii Sedlag de die 28. Junii 1850 et Episcopi Leonis Redner de die 1. Julii 1894 prostant, hortamur Vos in Domino, ut in posterum tamquam filii obedientissimi hocce Rituale Culmense in sacris functionibus convenienter adhibeatis atque in re tanti momenti inviolate observetis.

Datum Pelplini in ædibus Nostris Episcopalibus
 die 21. Novembris 1908.

✠ Augustinus,
 Episcopus Culmensis.


PARS PRIMA.

DE SACRAMENTIS EORUMQUE ADMINISTRATIONE,
EXSEQUIIS ET BENEDICTIONIBUS.

Dedit Dñs Moysi duas tabulas



testimonii lapideas. Ex. 31, 18.



Ut tempus affuit, quo sol reful-



sit, accensus est. 2. Mach. 1, 22.



TITULUS I.
CAPUT UNICUM.
 DE IIS
**QUÆ IN ADMINISTRATIONE SACRAMENTORUM
 GENERALITER SERVANDA SUNT.**

UT ea, quæ ex antiquis catholicæ Ecclesiæ institutis, et sacrorum Canonum, Summorumque Pontificum Decretis, de Sacramentorum Ritibus ac Cæremoniis hoc libro præscribuntur, qua par est diligentia ac religione custodiantur, et ubique fideliter observentur; illud ante omnia scire, et observare convenit, quod Sacrosancta Tridentina Synodus de iis Ritibus decrevit in hæc verba: „*Si quis dixerit, receptos et approbatos Ecclesiæ Catholicæ ritus in solemnibus Sacramentorum administratione adhiberi consuetos, aut contemni, aut sine peccato a Ministris pro libito omitti, aut in novos alios per quemcumque Ecclesiarum Pastorem mutari posse: anathema sit.*“
Sess. 7. Can. 13.

2. Cum igitur in Ecclesia Dei nihil sanctius, aut utilius, nihilque excellentius, aut magis divinum habeatur, quam Sacramenta ad humani generis salutem a Christo Domino instituta, Parochus, vel quivis alius Sacerdos, ad quem eorum administratio pertinet, meminisse in primis debet, se sancta tractare, atque omni fere temporis momento ad tam sanctæ administrationis officium paratum esse oportere.

3. Quamobrem illud perpetuo curabit, ut integre, caste, pieque vitam agat; nam etsi Sacramenta ab impuris coinquinari non pos-

sint, neque a pravis Ministris eorum effectus impediri: impure tamen et indigne ea ministrantes, in æternæ mortis reatum incurrunt. Sacerdos ergo, si fuerit peccati mortalis sibi conscius (quod absit) ad Sacramentorum administrationem non audeat accedere, nisi prius corde pœniteat; sed si habeat copiam Confessarii, et temporis locique ratio ferat, convenit confiteri.

4. Quacumque diei ac noctis hora ad Sacramenta ministranda vocabitur, nullam officio suo præstando (præsertim si necessitas urgeat) moram interponat. Ac propterea populum sæpe, prout sese offeret occasio, præmonebit, ut cum sacro ministerio opus fuerit, se quamprimum advocet, nulla temporis, aut cujuscumque incommodi habita ratione.

5. Ipse vero, antequam ad hujusmodi administrationem accedat, paululum, si opportunitas dabitur, orationi, et sacræ rei, quam acturus est, meditationi vacabit, atque ordinem ministrandi, et cæremonias pro temporis spatio prævidebit ac perleget.

6. In omni Sacramentorum administratione superpelliceo sit indutus, et desuper stola ejus coloris, quem Sacramenti Ritus exposcit; nisi in Sacramento Pœnitentiæ ministrando occasio, vel consuetudo, vel locus interdum aliter suadeat.

7. Adhibebit quoque unum saltem, si habeat, vel plures Clericos, prout loci et Sacramenti ratio postulabit, decenti habitu, et superpelliceo pariter indutos.

8. Curabit etiam, ut sacra supellex, vestes, ornamenta, lintamina, et vasa ministerii integra, nitidaque sint et munda.

9. In Sacramentorum administratione eorum virtutem, usum, ac utilitatem, et cæremoniarum significationes, ut Concilium Tridentinum præcipit, ex sanctorum Patrum et Catechismi Romani doctrina, ubi commode fieri poterit, diligenter explicabit.

10. Dum Sacramentum aliquod ministrat, singula verba, quæ ad illius formam et ministerium pertinent, attente, distincte, et pie, atque clara voce pronuntiabit. Similiter et alias orationes et preces devote ac religiose dicet; nec memoriæ, quæ plerumque labitur, facile confidet, sed omnia recitabit ex libro. Reliquas præterea cæremonias ac ritus ita decenter, gravique actione peraget, ut astantes ad coelestium rerum cogitationem erigat, et attentos reddat.

11. Ad ministrandum procedens, rei, quam tractaturus est, intentus sit, nec de iis, quæ ad ipsam non pertinent, quidquam cum alio colloquatur; in ipsaque administratione actualem attentionem

habere studeat, vel saltem virtualem, cum intentione faciendi, quod in eo facit Ecclesia.

12. Illud porro diligenter caveat, ne in Sacramentorum administratione aliquid quavis de causa vel occasione, directe vel indirecte exigat, aut petat; sed ea gratis ministret, et ab omni simoniæ, atque avaritiæ suspicione, nedum crimine, longissime absit. Si quid vero nomine eleemosynæ, aut devotionis studio, peracto jam Sacramento, sponte a fidelibus offeratur, id licite pro consuetudine locorum accipere poterit, nisi aliter Episcopo videatur.

13. Fidelibus alienæ Parochiæ Sacramenta non ministrabit, nisi necessitatis causa, vel de licentia Parochi, seu Ordinarii.

14. Omnes autem, qui Sacramenta suscipiunt, loco et tempore opportuno monebit, ut remoto inani colloquio, et habitu actuque indecenti, pie ac devote Sacramentis intersint, et ea, qua par est, reverentia suscipiant.

15. Librum hunc Ritualem (ubi opus fuerit) semper cum ministrabit, secum habeat, ritusque et cæremonias in eo præscriptas diligenter servabit.

16. Ceterum illorum tantum Sacramentorum, quorum administratio ad Parochos pertinet, ritus hoc opere præscribuntur, cujusmodi sunt: Baptismus, Pœnitentia, Eucharistia, Extrema unctio, et Matrimonium. Reliqua vero duo Sacramenta Confirmationis, et Ordinis, cum propria sint Episcoporum, ritus suos habent in Pontificali præscriptos. Et ea, quæ de iis, atque aliis Sacramentis scire, servare, et docere Parochi debent, cum ex aliis libris, tum præcipue ex Catechismo Romano sumi possunt. Siquidem hic de iis fere tantum agere instituti operis ratio postulat, quæ ad ipsorum quinque Sacramentorum ritus pertinent.

17. Postremo quisquis Sacramenta administrare tenetur, habeat libros necessarios ad officium suum pertinentes, eosque præsertim, in quibus variarum parochialium functionum notæ ad futuram rei memoriam describuntur.








TITULUS II.

CAPUT 1.

DE SACRAMENTO BAPTISMI

RITE ADMINISTRANDO.



Sacrum Baptisma, christianæ religionis et æternæ vitæ janua, quod inter alia novæ Legis Sacramenta a Christo instituta primum tenet locum, cunctis ad salutem necessarium esse, ipsa Veritas testatur illis verbis: „*Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu Sancto, non potest introire in regnum Dei,*“ (Joan. 3). Itaque summa ad illud opportune, riteque administrandum ac suscipiendum diligentia adhibenda est.

2. Cum autem ad hoc Sacramentum conferendum alia sint de jure divino absolute necessaria, ut materia, forma, minister; alia ad illius solemnitatem pertineant, ut ritus, ac cæremoniæ, quas ex Apostolica et antiquissima traditione acceptas et approbatas, nisi necessitatis causa, omittere non licet; de iis aliqua præmonenda sunt, ut sacrum hoc ministerium rite ac sancte peragatur.

De Materia Baptismi.

3. **A**c primum intelligat Parochus, cum hujus Sacramenti materia sit aqua vera ac naturalis, nullum alium liquorem ad id adhiberi posse. Aqua vero solemniter Baptismi sit eo anno benedicta in Sabbato Sancto Paschatis, vel* Sabbato Pentecostes, quæ in fonte mundo nitida et pura diligenter conservetur; et hæc, quando nova benedicenda est, in Ecclesiæ, vel potius Baptisterii sacrarium effundatur. Si aqua benedicta tam imminuta sit, ut minus sufficere

* Aquam baptismalem in parochiis esse benedicendam in Sabbatis Paschæ et Pentecostes, decrevit S. R. C. 13. Apr. 1874 (3331).

videatur, alia non benedicta admisceri potest, in minori tamen quantitate. Si vero corrupta fuerit, aut effluxerit, aut quovis modo defecerit, Parochus in fontem bene mundatum ac nitidum, recentem aquam infundat, eamque benedicat ex formula, quæ infra præscribitur. Sed si aqua congelata sit, curetur, ut liquefiat: sin autem ex parte congelata sit, aut nimium frigida, poterit parum aquæ naturalis non benedictæ calefacere, et admiscere aquæ baptismali in vasculo ad id parato, et ea tepefacta ad baptizandum uti, ne noceat infantulo.

De Forma Baptismi.

4. **Q**uoniam Baptismi forma his verbis expressa: „*Ego te baptizo in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti*, omnino necessaria est, ideo eam nullo modo licet mutare, sed eadem verba uno et eodem tempore, quo fit ablutio, pronuntianda sunt. Latinus Presbyter latina forma semper utatur. Cum Baptismum iterare nullo modo liceat, si quis sub conditione (de quo infra) sit baptizandus, ea conditio explicanda est hoc modo: „*Si non es baptizatus, ego te baptizo in nomine Patris etc.*“ Hac tamen conditionali forma non passim aut leviter uti licet, sed prudenter; et ubi, re diligenter pervestigata, probabilis subest dubitatio, infantem non fuisse baptizatum.

5. Baptismus licet fieri possit aut per infusionem aquæ, aut per immersionem, aut per aspersionem; primus tamen modus, qui magis est in usu, retineatur; ita ut trina ablutione caput baptizandi perfundatur, in modum crucis uno et eodem tempore, quo verba proferuntur, et idem sit aquam adhibens et verba pronuntians. Cum Baptismus fit per infusionem aquæ, cavendum est, ne aqua ex infantis capite in fontem defluat, sed in aliquo vase ad hunc usum parato recepta, in Ecclesiæ sacrarium effundatur.

De Ministro Baptismi.

6. **L**egitimus quidem Baptismi minister est Parochus, vel alius Sacerdos a Parocho, vel ab Ordinario loci delegatus; sed quoties infans, aut adultus versatur in vitæ periculo, potest sine solemnitate a quocumque baptizari in qualibet lingua, sive clerico, sive laico etiam excommunicato, sive fidei, sive infidei, sive catholico, sive hæretico, sive viro, sive femina, servata tamen forma et intentione Ecclesiæ.

7. Sed si adsit Sacerdos, Diacono præferatur, Diaconus Subdiacono, Clericus Laico, et vir feminæ, nisi pudoris gratia deceat feminam potius, quam virum baptizare infantem non omnino editum, vel nisi melius femina sciret formam et modum baptizandi. Quapropter curare debet Parochus, ut fideles, præsertim obstetrices, rectum baptizandi ritum probe teneant et servent.

8. Pater aut mater propriam prolem baptizare non debet, præterquam in mortis articulo, quando alius non reperitur, qui

baptizet; neque tunc ullam contrahunt cognationem, quæ matrimonii usum impediatur.

De baptizandis Parvulis.

9. **O**pportune Parochus hortetur eos, ad quos ea cura pertinet, ut natos infantes, sive baptizandos, sive baptizatos, quamprimum fieri poterit, et qua decet Christiana modestia sine pompæ vanitate deferant ad Ecclesiam, ne illis Sacramentum tantopere necessarium nimium differatur cum periculo salutis, et ut iis, qui ex necessitate privatim baptizati sunt, consuetæ cæremoniæ, ritusque suppleantur, ommissa forma et ablutione.

10. Nemo in utero matris clausus baptizari debet. Sed si infans caput emiserit, et periculum mortis immineat, baptizetur in capite, nec postea, si vivus evaserit, erit iterum baptizandus. At si aliud membrum emiserit, quod vitalem indicet motum, in illo, si periculum impendeat, baptizetur; et tunc si natus vixerit, erit sub conditione baptizandus eo modo, quo supra dictum est: „*Si non es baptizatus, ego te baptizo in nomine Patris etc.*“ Si vero ita baptizatus, deinde mortuus prodierit ex utero, debet in loco sacro sepeliri.

11. Si mater prægnans mortua fuerit, foetus quamprimum caute extrahatur, ac si vivus fuerit, baptizetur; si fuerit mortuus, et baptizari non potuerit, in loco sacro sepeliri non debet. Infantes expositi et inventi, si re diligenter investigata, de eorum baptismo non constat, sub conditione baptizentur.*

12. In monstris vero baptizandis, si casus eveniat, magna cautio adhibenda est, de quo si opus fuerit, Ordinarius loci, vel alii periti consulantur, nisi mortis periculum immineat.

13. Monstrum, quod humanam speciem non præseferat, baptizari non debet; de quo si dubium fuerit, baptizetur sub hac conditione: „*Si tu es homo, ego te baptizo etc.*“

14. Illud vero, de quo dubium est, unane, aut plures sint personæ, non baptizetur, donec id discernatur: discerni autem potest, si habeat unum vel plura capita, unum vel plura pectora; tunc enim totidem erunt corda et animæ, hominesque distincti, et eo casu singuli seorsum sunt baptizandi, unicuique dicendo: „*Ego te baptizo etc.*“ Si vero periculum mortis immineat, tempusque non suppetat, ut singuli separatim baptizentur, poterit minister singulorum capitibus aquam infundens omnes simul baptizare, dicendo: „*Ego vos baptizo in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti.*“ Quam tamen formam in iis solum, et in aliis similibus mortis periculis, ad plures simul baptizandos, et ubi tempus non patitur, ut singuli separatim baptizentur, alias numquam, licet adhibere.

15. Quando vero non est certum in monstro esse duas personas, ut quia duo capita et duo pectora non habet bene distincta; tunc

* Idem dicendum de illis, qui schedulam habent de collato Baptismo testantem, nisi schedula habeat certitudinem.

debet primum unus absolute baptizari, et postea alter sub conditione, hoc modo: „*Si non es baptizatus, ego te baptizo in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti.*“

De Patrinis.

16. **P**arochus, antequam ad baptizandum accedat, ab iis, ad quos spectat, exquirat diligenter, quem, vel quos Susceptores seu Patrinos elegerint, qui infantem de sacro fonte suscipiant, ne plures quam liceat, aut indignos, aut ineptos admittat.

17. Patrinus unus tantum, sive vir, sive mulier, vel ad summum unus et una adhibeantur, ex decreto Concilii Tridentini, sed simul non admittantur duo viri, aut duæ mulieres, neque baptizandi pater, aut mater. Hos autem Patrinos saltem in ætate pubertatis, ac Sacramento Confirmationis consignatos esse, maxime convenit.

18. Sciant præterea Parochi, ad hoc munus non esse admitte-ndos infideles, aut hæreticos, non publice excommunicatos, aut interdictos, non publice criminosos, aut infames, nec præterea qui sana mente non sunt, neque qui ignorant rudimenta fidei. Hæc enim Patrini spirituales filios suos, quos de Baptismi fonte susceperint, ubi opus fuerit, oportune docere tenentur.

19. Præterea ad hoc etiam admitti non debent Monachi, vel Sanctimonialiales, neque alii cujusvis Ordinis Regulares a sæculo segregati.

De Tempore et Loco administrandi Baptismum.

20. **Q**uamvis Baptismus quovis tempore, etiam interdicti, et cessationis a Divinis, præsertim si urgeat necessitas, conferri possit; tamen duo potissimum ex antiquissimo Ecclesiæ ritu sacri sunt dies, in quibus solemnè cæremonia hoc Sacramentum administrari maxime convenit: nempe Sabbatum Sanctum Paschæ, et Sabbatum Pentecostes, quibus diebus Baptismalis Fontis aqua rite consecratur. Quem ritum, quantum fieri commode potest, in adultis baptizandis, nisi vitæ periculum immineat, retineri decet, aut certe non omnino prætermitti, præcipue in Metropolitanis aut Cathedralibus Ecclesiis.

21. At licet, urgente necessitate, ubique baptizare nihil impedit; tamen proprius Baptismi administrandi locus est Ecclesia, in qua sit Fons baptismalis, vel certe Baptisterium prope Ecclesiam. Itaque, necessitate excepta, in privatis locis nemo baptizari debet, nisi forte sint Regum, aut magnorum Principum filii, id ipsis ita deposcentibus, dummodo id fiat in eorum Capellis seu Oratoriis, et in aqua baptismali de more benedicta.

22. Baptisterium sit decenti loco et forma, materiaque solida, et quæ aquam bene contineat, decenter ornatum, et cancellis circumseptum, sera et clave munitum, atque ita obseratum, ut pulvis,

vel aliæ sordes intro non penetrent, in eoque, ubi commode fieri potest, depingatur imago sancti Joannis Christum baptizantis.

De sacris Oleis, et aliis requisitis.

23. **S**acrum Chrisma, et sanctum Oleum, quod et Catechumenorum dicitur, quorum usus est in Baptismo, eodem anno sint ab Episcopo de more benedicta Feria V. in Cœna Domini. Curet Parochus, ut ea suo tempore quamprimum habeat, et tunc vetera in Ecclesia comburat.

24. Veteribus Oleis, nisi necessitas cogat, ultra annum non utatur;* ac si deficere videantur, et Chrisma, aut Oleum benedictum haberi non possit, aliud Oleum de olivis non benedictum adjiciatur, sed in minori quantitate.

25. Chrisma, et Oleum sacrum sit in suis vasculis argenteis, aut saltem stanneis, bene obturatis: quæ vascula sint inter se distincta, et propriam unumquodque inscriptionem habeat, majusculis litteris incisam, ne quis error committatur. Ad usum vero quotidianum minora habeantur vascula ex argento, si fieri potest, aut stanno, sive separata, sive etiam conjuncta: apte tamen distincta, et bene cooperta, et cum suis inscriptionibus, ut supra, ne Parochus aberret, et unum pro altero sumat, quod cavere debet diligenter.

26. In ea igitur ex majoribus vasculis Chrismatis et Olei, quod sufficiat, infundatur, atque ut effusionis periculum caveatur, commodum erit, in his vasculis bombacium, seu quid simile habere, Oleo sacro, et Chrismate separatim perfusum, in quo pollex, cum opus est, ad inungendum immittatur.

27. Hæc vascula ita parata in loco proprio, honesto, ac mundo, sub clave, ac tuta custodia decenter asserventur, ne ab aliquo, nisi a Sacerdote, temere tangantur, aut eis sacrilege quisquam abuti possit.

28. Parochus, quantum fieri potest, curet, ne per laicos, sed per se, vel per alium Sacerdotem, vel saltem per alium Ecclesiæ ministrum hæc Olea deferantur: caveat item, ne de iis quidpiam ulli unquam tribuat cujusvis rei prætextu.

29. Sal, quod in os baptizandi immittendum est, sit benedictum sua peculiari benedictione, quæ infra præscribitur; neque utatur sale exorcizato ad benedicendum aquam; sitque prius bene confractum et attritum, siccum ac mundum. Sal ita benedictum nemini tradatur, neque etiam iis, qui benedicendum attulerint, reddatur, sed ad alios baptizandos servetur, aut in sacrarium abjiciatur.

30. Cum igitur Baptismi Sacramentum jam administrandum est, hæc in promptu esse debent:

31. Vascula sacri Olei Catechumenorum, et Chrismatis.

* Dum recenter consecrata non habeantur, infantes oleo et chrismate præcedentis anni ungenti sunt, neque omittenda est hæc cæremonia neve postea supplenda, quum novum oleum et novum chrisma recipiantur. S. R. C. 23. Sept. 1837.

32. Vasculum cum sale benedicendo, vel jam, ut dictum est, benedicto.

33. Vasculum, seu cochleare ex argento, vel alio metallo nitidum, ad aquam Baptismi fundendam super caput baptizandi, quod nulli præterea alii usui deserviat.

34. Pelvis, seu bacile ad excipiendam aquam ex capite defluentem, nisi statim in sacrarium defluat.

35. Gossipium, alio nomine bombacium, seu quid simile, ad abstergenda loca sacris Oleis inuncta.

36. Stolæ duæ, ubi commode haberi possunt, una violacea, et altera alba, ut infra notatur, mutanda, sin minus, una saltem adhibeatur.

37. Medulla panis, qua inuncti Sacerdotis digiti, cum manus lavat, abstergantur; et vas pro manuum lotionem post Baptismum, quod huic tantum usui deservire decet.

38. Alba vestis in modum pallioli, seu linteolum candidum infantis capiti imponendum.

39. Cereus, seu candela cerea, baptizato ardens tradenda.

40. Hic denique Ritualis liber sit paratus; et item liber Baptismalis, in quo baptizati describuntur.

41. Omnibus igitur opportune præparatis, Sacerdos ad tanti Sacramenti administrationem, lotis manibus, superpelliceo, et stola violacea indutus, accedat: Clericum unum, seu plures, si potest, secum adhibeat superpelliceo pariter indutos, qui sibi ministrent.

42. Ita paratus accedat ad limen Ecclesiæ, ubi foris expectant, qui infantem detulerunt.

43. Interroget (nisi de his bene sibi constet) an sit suæ parochiæ, masculus, an femina, an sit domi baptizatus, et a quo, et quam rite, et qui sint compadres, qui infantem teneant, pro eoque respondeant; quos pie ac decenter assistere, ac prout opus fuerit, pro baptizando ad interrogationes respondere admoneat.

44. Et quoniam iis qui baptizantur, tamquam Dei filiis in Christo regenerandis, et in ejus militiam adscribendis, nomen imponitur, curet, ne obscæna, fabulosa, aut ridicula, vel inanium deorum, vel impiorum ethnicorum hominum nomina imponantur, sed potius, quatenus fieri potest, Sanctorum, quorum exemplis fideles ad pie vivendum excitentur, et patrociniis protegantur.

45. His igitur expeditis, et accepto nomine baptizandi, positi, si infans fuerit, super brachium dextrum illius, qui eum defert; Parochus ad Baptismum procedat, in hunc modum nominatim interrogans.



CAPUT 2.
ORDO BAPTISMI PARVULORUM.

Sacerdos interrogat: N. Quid petis ab Ecclésia Dei?

Lingua vernacula:

N. Czego żądasz od Kościoła Bożego? | N. Was begehrtst du von der Kirche Gottes?

Respondet Patrinus: Fidem.

Lingua vernacula:

Wiary. | Den Glauben.

Sacerdos: Fides, quid tibi præstat?

Lingua vernacula:

Wiara coć dawa? | Was gewährt dir der Glaube?

Respondet Patrinus: Vitam ætérnam.

Lingua vernacula:

Żywot wieczny. | Das ewige Leben.

2. Sacerdos: Si igitur vis ad vitam ingredi, serva mandata. Diliges Dóminum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota ánima tua, et ex tota mente tua, et próximum tuum sicut teípsum.

3. Deinde ter exsufflet leniter in faciem infantis, et dicat semel: Exi ab eo (vel ab ea), immúnde spíritus, et da locum Spíritui Sancto Paráclito.

4. Postea pollice faciat signum Crucis in fronte, et in pectore infantis, dicens:

Accipe signum Crucis tam in fronte ✠, quam in corde ✠, sume fidem cœléstium præceptórum: et talis esto móribus, ut templum Dei jam esse possis.

Orémus.

Preces nostras, quæsumus Dómine, cleménte ex-aúdi, et hunc Eléctum tuum (hanc Eléctam tuam)

N. Crucis Domínicæ impressióne signátum (signátam) perpétua virtúte custódi: ut magnítudinis glóriæ tuæ rudiménta servans, per custódiam mandatórum tuórum ad regeneratiónis glóriam pervenire mereátur. Per Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

5. Deinde imponat manum super caput infantis, ac dicat:

Orémus.

Omnípotens, sempitérne Deus, Pater Dómini nostri Jesu Christi, respícere dignáre super hunc fámulum tuum (hanc fámulam tuam) **N.**, quem (quam)* ad rudiménta fidei vocáre dignátus es: omnem cæcitatém cordis ab eo (ea) expélle: disrúmpe omnes láqueos sátanæ, quibus fúerat colligátus (colligáta): áperi ei, Dómine, jánuam pietátis tuæ, ut signo sapiéntiæ tuæ imbútus (imbúta), ómnium cupiditátum foetóribus cáreat, et ad suávem odórem præceptórum tuórum lætus (læta) tibi in Ecclésia tua desérviat, et proficiat de die in diem.** Per eúndem Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

6. Deinde Sacerdos benedicat sal, quod semel benedictum alias ad eundem usum deservire potest.

Benedictio Salis.

Exorcízo te, creatúra salis, in nómine Dei Patris omnipoténtis ✠, et in caritaté Dómini nostri Jesu Christi ✠, et in virtúte Spíritus ✠ Sancti. Exorcízo te per Deum vivum ✠, per Deum verum ✠, per Deum sanctum ✠, per Deum ✠, qui te ad tutelam húmáni géneris procreávit, et pópulo veniénti ad credulitátem per servos suos consecrári præcépít, ut in nómine sanctæ Trinitátis efficiáris salutáre sacraméntum ad effugándum inimícum. Proínde rogámus te, Dómine Deus noster, ut hanc creatúram salis sanctificándo sanctifices ✠, et benedicéndo benedí-

* In splendens cæremoniis addatur: dudum.

** In splendens cæremoniis addatur: ut idóneus (vel idónea) sit frui grátia Baptísmi tui, quem suscépit, salis percépta medicína.

cas ✠, ut fiat ómnibus accipiéntibus perfécta medi-
cína, pérmanens in viscéribus eórum, in nómine ejús-
dem Dómini nostri Jesu Christi, qui ventúrus est
judicáre vivos et mórtuos, et sæculum per ignem.

R. Amen.

7. Deinde immittat modicum salis benedicti in os infantis,
dicens:

N. Accipe sal sapiéntiæ: propitiatio sit tibi in
vitam ætérnam. **R.** Amen.

Sacerdos: Pax tecum. **R.** Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Deus patrum nostrórum, Deus univérsæ cónditor
veritátis, te súpplices exorámus, ut hunc fámu-
lum tuum (hanc fámulam tuam) **N.** respícere digné-
ris propítius, et hoc * primum pábulum salis gustán-
tem non diútius esuríre permíttas, quo minus cibo
expleátur cœlésti, quátenus sit semper spíritu fer-
vens, spe gaudens, tuo semper nómini sérvians.**
Perduc eum (eam), Dómine, quæsumus, ad novæ
regeneratiónis lavácrum, ut cum fidélibus tuis pro-
missiόνum tuárum ætérna præmia cónsequi mereátur.
Per Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

Exorcízo te, immúnde spíritus, in nómine Patris ✠,
et Fílii ✠, et Spíritus Sancti ✠, ut éxeas, et recédas
ab hoc fámulo (hac fámula) Dei **N.:** Ipse enim tibi
ímperat, maledícite damnáte, qui pédibus super mare
ambulávit, et Petro mergénti déxteram porréxit.

Ergo, maledícite diabóle, recognósce senténtiam
tuam, et da honórem Deo vivo et vero, da honórem
Jesu Christo Fílio ejus, et Spíritui Sancto, et recéde
ab hoc fámulo (hac fámula) Dei **N.,** quia istum (istam)
sibi Deus et Dóminus noster Jesus Christus ad suam

* In supplendis cæremoniis omítte: primum.

** In supplendis cæremoniis sic dicatur: Et quem (quam) ad novæ
regeneratiónis lavácrum perduxísti, quæsumus Dómine, ut cum
fidélibus etc.

sanctam grátiam, et benedictiónem, fontémque Baptísmatis vocáre dignátus est.

8. *Hic pollice in fronte signat infantem, dicens:*

Et hoc signum sanctæ Crucis ✠, quod nos fronti ejus damus, tu maledícite diábole, numquam aúdeas violáre. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

9. *Mox imponit manum super caput infantis, et dicit:*

Orémus.

Ætérnam, ac justíssimam pietátem tuam déprecor, Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus, auctor lúminis et veritátis, super hunc fámulum tuum (hanc fámulam tuam) **N.**, ut dignéris illum (illam) illumináre lúmine intelligéntiæ tuæ: munda eum (eam), et sanctífica: da ei sciéntiam veram,* ut dignus (digna) grátia Baptísmi tui efféctus (effécta), téneat firmam spem, consílium rectum, doctrínam sanctam. Per Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

10. *Postea Sacerdos imponit extremam partem stolæ super infantem, et introducit eum in Ecclesiam, dicens:*

N. Ingrédere in templum Dei, ut hábeas partem cum Christo in vitam ætérnam. **R.** Amen.

11. *Cum fuerint Ecclesiam ingressi, Sacerdos procedens ad Fontem cum Susceptoribus conjunctim clara voce dicit:*

Credo in Deum, Patrem omnipoténtem, creatórem cœli, et terræ. Et in Jesum Christum, Fílium ejus únicum, Dóminum nostrum, qui concéptus est de Spíritu Sancto, natus ex María Vírgine, passus sub Póntio Piláto, crucifixus, mórtuus, et sepúltus; descéndit ad ínferos, tértia die resurréxit a mórtuis: ascéndit ad cœlos, sedet ad déxteram Dei Patris omnipoténtis: inde ventúrus est judicáre vivos, et

* *In suppleendis cæremoniis dicatur:* ut dignus (digna) sit frui grátia Baptísmi tui, quem suscepit; téneat firmam spem, consílium rectum, doctrínam sanctam, ut aptus (apta) sit ad retinéndam grátiam Baptísmi tui. Per Christum Dóminum nostrum.

mórtuos. Credo in Spíritum Sanctum; sanctam Ecclé-
siam Cathólicam; Sanctórum communiónem; remis-
siónem peccatórum; carnis resurrecciónem; vitam
ætétnam. Amen.

Pater noster, qui es in cœlis, sanctificétur nomen
tuum: advéniat regnum tuum: fiat volúntas tua,
sicut in cœlo, et in terra. Panem nostrum quoti-
diánum da nobis hódie: et dimitte nobis débita no-
stra, sicut et nos dimíttimus debitóribus nostris: et
ne nos indúcas in tentatiónem: sed líbera nos a
malo. Amen.

Lingua vernacula:

Wierzę w Boga Ojca
wszechmogącego, Stwo-
rzyciela nieba i ziemi. I
w Jezusa Chrystusa, Syna
jego jedynego, Pana na-
szego, który się począł z
Ducha Świętego, narodził
się z Maryi Panny; umę-
czon pod Pontskim Piła-
tem, ukrzyżowan, umarł i
pogrzebion; zstąpił do
piekłów, trzeciego dnia
zmartwychwstał; wstąpił
na niebiosa, siedzi na pra-
wicy Boga Ojca wszech-
mogącego; Z tamąd
przyjdzie sądzić żywych
i umarłych. Wierzę w
Ducha Świętego, Święty
Kościół katolicki, Świę-
tych obcowanie, grze-
chów odpuszczenie, cia-
ła zmartwychwstanie i
żywot wieczny. Amen.

Ich glaube an Gott den
Vater, den Allmächtigen,
Schöpfer Himmels und der
Erde, und an Jesum Chri-
stum, seinen eingebornen
Sohn, unsern Herrn, der
empfangen ist vom Heiligen
Geiste, geboren aus Maria
der Jungfrau, gelitten unter
Pontius Pilatus, gekreuzigt,
gestorben und begraben, abge-
stiegen zur Hölle, am dritten
Tage wieder auferstanden von
den Toten, aufgefahren in
den Himmel, sitzt zur rech-
ten Hand Gottes des all-
mächtigen Vaters, von dan-
nen er kommen wird zu rich-
ten die Lebendigen und die To-
ten. Ich glaube an den Heili-
gen Geist, die heilige katho-
lische Kirche, Gemeinschaft
der Heiligen, Nachlaß der
Sünden, Auferstehung des
Fleisches, und ein ewiges
Leben. Amen.

Ojcie nasz, któryś jest w niebiesiach! Święć się imię Twoje; przyjdź królestwo Twoje; bądź wola Twoja jako w niebie, tak i na ziemi; chleba naszego powszedniego daj nam dzisiaj; i odpuść nam nasze winy, jako i my odpuszczamy naszym winowajcom; i nie wódz nas na pokuszenie, ale nas zbaw ode złego. Amen.

Vater unser, der Du bist im Himmel, geheiligt werde Dein Name; zukomme uns Dein Reich; Dein Wille geschehe, wie im Himmel, also auch auf Erden; unser tägliches Brot gib uns heute; und vergib uns unsere Schuld, als auch wir vergeben unsern Schuldigern; und führe uns nicht in Versuchung, sondern erlöse uns von dem Übel. Amen.

12. *Ac deinde, antequam accedat ad Baptisterium, dicat:*

Exorcismus.

Exorcizo te, omnis spiritus immunde, in nomine Dei Patris omnipotentis ✠, et in nomine Jesu Christi Filii ejus, Domini et Judicis nostri ✠, et in virtute Spiritus Sancti ✠, ut discedas ab hoc plasmate Dei **N.**, quod Dominus noster ad templum sanctum suum vocare dignatus est, ut * fiat templum Dei vivi, et Spiritus Sanctus habitet in eo. Per eundem Christum Dominum nostrum, qui venturus est judicare vivos et mortuos, et seculum per ignem. **R.** Amen.

13. *Postea Sacerdos digito accipiat de saliva oris sui, et tangat aures et nares infantis: tangendo vero aurem dexteram et sinistram, dicat:*

Ephpheta, quod est, **A**daperire.

Deinde tangit nares, dicens:

In odorem suavitatis. Tu autem effugare diabole; appropinquabit enim judicium Dei.

14. *Postea interrogat baptizandum nominatim, dicens:*

N. **A**brénúntias sátanæ?

* In splendidis cæremoniis dicatur: fieret.

Lingua vernacula:

N. Odrzekasz się ducha | **N. Widersagst du dem złego?** | **Teufel?**

Respondet Patrinus: **Abrenúntio.**

Lingua vernacula:

Odrzekam. | **Ich widersage.**

Sacerdos rursus interrogat: **Et ómnibus opéribus ejus?**

Lingua vernacula:

I wszystkich spraw | **Und allen seinen Wer-**
jego? | **ken?**

Respondet Patrinus: **Abrenúntio.**

Lingua vernacula:

Odrzekam. | **Ich widersage.**

Sacerdos: **Et ómnibus pompis ejus?**

Lingua vernacula:

I wszelkiéj pychy jego? | **Und aller seiner Hoffart?**

Respondet Patrinus: **Abrenúntio.**

Lingua vernacula:

Odrzekam. | **Ich widersage.**

15. Deinde Sacerdos intingit pollicem in oleo Catechumenorum, et infantem ungit in pectore, et inter scapulas in modum crucis, dicens:

Ego te línio ✠ óleo salutis in Christo Jesu Dómino nostro, ut hábeas vitam ætérnam. R. Amen.

16. Hic deponit stolam violaceam, et sumit aliam albi coloris.

17. Postea pollicem et inuncta loca abstergit bombacio, vel re simili. Et interrogat expresso nomine baptizandum, Patrino respondente:

N. Credis in Deum Patrem omnipoténtem, Creatórem cœli et terræ? R. Credo.

Lingua vernacula:

N. Wierzysz w Boga | **N. Glaubst du an Gott**
Ojca wszechmogącego, | **den Vater, den Allmächtigen,**
Stworzyciela nieba i ziemi? | **Schöpfer Himmels und der**
R. Wierzę. | **Erde? R. Ich glaube.**

Sacerdos:

Credis in Jesum Christum, Filium ejus únicum, Dóminum nostrum, natum, et passum? **R.** Credo.

Lingua vernacula:

Wierzysz w Jezusa Chrystusa, Syna Jego jedynego, Pana naszego, narodzonego i umęczonego?

R. Wierzę.

Glaubst du an Jesum Christum, seinen eingebornen Sohn, unsern Herrn, der geboren ist und gelitten hat?

R. Ich glaube.

Sacerdos:

Credis in Spíritum Sanctum, sanctam Ecclesiam Cathólicam, Sanctórum communionem, remissionem peccatórum, carnis resurrectionem, et vitam ætérnam? **R.** Credo.

Lingua vernacula:

Wierzysz w Ducha Świętego, święty Kościół powszechny, Świętych obcowanie, grzechów odpuszczenie, ciała zmartwychwstanie i żywot wieczny?

R. Wierzę.

Glaubst du an den Heiligen Geist, die heilige katholische Kirche, Gemeinschaft der Heiligen, Nachlaß der Sünden, Auferstehung des Fleisches und ein ewiges Leben?

R. Ich glaube.

18. Subinde expresso nomine baptizandi, Sacerdos dicit:

N. Vis baptizári?

Lingua vernacula:

N. Chcesz być ochrzczonym? — ochrzczoną?

N. Willst du getauft werden?

Respondet Patrinus: **Volo.**

Lingua vernacula:

Chcę.

Ja, ich will.

19. (Hic moneantur Patrini, ut infantem manu tangant, et hoc pacto ipsum de sacro fonte levant ac suscipiant.)

20. Tunc Patrino, vel Matrino, vel utroque (si ambo admittantur) infantem tenente, Sacerdos vasculo, seu urceolo accipit aquam baptismalem, et de ea ter fundit super caput infantis in modum crucis, et simul verba proferens, semel tantum distincte et attente dicit:

N. Ego te baptízo in nómine Patris ✠ (fundat primo), et Fílii ✠ (fundat secundo), et Spíritus Sancti ✠ (fundat tertio).

21. Si vero dubitatur, an infans fuerit baptizatus, utatur hac forma:

N. Si non es baptizátus (vel baptizáta), ego te baptízo in nómine Patris ✠, et Fílii ✠, et Spíritus Sancti ✠.*

22. Deinde intingit pollicem in sacro Chrismate, et ungit infantem in summitate capitis in modum crucis, dicens:

Deus omnípotens, Pater Dómini nostri Jesu Christi, qui te regenerávit ex aqua et Spíritu Sancto, quique dedit tibi remissionem ómnium peccatórum, (hic inungit) ipse te líniat Chrismate salutis ✠ in eódem Christo Jesu Dómino nostro in vitam ætérnam.

R. Amen.

Sacerdos: **Pax** tibi. **R.** Et cum spíritu tuo.

23. Tum bombacio, aut re simili abstergit pollicem suum, et locum inunctum, et imponit capiti ejus linteolum candidum loco vestis albæ, dicens:

Accipe vestem cándidam, quam immaculátam pérferas ante tribúnal Dómini nostri Jesu Christi, ut hábeas vitam ætérnam. **R.** Amen.

24. Postea dat ei vel Patrino candelam accensam, dicens:

Accipe lámpadem ardéntem, et irreprehensíbilis custódi Baptísmum tuum: serva Dei mandáta, ut, cum Dóminus vénerit ad núptias, possis occurrere ei una cum ómnibus Sanctis in aula cœlésti, habeásque vitam ætérnam, et vivas in sæcula sæculórum.

R. Amen.

25. Postremo dicit:

N. Vade in pace, et Dóminus sit tecum.

R. Amen.

* Qui indistincte absque prævia inquisitione domi ab obstetricibus vel aliis baptizatos in Ecclesia baptizant, etiam sub conditione, sciant se magni sacrilegii periculum subire, et eam maculam suscipere, quam divinarum rerum Scriptores Irregularitatem vocant. Catech. Rom. P. II. cap. 2. n. 57.

26. Si vero fuerint plures baptizandi, sive masculi, sive feminae, in catechismo masculi statuuntur ad dexteram, feminae vero ad sinistram; et omnia pariter dicantur ut supra, in proprio genere, et numero plurali. Verum prima nominis interrogatio, exsufflatio, Crucis impressio, seu signatio, tactus aurium et narium cum saliva, abrenuntiationis interrogatio, unctio Olei Catechumenorum, interrogatio de Fide, seu Symbolo, et ipse Baptismus, inunctio Christatis, candidae vestis impositio, atque accensae candelae traditio, singulariter singulis, et primum masculis, deinde feminis fieri debent.

27. Si infans, vel adultus aegrotus adeo graviter laboret, ut periculum immineat, ne pereat antequam Baptismus perficiatur, Sacerdos, omissis, quae Baptismum praecedunt, eum baptizet, ter, vel etiam semel infundens aquam super caput ejus in modum crucis, dicens: Ego te baptizo etc. ut supra, pag. 21.

28. Si non habeatur aqua Baptismalis, et periculum impendeat, Sacerdos utatur aqua simplici.

29. Deinde si habeat Chrisma, liniat eum in vertice, dicens: Deus omnipotens, Pater Domini nostri etc. ut supra, pag. 21.

30. Postea dat linteolum candidum, dicens: Accipe vestem candidam, etc. ut supra, pag. 21.

31. Ac demum dat ceream ei candelam accensam, dicens: Accipe lampadem ardentem, etc. ut supra, pag. 21.


32. Si supervixerit, suppleantur alii ritus omissi.

33. Admonendi sunt Susceptores de spirituali cognatione, quam contraxerunt cum Baptizato Baptizatique patre et matre; quae cognatio impedit matrimonium ac dirimit. Qui vero aliorum nomine et ex eorum procuratione Patrini aut Matrinae personam gerunt, illam non contrahunt, sed ii, quorum nomine agunt.

34. Curet Parochus parentes infantis admoneri, ne in lecto secum ipsi vel nutrices parvulum habeant, propter oppressionis periculum, sed eum diligenter custodiant, et opportune ad Christianam disciplinam instituant.

35. Commonendi sunt etiam parentes et alii, si opus fuerit, ne filios hebraeis aliisque infidelibus vel haereticis mulieribus ullo modo lactandos aut nutriendos tradant.

36. Antequam infans ex Ecclesia asportetur, aut susceptores discedant, eorum nomina et alia de administrato Baptismo ad praescriptam formam in baptismali libro Parochus accurate describat.



CAPUT 3.
DE BAPTISMO ADULTORUM.

SI quis adultus sit baptizandus, debet prius, secundum Apostolicam regulam, in christiana fide, ac sanctis moribus diligenter instrui, et per aliquot dies in operibus pietatis exerceri, ejusque voluntas et propositum sæpius explorari, et nonnisi sciens et volens, probeque instructus baptizari.

2. At vero si quis, dum instruitur, in mortis periculum incidat, baptizarique voluerit, habita ratione periculi vel necessitatis, baptizetur.

3. Decet autem hujusmodi Baptismum, ex Apostolico instituto, in Sabbato Sancto Paschatis, vel Pentecostes solemniter celebrari.

4. Quare si circa hæc tempora Catechumeni sint baptizandi, in præfatos dies, si nihil impediat, Baptismum differri convenit.

5. Verum si circa, seu post tempus Pentecostes aliqui conversi fuerint, qui ægre ferant suum Baptismum in longum tempus differri, et ad illud festinent, instructique, ac rite parati esse noscantur, citius baptizari possunt.

6. Catechumenus instructus baptizetur in Ecclesia, seu in Baptisterio, Patrinus ei assistat, et ipse Catechumenus ad Sacerdotis interrogationes respondeat, nisi mutus fuerit, aut omnino surdus, vel ignotæ linguæ; quo casu vel per Patrinum, si illam intelligat, aut alium interpretem, vel nutu consensum explicet suum.

7. Pro hujus autem veneratione Sacramenti, tam Sacerdotem, qui adultos baptizabit, quam ipsos adultos, qui sani sunt, convenit esse jejunos. Quare non post epulas, aut prandia, sed ante meridiem (nisi ex rationabili causa aliter faciendum esset) eorum Baptisma celebretur.

8. Admonendus est Catechumenus, ut peccatorum suorum pœniteat.

9. Amentes et furiosi non baptizentur, nisi tales a natiuitate fuerint: tunc enim de iis idem iudicium faciendum est, quod de infantibus, atque in fide Ecclesiæ baptizari possunt. Sed si lucida habeant intervalla, dum mentis compotes sunt, baptizentur, si velint. Si vero antequam insanirent, suscipiendi Baptismi desiderium ostenderint, ac vitæ periculum immineat, etiamsi non sint compotes mentis, baptizentur.

10. Idemque dicendum est de eo, qui lethargo, aut phrenesi laborat, ut tantum vigilans et intelligens baptizetur; nisi periculum mortis impendeat, si in eo prius apparuerit Baptismi desiderium.

11. Sacerdos diligenter curet, ut certior fiat de statu et conditione eorum, qui baptizari petunt, præsertim exterorum: de quibus facta diligenti inquisitione, num alias, ac rite sint baptizati, caveat, ne quis jam baptizatus imperitia, vel errore, aut ad quæstum, vel ob aliam causam, fraude, dolove iterum baptizari velit.

12. Omnes autem, de quibus, re diligenter investigata, probabilis dubitatio est, an baptizati fuerint, si nihil aliud impediatur, sub conditione baptizentur. Hæretici vero ad Catholicam Ecclesiam venientes, in quorum Baptismo debita forma, aut materia servata non est, rite baptizandi sunt; sed prius errorum suorum pravitatem agnoscant et detestentur, et in fide Catholica diligenter instruantur; ubi vero debita forma et materia servata est, ommissa tantum suppleantur, nisi rationabili de causa aliter Episcopo videatur.

13. Ceterum legantur, et serventur ea, quæ supra de Baptismo in communi præscripta sunt.

CAPUT 4.

ORDO BAPTISMI ADULTORUM.



IN primis Sacerdos, paratis his, quæ supra de observandis in administratione Sacramenti Baptismi Parvulorum dicitur, indutus superpelliceo et stola, vel etiam pluviali violacei coloris accedit ad gradus Altaris, et genibus flexis, piis mente ad Deum preces effundit, ut tantum Sacramentum digne valeat ministrare; et ad implorandum divinum auxilium, surgens, se signat, et si temporis ratio ferat, dicit:

V. Deus in adjutórium meum inténde.

R. Dómine ad adjuvándum me festína.

V. Glória Patri etc. **R.** Sicut erat etc.

2. Postea incipiat (prosequentibus Clericis)

Antiph. Effúndam super vos aquam mundam, et mundabímíni ab ómnibus inquinaméntis vestris, dicit Dóminus.

Psalmus 8.

Dómine Dóminus noster,
* quam admirábile est
nomen tuum in uni-
vérsa terra:

Quóniam eleváta est magni-
ficéntia tua, * super cælos.

Ex ore infántium et la-
cténtium perfecísti laudem
propter inimícos tuos, * ut
déstruas inimícum et ultó-
rem.

Quóniam vidébo cælos tuos,
ópera digítórum tuórum * lu-

nam et stellas, quæ tu fundasti.

Quid est homo, quod memor es ejus? * aut filius hominis, quoniam visitas eum?

Minuisti eum paulo minus ab Angelis, gloria et honore coronasti eum: * et constituisti eum super opera manuum tuarum.

Omnia subiecisti sub pedibus ejus, * oves et boves universas: insuper et pecora campi.

Volucres cœli, et pisces maris, * qui perambulant semitas maris.

Domine Dominus noster, * quam admirabile est nomen tuum in universa terra!

Glória Patri, etc.

Psalmus 28.

Afferre Domino filii Dei: *
afferre Domino filios ardetum:

Afferre Domino gloriam et honorem, afferre Domino gloriam nomini ejus: * adoráte Dñm in atrio sancto ejus.

Vox Domini super aquas, Deus majestatis intónuit: * Dominus super aquas multas.

Vox Domini in virtute: * vox Domini in magnificentia.

Vox Domini confringentis cedros: * et confringet Dominus cedros Libani.

Et comminuet eas tamquam vitulum Libani: * et dilectus quemadmodum filius unicornium.

Vox Domini intercedentis flammam ignis: * vox Domini

concutientis desertum: et commovebit Dominus desertum Cades.

Vox Domini præparantis cervos, et revelabit condensata: * et in templo ejus omnes dicent gloriam.

Dominus diluvium inhabitare facit: * et sedebit Dominus Rex in æternum.

Dominus virtutem populo suo dabit: * Dominus benedicet populo suo in pace.

Glória Patri, etc.

Psalmus 41.

Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum: * ita desiderat anima mea ad te Deus.

Sitivit anima mea ad Deum fortem, vivum: * quando veniam, et apparebo ante faciem Dei?

Fuerunt mihi lacrimæ meæ panes die ac nocte: * dum dicitur mihi quotidie: Ubi est Deus tuus?

Hæc recordatus sum, et effudi in me animam meam: * quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis, usque ad domum Dei.

In voce exsultationis, et confessionis: * sonus epulantis.

Quare tristis es anima mea? * et quare conturbas me?

Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi: * salutare vultus mei, et Deus meus.

Ad meipsum anima mea conturbata est: * propterea memor ero tui de terra Jor-

dánis, et Hermóniim a monte módico.

Abýssus abyssum invocat, * in voce cataractárum tuárum.

Omnia excélsa tua, et fluctus tui * super me transiérunt.

In die mandávit Dóminus misericórdiam suam: * et nocte cánticum ejus.

Apud me orátio Deo vitæ meæ, * dicam Deo: Suscéptor meus es.

Quare oblítus es mei? * et quare contristátus incédo, dum affligit me inimícus?

Dum confringúntur ossa mea, * exprobráverunt mihi, qui trébulant me, inimíci mei.

Dum dicunt mihi per singulos dies: Ubi est Deus tuus? * quare tristis es ánima mea? et quare contúrbas me?

Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor illi: * salutáre vultus mei, et Deus meus.

Glória Patri, etc.

Et repetitur Antiphona. Effúndam super vos aquam mundam, et mundabímmini ab ómnibus inquinaméntis vestris, dicit Dóminus.

3. Deinde dicitur: Kýrie eléison. Christe eléison. Kýrie eléison. Pater noster etc.

Ÿ. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

R. Sed líbera nos a malo.

Ÿ. Dómine exaúdi oratiónem meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

Ÿ. Dóminus vobíscum. R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Omnípotens, sempitérne Deus, qui dedisti fámulis tuis in confessióne veræ fidei, ætérnæ Trinitátis glóriam agnóscere; et in poténtia majestátis adoráre unitátem: quæsumus; ut ejúdem fidei firmitáte, ab ómnibus semper muniámur advérsis.

Oratio.

Adésto supplicatióibus nostris, omnípotens Deus: et quod humilitátis nostræ geréndum est ministério, tuæ virtútis impleátur efféctu.

Oratio.

Da, quæsumus Dómine, Elécto nostro (vel Eléctæ nostræ), ut sanctis edóctus (vel edócta) mystériis, et renovétur fonte Baptísmatis, et inter

Ecclésiæ tuæ membra numerétur. Per Christum Dóminum nostrum. R̄. Amen.

4. Si plures fuerint baptizandi, hæc tertia Oratio dicatur in numero plurali.

5. Deinde Sacerdos procedit ad fores Ecclesiæ, et stat in limine: catechizandus vero extra limen. Et si sunt plures, mares et feminæ, illi ad dexteram Sacerdotis, hæc vero ad sinistram statuuntur.

Sacerdos interrogat: **Quo nómine vocáris?**

Lingua vernacula:

Jac ci imię? | Wie heißt du?

Catechumenus respondet: **N.**

Sacerdos: **N. Quid petis ab Ecclesiá Dei?**

Lingua vernacula:

N. Czego żądasz od Kościoła Bożego? | **N. Was begehrst du von der Kirche Gottes?**

Cat. resp. **Fidem.**

Lingua vernacula:

Wiary. | Den Glauben.

Sacerdos: **Fides, quid tibi præstat?**

Lingua vernacula:

Wiara coć dawa? | Was gewährt dir der Glaube?

Cat. resp. **Vitam ætérnam.**

Lingua vernacula:

Żywot wieczny. | Das ewige Leben.

Sacerdos: **Si vis habere vitam ætérnam, serva mandata. Diliges Dóminum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota ánima tua, et ex tota mente tua, et próximum tuum sicut te ipsum. In his duóbus mandátis tota Lex pendet, et Prophétæ. Fides autem est, ut unum Deum in Trinitáte, et Trinitátem in unitáte veneréris, neque confundéndo persónas, neque substántiam separándo. Alia est enim persóna Patris, ália Fílii, ália Spíritus Sancti; sed horum trium una est substántia, et nónnisi una Divínitas.**

6. Et rursus interrogat: **N.** Abrenúntias sátanæ?

Lingua vernacula:

N. Odrzekasz się ducha | **N.** Widersagst du dem
złego? | Teufel?

Cat. resp. **Abrenúntio.**

Lingua vernacula:

Odrzekam. | Ich widersage.

Sacerdos: **Et ómnibus opéribus ejus?**

Lingua vernacula:

I wszystkich spraw jego? | Und allen seinen Werken?

Cat. resp. **Abrenúntio.**

Lingua vernacula:

Odrzekam. | Ich widersage.

Sacerdos: **Et ómnibus pompis ejus?**

Lingua vernacula:

I wszelkiéj pychy jego? | Und aller seiner Hoffart?

Cat. resp. **Abrenúntio.**

Lingua vernacula:

Odrzekam. | Ich widersage.

7. Deinde Sacerdos interrogat de Symbolo Fidei, dicens:

**Credis in Deum Patrem omnipoténtem, Creatórem
cœli et terræ? R̄. Credo.**

Lingua vernacula:

Wierzysz w Boga Ojca | Glaubst du an Gott den Va-
wszechmogącego, Stwo- | ter, den Allmächtigen, Schöp-
rzyciela nieba i ziemi? | fer Himmels und der Erde?

R̄. Wierzę.

R̄. Ich glaube.

Sacerdos: **Credis in Jesum Christum Filium ejus
únicum, Dóminum nostrum, natum et passum?**

R̄. Credo.

Lingua vernacula:

Wierzysz w Jezusa Chry- | Glaubst du an Jesum
stusa, Syna Jego jedyne- | Christum, seinen eingebornen
Pana naszego, narodzi- | Sohn, unsern Herrn, der ge-
nego i umęczonego? | boren ist und gelitten hat?

R̄. Wierzę.

R̄. Ich glaube.

Sacerdos: Credis in Spíritum Sanctum, sanctam Ecclésiám Cathólicam, Sanctórum communiónem, remissionem peccatórum, carnis resurrectionem, et vitam ætérnam? **R.** Credo.

Lingua vernacula:

Wierzysz w Ducha Świętego, święty Kościół powszechny, Świętych obcowanie, grzechów odpuszczenie, ciała zmartwychwstanie i żywot wieczny?

R. Wierzę.

Glaubst du an den Heiligen Geist, eine heilige katholische Kirche, Gemeinschaft der Heiligen, Nachlaß der Sünden, Auferstehung des Fleisches und ein ewiges Leben?

R. Ich glaube.

8. *Tunc Sacerdos exsufflat ter in faciem ejus, semel dicens:*

Exi ab eo (ab ea) spíritus immúnde, et da locum Spíritui Sancto Paráclito.

9. *Hic in modum crucis halet in faciem ipsius, et dicat:*

N. Accipe Spíritum bonum per istam insufflaciónem, et Dei benedictiόnem ✠. Pax tibi. **R.** Et cum spírítu tuo.

10. *Deinde facit Crucem cum pollice in ejus fronte, et in pectore, dicens:*

N. Accipe signum Crucis tam in fronte ✠, quam in corde ✠: sume fidem cœléstium præceptórum. Talis esto móribus, ut templum Dei jam esse possis: ingressúsque (vel ingressáque) Ecclésiám Dei, evásisse te láqueos mortis, lætus (vel læta) agnósce; (horrésce idóla, réspue simulácula), cole Deum Patrem omnipoténtem, et Jesum Christum, Fílium ejus únicum, Dóminum nostrum, qui ventúrus est judicáre vivos et mórtuos, et sáeculum per ignem.

R. Amen.

Hic advertendum est, quod dicta verba: (horrésce idóla, réspue simulácula) dicantur Catechumeno, qui venit de gentilitatis errore, seu de ethnicis et idololatriis. Catechumeno vero Judæo, sive ex Hebræis venienti, loco horum verborum dicatur: (horrésce Judáicam perfídiam, réspue Hebráicam superstitionem.)

Saraceno autem, vel Turcæ, aut Persæ, sive alii ex Mahumetanis ad fidem venienti Catechumeno, loco eorumdem verborum

dicatur: (horrésce Mahuméticam perfidiam, réspue pravam sectam infidelitátis).

At hæretico ad catholicam Ecclesiam venienti, qui, si in ejus Baptismo debita forma servata non est, baptizari debet, dicatur: (horrésce hæreticam pravitatem, réspue nefárias sectas impiórum.)

Vel exprimatur proprio nomine secta de qua Catechumenus venit.

11. Si plures sunt Electi, omnia supradicta dicuntur singillatim super singulos.

Orémus.

Te déprecor, Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: ut huic fámulo tuo (vel fámulæ tuæ) **N.**, qui (vel quæ) in hujus sæculi nocte vagátur incértus (vel incérta) ac dúbius (vel dúbia), viam veritátis et agnitiónis tuæ júbeas demonstrári: quátenus, reserátis óculis cordis sui, te unum Deum Patrem in Fílio, et Fílium in Patre cum Spíritu Sancto recognóscat, atque hujus confessiónis fructum, et hic, et in futúro sæculo percípere mereátur. Per Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

12. Si plures sint Electi, præcedens Oratio dicatur in numero plurali. (Sequentes autem signationes fiant cum suis verbis singillatim super singulos.)

13. Deinde signet Electum signo Crucis cum pollice in fronte dicens:

Signo tibi frontem ✠, ut suscípias Crucem Dómini.

In auribus: Signo tibi aures ✠, ut aúdias divína præcépta.

In oculis: Signo tibi óculos ✠, ut vídeas claritátem Dei.

In naribus: Signo tibi nares ✠, ut odórem suavitátis Christi séntias.

In ore: Signo tibi os ✠, ut loquáris verba vitæ.

In pectore: Signo tibi pectus ✠, ut credas in Deum.

In scapulis: Signo tibi scápuas ✠, ut suscípias jugum servitútis ejus.

In toto corpore, illud non tangens, manu producit signum Crucis, et dicit:

Signo te totum in nómine Patris ✠, et Fílii ✠, et Spíritus ✠ Sancti, ut hábeas vitam ætérnam, et vivas in sæcula sæculórum. *R.* Amen.

Orémus.

Preces nostras, quæsumus Dómine, cleménter ex-
aúdi, et hunc Eléctum tuum (*vel* hanc Eléctam
tuam) *N.* Crucis Domínicæ, cujus impressióne eum
(*vel* eam) signámus, virtúte custódi: ut magnitúdinis
glóriæ tuæ rudiménta servans, per custódiám man-
datórum tuórum ad regeneratiónis glóriam pervenire
mereátur. Per Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

Orémus.

Deus, qui humáni géneris ita es cónditor, ut sis
étiam reformátor, propitiáre pópulis adoptívis,
et novo testaménto sóbolem novæ prolis adscribe,
ut filii promissiónis, quod non potuerunt ásequi
per natúram, gaúdeant suscepisse per grátiam. Per
Christum Dóminum nostrum. *R.* Amen.

14. Tunc imponit manum super caput Electi, et dicit:

Orémus.

Omnípotens, sempitérne Deus, Pater Dómini nostri
Jesu Christi, respícere dignéris super hunc fámu-
lum tuum (*vel* hanc fámulam tuam) *N.*, quem (*vel*
quam) * ad rudiménta fidei vocáre dignátus es: omnem
cæcitatém cordis ab eo (*vel* ab ea) expélle: disrúmpe
omnes láqueos sátanæ, quibus fúerat colligátus (*vel*
colligáta); áperi ei, Dómine, jánuam pietátis tuæ, ut
signo sapiéntiæ tuæ imbútus (*vel* imbúta), ómnium
cupiditátum foetóribus cáreat, et ad suávem odórem
præceptórum tuórum lætus (*vel* læta) tibi in Ecclésia
tua desérviat, et proficiat de die in diem,** ut idó-

* In supplendis cæremoniis addatur: dudum.

** In supplendis cæremoniis dicatur: ut idoneus (idónea) sit frui
grátia Baptismi tui, quem suscepit, salis percépta medicína. Per
eúndem Christum Dóminum nostrum.

neus (**vel** idónea) efficiátur accédere ad grátiam Baptísmi tui, percépta medicína. Per eúndem Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

15. Si plures sint, hæc, et præcedens Oratio, Preces nostras, etc. dicantur in numero plurali.

16. (Deinde Sacerdos benedicit sal. pag. 14.)

17. Quod si Catechumenus fuerit gentilis, siue ex idololatrâ venerit ad fidem, benedicto sale, antequam ejus medicinam gustet, Sacerdos addat sequentem Orationem, quæ tamen pro venientibus ex Hebræis vel aliis, ut supra, non dicitur:

Orémus.

Dómine sancte, Pater omnipotens, ætérne Deus, qui es, qui eras, et qui pérmanes usque in finem, cujus orígo nescítur, nec finis comprehénderi potest: te súpplīces invocámus super hunc fámulum tuum (**vel** hanc fámulam tuam) **N.**, quem (**vel** quam) liberásti de erróre gentílium, et conversatióne turpíssima: dignáre exaudíre eum (**vel** eam), qui (**vel** quæ) tibi cervíces suas humiliat ad lavácri fontem, ut renátus (**vel** renáta) ex aqua, et Spírítu Sancto, exspoliátus (**vel** exspoliáta) véterem hóminem, induat novum, qui secúndum te créatus est; accípiat vestem incorrúptam, et immaculátam, tibi que Deo nostro servíre mereátur. Per Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

18. Si plures sint, præcedens Oratio dicitur in numero plurali.

19. Tunc pollice et indice accipit de ipso sale, et immittit in os Catechumeni, dicens:

N. Accipe sal sapiéntiæ: propitiatio sit tibi in vitam ætérnam. **R.** Amen.

Sacerdos: **Pax** tibi. **R.** Et cum spírítu tuo.

Orémus.

Deus patrum nostrórum, Deus univérsæ cónditor veritátis, te súpplīces exorámus, ut hunc fámulum tuum (**vel** hanc fámulam tuam) **N.** respícere dignéris propítius, et hoc* primum pábulum salis

* In splendís cæremoniis omitte: primum.

gustántem, non diútius esuríre permíttas, quóminus cibo expleátur cœlésti, quátenus sit semper spírítu fervens, spe gaudens, tuo semper nómini sérvíens.* Perduc eum (*vel eam*), Dómine, quæsumus, ad novæ regeneratiónis lavácrum, ut cum fidélibus tuis promissiónum tuárum æténa præmia cónsequi mereátur. Per Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

20. Si plures sint, dicatur singulis: **N.** Accipe sal, etc., et præcedens Oratio in numero plurali.

21. Si inter Catechumenos adsint feminae, recedant ipsæ in partem, quousque tertio dicatur masculis Ora, Elécte, etc. et hi signati fuerint in fronte.

22. Si plures sint Catechumeni, hic et in sequentibus Sacerdos dicit in numero plurali: Oráte, Elécti, flectite génua etc.

23. Deinde Sacerdos dicat super *masculum* tantum:

Ora, Elécte, flecte génua, et dic: Pater noster etc.

Lingua vernacula:

Klęknij, Wybrany, módl się i mów: Ojczy nasz i. t. d. | Knie nieder, Erwählter, bete und sprich: Vater unser usw.

Et Electus genu flexo orat, et dicit: Pater noster.

Et cum oraverit, et dixerit: Pater noster. usque ad Sed libera nos a malo, inclusive, Sacerdos subjungit:

Leva, comple oratiónem tuam, et dic: Amen.

Lingua vernacula:

Wstań, dokończ modlitwy twojéj, i mów: Amen. | Stehe auf, schließe dein Gebet, und sprich: Amen.

Electus surgens dicit: Amen.

Et Sacerdos dicit Patrino: Signa eum.

Lingua vernacula:

Przeżegnaj go na czole. | Bezeichne ihn mit dem hl. Kreuz.

Deinde Electo: Accéde.

Lingua vernacula:

Przybliż się. | Tritt herzu.

* In supplendis cæremoniis sic dicatur: Et quem (quam) ad novæ regeneratiónis lavácrum perduxísti, quæsumus Dómine, ut cum

Et Patrinus pollice signat eum in fronte, dicens:

In nómine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti.

Lingua vernacula:

W imię Ojca i Syna i
Ducha Świętego.

Im Namen des Vaters
und des Sohnes und des
Heiligen Geistes.

24. Tum quoque Sacerdos facit crucem in fronte ejus, ita dicendo:

In nómine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti.

Et imponit manum super Electum, et dicit:

Orémus.

Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Jacob, Deus, qui Móysi fámulo tuo in monte Sínai apparuisti, et filios Israël de terra Ægypti eduxisti, députans eis Angelum pietátis tuæ, qui custodiret eos die ac nocte: te quæsumus, Dómine; ut mittere dignéris sanctum Angelum tuum de cœlis, qui similiter custódiat et hunc fámulum tuum **N.** et perdúcat eum ad grátiam Baptísmitui. Per Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

Exorcismus.

Ergo, maledicte diábole, recognósce senténtiam tuam, et da honórem Deo vivo et vero, da honórem Jesu Christo Fílio ejus, et Spíritui Sancto, et recéde ab hoc fámulo Dei **N.** quia istum sibi Deus et Dóminus noster Jesus Christus ad suam sanctam grátiam, fontémque Baptísmatis vocáre dignátus est, et hoc signum sanctæ crucis ✠, quod nos fronti ejus damus, tu, maledicte diábole, numquam aúdeas violáre. Per eúndem Christum Dóminum nostrum, qui ventúrus est judicáre vivos et mórtuos, et sæculum per ignem. **R.** Amen.

25. Sacerdos dicit iterum Electo:

Ora, Elécte, flecte génuá, et dic: Pater noster.

fidélibus tuis promissionum tuárum æténa præmia cónsequi mereátur. Per Christum Dóminum nostrum.

Et Electus genuflexus orat, et dicit:

Pater noster, usque ad **Sed libera nos a malo,**
inclusive.

Sacerdos subjungit:

Leva, comple orationem tuam, et dic: Amen.

Electus surgens respondet: Amen.

Sacerdos dicit Patrino: Signa eum.

Deinde Electo: Accède.

Et Patrinus pollice signat Electum in fronte, dicens:

In nómine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti.

Et Sacerdos pariter facit signum Crucis in fronte ejus, dicens:

In nómine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti.

26. Deinde imponit manum super eum, ac dicit:

Orémus.

Deus immortále præsidium ómnium postulántium, liberátio súpplicum, pax rogántium, vita credéntium, resurréctio mortuórum: te ínvocho super hunc fámulum tuum **N.**, qui Baptísmi tui donum petens, ætérnam cónsequi grátiam spirituáli regeneratióne desiderat: áccipe eum Dómine, et quia dignátus es dicere: Pétite, et accipiétis; quærite, et inveniétis; pulsáte, et aperiétur vobis: peténti præmium pórrige, et jánuam pande pulsánti, ut ætérnam cœléstis lavácri benedictiónem consecútus, promíssa tui múnery regna percípiat. Qui cum Patre, et Spírítu Sancto vivis et regnas Deus, in sæcula sæculórum. **R.** Amen.

Exorcismus.

Audi, maledícite sátana, adjurátus per nomen ætérni Dei, et Salvatóris nostri Jesu Christi Fílii ejus, cum tua victus invídia, tremens, geménsque discéde: nihil tibi sit commúne cum servo Dei **N.**, jam cœléstia cogitánte, renuntiáturo tibi et sæculo tuo, et beátæ immortalitáti victúro. Da ígitur honórem adveniénti Spírítui Sancto, qui ex summa cœli arce descéndens, proturbátis fraudibus tuis, divíno fonte

purgátum pectus, sanctificátum Deo templum et habitáculum perficiat*: ut ab ómnibus pénitus nóxiis præteritórum críminum liberátus servus Dei, grátias perénnes Deo réferat semper, et benedícat nomen sanctum ejus in sæcula sæculórum. **R.** Amen.

27. Sacerdos tertio dicit Electo:

Ora, Elécte, flecte génuá, et dic: Pater noster.

Et Electus genuflexus orat, et dicit: Pater noster, usque ad Sed líbera nos a malo, inclusive.

Sacerdos subjungit:

Leva, comple oratiónem tuam, et dic: Amen.

Electus surgens respondet: Amen.

Sacerdos dicit Patrino: Signa eum.

Deinde dicit Electo: Accéde.

Et Patrinus cum pollice signat Electum in fronte, dicens:

In nómine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti.

Et Sacerdos pariter facit signum Crucis in fronte ejus, dicens:

In nómine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti.

28. Deinde imponit manum super eum dicens:

Exorcismus.

Exorcízo te, immúnde spíritus, in nómine Patris ✠, et Fílii ✠, et Spíritus ✠ Sancti, ut éxeas, et recédas ab hoc fámulo Dei **N.** Ipse enim tibi ímperat, maledícite damnáte, qui pédibus super mare ambulávit, et Petro mergénti dexteram porréxit.

Exorcismus.

Ergo, maledícite diábole, recognósce senténtiam tuam, et da honórem Deo vivo et vero, da honórem Jesu Christo Fílio ejus, et Spíritui Sancto, et recéde ab hoc fámulo Dei **N.** quia istum sibi Deus et Dóminus noster Jesus Christus ad suam sanctam grátiam, fontémque Baptísmatis vocáre dignátus est: et hoc signum sanctæ crucis ✠, quod nos fronti ejus damus, tu, maledícite diábole, numquam aúdeas vio-

* In splendís cæremoniis dicatur: perfécit.

láre. Per eúndem Christum Dóminum nostrum, qui ventúrus est iudicáre vivos et mórtuos, et sáeculum per ignem. **R.** Amen.

29. Si, ut supra, adsint feminæ, retrahunt se masculi in partem et accedunt feminæ ante Sacerdotem et stant.

30. Si plures fuerint feminæ Catechumenæ, hic et in sequentibus Sacerdos dicat in numero plurali: Oráte Eléctæ, fléctite génuá, etc.

31. Sacerdos dicit Catechumenæ:

Ora, Elécta, flecte génuá, et dic: Pater noster.

Lingua vernacula:

Kłęknij, wybrana, módl się i mów: Ojcze nasz i. t. d. | Knie nieder, Erwählte, bete und sprich: Vater unser usw.

Et Electa, genu flexo, orat, et dicit: Pater noster, et cum dixerit usque ad Sed libera nos a malo, inclusive.

Sacerdos dicit: **Leva, comple oratióem tuam, et dic: Amen.**

Lingua vernacula:

Wstań, dokończ modlitwy twojéj i mów: Amen. | Stehe auf, schließe dein Gebet, und sprich: Amen.

Electa, surgens respondet: **Amen.**

Sacerdos dicit Patrino: **Signa eam.**

Lingua vernacula:

Przeżegnaj ją na czole. | Bezeichne sie mit dem hl. Kreuze.

Deinde dicit Electæ: **Accéde.**

Lingua vernacula:

Przybliż się. | Tritt herzu.

Et Patrinus pollice signat Electam in fronte, dicens:

In nómine Patris et Filii et Spíritus Sancti.

Lingua vernacula:

W imię Ojca i Syna i Ducha Świętego. | Im Namen des Vaters und des Sohnes und des Heiligen Geistes.

Et Sacerdos pariter facit signum Crucis in fronte ejus, et dicit:

In nómine Patris, et Filii, et Spíritus Sancti.

32. Deinde imponit manum super eam et dicit:

Orémus.

Deus cœli, Deus terræ, Deus Angelórum, Deus Archangelórum, Deus Patriarchárum, Deus Prophetárum, Deus Apostolórum, Deus Mártyrum, Deus Confessórum, Deus Vírginum, Deus ómnium bene vivéntium, Deus, cui omnis lingua confitétur, et omne genu fléctitur, cœléstium, terréstrium, et infernórum: te ínvo, Dómine, super hanc fámulam tuam **N.**, ut eam custodíre, et perdúcere dignéris ad grátiam Baptísmit tui. Per Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

33. Deinde dicitur:

Exorcismus.

Ergo, maledícite diábole, recognósce senténtiam tuam, et da honórem Deo vivo et vero, da honórem Jesu Christo Fílio ejus, et Spirítui Sancto, et recéde ab hac fámula Dei **N.**, quia istam sibi Deus et Dóminus noster Jesus Christus ad suam sanctam grátiam, fontémque Baptísmatis vocáre dignátus est: et hoc signum sanctæ crucis ✠, quod nos fronti ejus damus, tu, maledícite diábole, numquam aúdeas violáre. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum, qui ventúrus est judicáre vivos et mórtuos, et sæculum per ignem. **R.** Amen.

34. Sacerdos dicit secundo Electæ:

Ora, Elécta, flecte génua, et dic: Pater noster.

Et cum dixerit usque ad: Sed líbera nos a malo, inclusive, Sacerdos dicit:

Leva, comple oratióem tuam, et dic: Amen.

Electa, surgens respondet: Amen.

Sacerdos dicit Patrino: Signa eam.

Deinde dicit Electæ: Accéde.

Et Patrinus cum pollice signat Electam in fronte, dicens:

In nómine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti.

Et Sacerdos facit pariter signum Crucis in fronte ejus, dicens:

In nómine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti.

35. Deinde Sacerdos imponit manum super caput Electæ et dicit:

Orémus.

Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Jacob, Deus, qui Móysi fámulo tuo in monte Sínei apparuísti, et filios Israëli de terra Ægýpti eduxísti, députans eis Angelum pietátis tuæ, qui custodíret eos die ac nocte: te quæsumus, Dómine, ut mittere dignéris sanctum Angelum tuum de cœlis, qui similiter custódiat et hanc fámulam tuam **N.** et perdúcat eam ad grátiam Baptísmi tui. Per Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

36. Sacerdos tertio dicit Electæ:

Ora, Elécta, flecte génu, et dic: Pater noster.

Electa genu flexo orat et dicit: Pater noster. Et cum dixerit usque ad: Sed libera nos a malo, inclusive, Sacerdos dicit:

Leva, comple oratióem tuam et dic: Amen.

Electa surgens respondet: Amen.

Sacerdos dicit Patrino: Signa eam.

Deinde dicit Electæ: Accéde.

Et Patrinus signat cum pollice Electam in fronte, dicens:

In nómine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti.

Et Sacerdos pariter facit signum Crucis in fronte ejus, dicens:

In nómine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti.

37. Deinde imponit manum super caput Electæ, et dicit:

Exorcismus.

Exorcízo te, immúnde spíritus, per Patrem ✠, et Fílium ✠, et Spíritum ✠ Sanctum, ut éxeas, et recédas ab hac fámula Dei **N.** Ipse enim tibi imperat, maledícite damnáte, qui cæco nato óculos apéruit, et quatríduánum Lázarum de monuménto suscitávit.

Exorcismus.

Ergo, maledícite diábole, recognósce senténtiam tuam, et da honórem Deo vivo et vero, da honórem Jesu Christo Fílio ejus, et Spíritui Sancto, et

recéde ab hac fámula Dei **N.**, quia istam sibi Deus et Dóminus noster Jesus Christus ad suam sanctam grátiam, fontémque Baptísmatis vocáre dignátus est: et hoc signum sanctæ crucis ✠, quod nos fronti ejus damus, tu, maledícite diábole, numquam aúdeas violáre. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum, qui ventúrus est judicáre vivos et mórtuos, et sæculum per ignem. **R.** Amen.

38. Postmodum accedunt iterum masculi, qui se retraxerant, et ipsi ad dexteram, feminae vero ad sinistram Sacerdotis, ut in principio, disponuntur.

39. Sacerdos imponit manum super Electum, vel, si sint plures, super singulos tam masculos, quam feminas, et dicit:

Orémus.

Ætérnam ac justíssimam pietátem tuam déprecor, Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus, auctor lúminis et veritátis, super hunc fámulum tuum (vel hanc fámulam tuam) **N.**, ut dignéris eum (vel eam) illumináre lúmine intelligéntiæ tuæ: munda eum (vel eam), et sanctífica: da ei sciéntiam veram,* ut dignus (vel digna) efficiátur accédere ad grátiam Baptísmi tui, téneat firmam spem, consílium rectum, doctrínam sanctam, ut aptus (vel apta) sit ad percipiéndam grátiam tuam. Per Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

40. Si plures fuerint Electi, sive mares, sive feminae, præcedens Oratio dicatur in numero plurali, et in genere proprio, ut superius dictum est.

41. His peractis, Sacerdos sinistra manu apprehendens dexteram Electi prope brachium, vel ei porrigens extremam partem stolæ, introducit eum in Ecclesiam dicens:

(Quod si autem plures fuerint, dat eis stolam, simul dicat sequentia in numero plurali.)

* In supplendis cæremoniis dicatur: ut dignus (digna) sit frui grátia Baptísmi tui, quem suscepit; téneat firmam spem, consílium rectum, doctrínam sanctam, ut aptus (apta) sit ad retinéndam grátiam Baptísmi tui. Per Christum Dóminum nostrum.

N. Ingrédere in sanctam Ecclésiám Dei, ut accípias benedictiónem coeléstem a Dómino Jesu Christo, et hábeas partem cum illo, et Sanctis ejus. **R.** Amen.

Si plures fuerint, dicat in numero plurali: Ingrédimini in sanctam Eccl. Dei, etc. et introducat eos, ut supra.

42. Electus introductus in Ecclesiam prosternit se in pavimento, et adorat. Deinde surgit, et Sacerdos imponit manum super caput ejus, et Electus cum eo recitat Symbolum Apostolorum, et Orationem Dominicam. Credo in Deum etc. et Pater noster etc.

43. Ita etiam si plures fuerint, omnes surgunt, et simul recitant Symbolum etc.

44. Tunc rursus Sacerdos imponat manum super caput Electi, et dicat:

Exorcismus.

Nec te latet, sátana, imminére tibi pœnas, imminére tibi torménta, imminére tibi diem judícii, diem supplicii sempitérni; diem, qui ventúrus est velut clíbanus ardens, in quo tibi, atque univérsis ángelis tuis præparátus sempitérnus erit intéritus. Proinde damnáte, atque damnánde, da honórem Deo vivo et vero, da honórem Jesu Christo Fílio ejus, da honórem Spirítui Sancto Paráclito, in cujus nómine atque virtúte præcípío tibi, quicúmque es, spíritus immúnde, ut éxeas, et recédas ab hoc fámulo (vel ab hac fámula) Dei **N.**, quem (vel quam) hódie idem Deus et Dóminus noster Jesus Christus ad suam sanctam grátiam et benedictiónem, fontémque Baptísmatis dono vocáre dignátus est: ut fiat* ejus templum per aquam regeneratiónis in remissiónem ómnium peccatórum. In nómine ejúsdem Dómini nostri Jesu Christi, qui ventúrus est judicáre vivos et mórtuos, et sæculum per ignem. **R.** Amen.

45. Similiter si plures fuerint, imponit manum super capita singulorum, et dicit eundem Exorcismum in numero multitudinis, et genere suo.

* In splendidis cæremoniis dicatur: ut fieret.

46. Postea Sacerdos pollice accipit de saliva oris sui, et tangit aures, et nares Electi; tangendo vero aurem dexteram et sinistram, dicat:

Ephpheta, quod est, Adaperire; deinde tangendo nares dicat: In odorem suavitatis. Et subdit: Tu autem effugare, diabole; appropinquabit enim iudicium Dei.

47. Deinde interrogat Electum: Quis vocaris?

Lingua vernacula:

Jak ci imię? | Wie heißest du?

et Cat. respondet: N.

Sacerdos: N. Abrenuntias sathanæ?

Lingua vernacula:

N. Odrzekasz się ducha | N. Widersagst du dem
złego? | Teufel?

R. Abrenuntio.

Lingua vernacula:

R. Odrzekam. | R. Ich widersage.

Sacerdos: Et omnibus operibus ejus?

Lingua vernacula:

I wszystkich spraw jego? | Und allen seinen Werken?

R. Abrenuntio.

Lingua vernacula:

R. Odrzekam. | R. Ich widersage.

Sacerdos: Et omnibus pompis ejus?

Lingua vernacula:

I wszelkiej pychy jego? | Und aller seiner Hoffart?

R. Abrenuntio.

Lingua vernacula:

R. Odrzekam. | R. Ich widersage.

48. Tunc Sacerdos intingit pollicem dexteræ manus in Oleo sancto Catechumenorum, et inungit Electum primum in pectore, deinde inter scapulas, in modum crucis, dicens:

Ego te linio ✠ oleo salutis in Christo Jesu Domino nostro in vitam æternam. R. Amen.

V. Pax tibi. R. Et cum spiritu tuo.

Mox bombacio, vel re simili tergit pollicem et loca inuncta, et subjungit, dicens:

Exi immunde spírítus, et da honórem Deo vivo et vero. Fuge immunde spírítus, et da locum Jesu Christo Fílio ejus. Recéde immunde spírítus, et da locum Spírítui Sancto Paráclito.

49. Quando plures sunt Electi, idem fit circa singulos eorum. Hic Sacerdos deponat stolam et pluviale violaceum et sumat aliud albi coloris. Et ducitur Electus ad Baptisterium: ubi si ob aliquam causam non habeatur, sive præparata non fuerit Aqua baptismalis, fiat benedictio Fontis, ut infra ponitur.

Et cum fuerit prope Fontem, Sacerdos interrogat:

Quis vocáris?

Lingua vernacula:

Jak ci imię?

Wie heißest du?

Catech. respondet: **N.**

Interrogat: **N. Credis in Deum Patrem omnipotentem, creatorem cœli et terræ? R. Credo.**

Lingua vernacula:

N. Wierzysz w Boga Ojca wszechmogącego, Stworzyciela nieba i ziemi? R. Wierzę.

N. Glaubst du an Gott den Vater, den Allmächtigen, Schöpfer Himmels und der Erde? R. Ich glaube.

Interrogat: **Credis in Jesum Christum, Filium ejus unicum, Dóminum nostrum, natum, et passum?**

R. Credo.

Lingua vernacula:

Wierzysz w Jezusa Chrystusa Syna Jego jedynego, Pana naszego, narodzonego i umęczonego?

R. Wierzę.

Glaubst du an Jesum Christum, seinen eingebornen Sohn, unsern Herrn, der geboren ist und gelitten hat?

R. Ich glaube.

Interrogat: **Credis in Spírítum Sanctum, sanctam Ecclésiám catholicam, Sanctórum communionem, remissionem peccatórum, carnis resurrectionem, et vitam ætéram? R. Credo.**

Lingua vernacula:

Wierzysz w Ducha Świętego, święty Kościół powszechny, Świętych obcowanie, grzechów odpuszczenie, ciała zmartwychwstanie i żywot wieczny?

R. Wierzę.

Interrogat: **N.** Quid petis?

Glaubst du an den Heiligen Geist, die heilige katholische Kirche, Gemeinschaft der Heiligen, Nachlaß der Sünden, Auferstehung des Fleisches und ein ewiges Leben?

R. Ich glaube.

R. Baptismum.

Lingua vernacula:

N. Czego żądasz?

R. Chrztu św.

Interrogat: **Vis** baptizári?

N. Was begehrtst du?

R. Die hl. Taufe.

R. Volo.

Lingua vernacula:

Chcesz być ochrzczony? — ochrzczona?

R. Chcę.

Willst du getauft werden?

R. Ich will.

50. Tunc Patrino, vel Matrino, vel utroque (si ambo admittantur) admota manu, tenente seu tangente Electum, vel Electam, aperto capite, et laxatis a collo vestibus, inclinatum, Sacerdos vasculo vel urceolo hauriat Aquam baptismalem de Fonte, et cum ea sub trina supra caput in modum crucis infusione baptizet Electum, seu Electam, in nomine Ss. Trinitatis, sic dicens:

N. Ego te baptizo in nómine Patris ✠, fundat primo, et Filii ✠, fundat secundo, et Spíritus ✠ Sancti, fundat tertio.

51. Si Aqua, quæ ex capite baptizati defluit, non dilabitur in sacrarium Baptisterii, recipiatur in subjecta aliqua pelvi, et in illud postmodum projiciatur.

Cum plures sunt Electi, singillatim singuli interrogantur, et baptizantur, ut supra.

Si sunt mares et feminae, primum mares, deinde feminae.

52. Verum si probabiliter dubitetur, an Electus fuerit alias baptizatus, dicat Sacerdos:

Si non es baptizátus, ego te baptizo in nómine Patris ✠, et Filii ✠, et Spíritus ✠ Sancti.

53. Deinde Sacerdos intingat pollicem dexterum in sacrum Chrisma, et perungat verticem Electi in modum crucis, dicens:

Deus omnipotens, Pater Dómini nostri Jesu Christi, qui te regenerávit ex aqua et Spíritu Sancto, quique dedit tibi remissionem ómnium peccatórum, ipse te líniat Chrísmate salutis ✠ in eódem Christo Jesu Dómino nostro in vitam ætérnam. **R.** Amen.

V. Pax tecum. **R.** Et cum spíritu tuo.

54. Tunc bombacio vel re simili pollicem tergit, et imponit capiti Electi chrismale, seu candidum linteolum, et dat illi vestem candidam, dicens:

Accipe vestem cándidam et immaculátam, quam pérferas ante tribúnal Dómini nostri Jesu Christi, ut hábeas vitam ætérnam. R. Amen.

55. Et Electus deponit priores vestes, et induitur novis albi coloris, vel saltem exteriore candida, quam a Sacerdote accipit.

Postea dat ei Sacerdos cereum, seu candelam accensam in manu dextera, dicens:

Accipe lámpadem ardéntem, et irreprehensíbilis custódi Baptísmum tuum: serva Dei mandáta, ut cum Dóminus vénerit ad núptias, possis occurrere ei in aula cœlésti in vitam ætérnam. R. Amen.

56. Ipse vero Neophytus eundem cereum accensum manibus teneat usque in finem, præterquam dum confirmatur.

57. Postea dicat:

N. Vade in pace, et Dóminus sit tecum.

R. Amen.

58. Si adsit Episcopus, qui id legitime præstare possit, ab eo Neophyti Sacramento Confirmationis initiantur.

Deinde si hora congruens fuerit, celebratur Missa, cui Neophyti intersunt, et sanctissimam Eucharistiam devote suscipiunt.

59. Si vero ob baptizandorum multitudinem, ut in India et novo Orbe quandoque contingit, in singulorum Baptismo præscripti ritus adhiberi non possunt, tunc vel pluribus simul adhibeantur, vel si urget necessitas, omittantur.



CAPUT 5.
ORDO SUPPLENDI OMISSA
SUPER BAPTIZATUM.



um urgente mortis periculo, vel alia cogente necessitate, sive parvulus sive adultus, sacris precibus ac cæremoniis prætermiſſis, fuerit baptizatus, ubi convaluerit, vel cessa- verit periculum, et ad Ecclesiam delatus fuerit, omiſſa omnia ſuppleantur: idemque ordo ac ritus ſervetur, qui in Baptiſmo Parvulorum (ſi fuerit parvulus), ſeu Adultorum (ſi fuerit adultus) præſcriptus eſt. Excepto quod interrogatio: An velit baptizari, formaque Baptiſmi, et ablutio prætermittuntur, et quædam Oratio- nes, et Exorcismi ſuo quique loco immutati, ut infra dicuntur.

2. Sacerdos igitur, antequam immittat ſal in os baptizati, manum ſuper caput ejus imponens, dicit:

Orémus.

Omnípotens ſempitérne Deus, Pater Dómini noſtri Jeſu Chriſti, reſpícere dignéris ſuper hunc fá- mulum tuum (vel hanc fámulam tuam) **N**, quem (vel quam) dudum ad rudiménta fidei vocáre dignátus es: omnem cæcítatem cordis ab eo (vel ea) expélle: diſrúmpe omnes láqueos sátanæ, quibus fúerat col- ligátus (vel colligáta); áperi ei, Dómine, jánuam pie- tátiſ tuæ, ut, ſigno ſapiéntiæ tuæ imbútus (vel im- búta), ómnium cupiditátum foétóribus cáreat, et ad ſuávem odórem præceptórum tuórum lætus (vellæta) tibi in Eccléſia tua deſérviat, et proficiat de die in diem, ut idóneus (vel idónea) ſit frui grátia Baptiſmi tui, quem ſuſcépit, ſaliſ percépta medicína. Per eúmdem Chriſtum Dóminum noſtrum. **R.** Amen.

3. Deinde poſteaquam modicum ſaliſ immiſit in os bap- tizati, dicens:

Accipe ſal ſapiéntiæ: propitiátio ſit tibi in vi- tam ætérnám. **R.** Amen.

Dicit:

Orémus.

Deus patrum noſtrórum, Deus univérſæ cónditor veritátis, te ſúpplices exorámus, ut hunc fámu- lum tuum (vel hanc fámulam tuam) **N**. reſpícere

dignéris propítius, et hoc pábulum salis gustántem, non diútius esuríre permíttas, quo minus cibo expleátur coelésti, quátenus sit semper spírítu fervens, spe gaudens, tuo semper nómini sérvíens: et quem (vel quam) ad novæ regeneratiónis lavácrum perduxísti, quæsumus Dómine, ut cum fidélibus tuis promissiónum tuárum æténa præmia cónsequi mereátur. Per Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

4. Post hæc facto signo crucis in fronte baptizati, dictisque illis verbis:

Et hoc signum crucis ✠, quod nos fronti ejus damus, tu, maledícite diábole, numquam aúdeas violáre. Per eúndem Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

5. Manu super caput ejus imposita, dicit:

Orémus.

Ætérnam ac justíssimam pietátem tuam déprecor, Dómine sancte, Pater omnípotens, æténe Deus, auctor lúminis et veritátis, super hunc fámulum tuum (vel hanc fámulam tuam) **N.**, ut dignéris illum (vel illam) illumináre lúmine intelligentiæ tuæ: munda eum (vel eam) et sanctífica: da ei sciéntiam veram, ut dignus (vel digna) sit frui grátia Baptísmi tui, quem suscepit: téneat firmam spem, consílium rectum, doctrínam sanctam, ut aptus (vel apta) sit ad retinéndam grátiam Baptísmi tui. Per Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

6. In Baptismo autem adultorum, præter illa, quæ supra notata sunt, quando suppleuntur omissa, hæc mutari debent:

Primum in Exorcismo: Audi, maledícite Sátana, ubi dicitur: habitáculum perfíciat; dicatur: habitáculum perfécit; deinde in Exorcismo: Nec te latet, ubi dicitur: ut fiat, dicatur: ut fieret.



CAPUT 6.
RITUS SERVANDUS
CUM EPISCOPUS BAPTIZAT.

SI Episcopus, vel S. R. E. Cardinalis parvulos vel adultos baptizare voluerit, parantur et servantur omnia, ut superius de ordine Baptismi dictum est, atque hæc, præter ea, quæ infra notantur.

2. Adsint Capellani vel alii Presbyteri et Clerici superpelleis induti, qui ei assistant ac ministrent.

Ipse vero super rochetum, sive superpellicum, si est regularis, accipiat amictum, albam et cingulum, et stolam et pluviale violacei coloris ac mitram, atque ita paratus cum ministris procedat ad Baptismi ministerium. Et dum interrogat: N. Quid petis ab Ecclesia Dei? ac dum facit reliquas interrogationes, sedet cum mitra; cum vero exsufflat dicendo: Exi ab eo, immunde spiritus, surgit cum mitra. Rursus sedet, cum signat Catechumenum signo crucis in fronte et in pectore, vel dicit: Accipe signum Crucis etc. et cum dicit orationes, quæ præcedunt vel sequuntur benedictionem salis, surgit, deposita mitra, similiter cum ipsum sal benedicit. Cum autem sal benedictum immittit in os baptizandi, mitram accipit, et sedet. Cum vero legit Exorcismos, et dum saliva aures et nares Catechumeni tangens, dicit: Ephpheta, ac dum introducit eum in Ecclesiam, stat cum mitra. Cum autem dicit: Credo in Deum Patrem etc. et Pater noster etc. super Catechumenum, stat sine mitra. Sed cum nomen quærit et interrogat: N. Abrenuntias sathanæ etc. et baptizandum Oleo sacro in pectore et inter scapulas inungit, sedet cum mitra, quo facto accipit stolam et pluviale album.

3. Et cum rursus interrogat de fide: Credis in Deum Patrem etc. Vis baptizari, etc. et cum baptizat per infusionem, sedet cum mitra. Si vero baptizat per immersionem, mitram retinens stare debet. Cum demum Chrismate verticem baptizati linit, et dat ei vestem candidam, et candelam accensam, ac dicit: Vade in pace etc. sedet cum mitra. Si autem Pontifex quempiam a Presbytero jam catechizatum, tantum baptizare voluerit, sic paratus vestibus albis incipiat, postquam ad Baptisterium deventum fuerit, dicens: Quo nomine vocaris? R. N. Episcopus interrogat: N. Credis in Deum Patrem omnipotentem etc. et prosequitur usque in finem juxta ordinem Baptismi, ut supra.



CAPUT 7.

BENEDICTIO FONTIS BAPTISMI

EXTRA SABBATUM PASCHÆ ET PENTECOSTES,
CUM AQUA CONSECRATA NON HABETUR.

Primum lavatur, et mundatur vas Baptisterii, deinde limpida aqua repletur. Tum Sacerdos cum suis Clericis, vel etiam aliis Presbyteris, cruce et duobus cereis præcedentibus, ac thuribulo et incenso, et cum vasculis Chrismatis, et Olei Catechumenorum descendit ad Fontem, et ibi, vel ante Altare Baptisterii dicit Litaniam ordinariam, prout habetur infra post septem Psalmos Pœnitentiales.

2. Et ante Ψ . Ut nos exaudire digneris, dicat et secundo repetat sequentem versum:

Ut Fontem istum ad regenerandam tibi novam prolem benedicere ✠, et consecrare ✠ digneris.

R. Te rogamus audi nos.

3. Potest etiam dici Litania brevior, ut in Missali in Sabato Sancto.

Et dicto ultimo Kýrie eléison,

4. Sacerdos dicat: Pater noster, et Credo in Deum, etc. (p. 16), omnia clara voce: quibus finitis dicat:

Ψ . Apud te Dómine est fons vitæ.

R. Et in lúmine tuo vidébimus lumen.

Ψ . Dómine exaúdi oratióem meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

Ψ . Dóminus vobíscum. **R.** Et cum spírítu tuo.

Orémus.

Omnípotens sempitérne Deus, adésto magnæ pietátis tuæ mystériis, adésto sacraméntis: et ad recreándos novos pópulos, quos tibi fons Baptismatis párturit, spírítum adoptiόνis emítte; ut quod nostræ humilitátis geréndum est ministério, virtútis tuæ impleátur efféctu. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum, qui tecum vivit, et regnat in unitáte Spírítus Sancti Deus, etc.

R. Amen.

Exorcismus aquæ.

Exorcízo te, creatúra aquæ, per Deum ✠ vivum, per Deum ✠ verum, per Deum ✠ sanctum, per Deum, qui te in principio verbo separávit ab árida: cujus Spíritus super te ferebátur, qui te de paradíso manáre jussit.

5. Hic manu aquam dividat, et deinde de ea effundat extra marginem Fontis, versus quatuor Orbis partes, proseguens:

Et in quátuor fluminibus totam terram rigáre præcépít: qui te in desérto amáram per lignum, dulcem fecit atque potábilem; qui te de petra prodúxit, ut pópulum, quem ex Ægýpto liberáverat, siti fatigátum recreáret. Exorcízo te per Jesum Christum, Fílium ejus únicum, Dóminum nostrum: qui te in Cana Galilææ signo admirábili sua poténtia convértit in vinum: qui super te pédibus ambulávit, et a Joánne in Jordáne in te baptizátus est. Qui te una cum sángine de látere suo prodúxit: et discí-pulis suis jussit, ut credétes baptizárent in te, dicens: Ite, docéte omnes gentes, baptizátes eos in nómine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti; ut efficiáris aqua sancta, aqua benedícta, aqua, quæ lavat sordes, et mundat peccáta. Tibi ígitur præcípio, omnis spíri-tus immúnde, omne phantásma, omne mendácium, eradicáre, et effugáre ab hac creatúra aquæ, ut qui in ipsa baptizándi erunt, fiat eis fons aquæ saliéntis in vitam ætérnam, regénerans eos Deo Patri, et Fílio, et Spíritui Sancto, in nómine ejúsdem Dómini nostri Jesu Christi, qui ventúrus est judicáre vivos et mórtuos, et sæculum per ignem. **R.** Amen.

Orémus.

Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus, aquárum spirituálium sanctificátor, te suppliciter deprecámur: ut ad hoc ministérium humilitátis nostræ respícere dignéris, et super has aquas, abluéndis et purificándis homínibus præparátas, Angelum sanctitátis emíttas, quo peccátis vitæ prióris ablútis,

reatúque detérso, purum Sancto Spíritui habitáculum regeneráti éffici mereántur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum etc. **R.** Amen.

6. Tunc sufflet ter in aquam versus tres partes secundum hanc figuram Ψ ; deinde imponit incensum in thuribulo, et Fontem incensat. Postea infundens de Oleo Catechumenorum in aquam in modum crucis, clara voce dicit:

Sanctificétur, et fœcundétur fons iste Oleo salútis renascéntibus ex eo in vitam ætérnam, in nómine Patris ✠, et Fílii ✠, et Spíritus ✠ Sancti. **R.** Amen.

7. Deinde infundit de Chrismate, modo quo supra, dicens:


Infúsio Chrísmatis Dómini Jesu Christi, et Spíritus Sancti Parácliti, fiat in nómine sanctæ Trinitátis. **R.** Amen.

8. Postea accipit ambas ampullas dicti Olei sancti et Chrismatis, et de utroque simul in modum crucis infundendo, dicit:

Commíxtio Chrísmatis sanctificatiónis, et Olei unctiόνis, et aquæ Baptísmatis páriter fiat in nómine Patris ✠, et Fílii ✠, et Spíritus ✠ Sancti. **R.** Amen.

9. Tum depositis ampullis, dextera manu Oleum sanctum, et Chrisma infusum miscet cum aqua et spargit per totum fontem. Deinde medulla panis manum tergit; et si quis baptizandus est, eum baptizat, ut supra. Quod si neminem baptizat, statim manus abluat, et ablutio effundatur in sacrarium.





TITULUS III.

CAPUT UNICUM.

DE SACRAMENTO CONFIRMATIONIS.

Licet solus Episcopus sit ordinarius Minister Sacramenti Confirmationis, ut tamen animarum Curatores fideles sibi commissos ad illud suscipiendum hortentur, et cum hoc Sacramento initiandi sunt, noverint convenientius instituire, lubet aliqua subjungere scitu necessaria ac notatu digna, de quibus Catechismus Romanus Part. II. cap. 3.

2. Confirmatio verum novæ legis Sacramentum est unctio frontis baptizati ab Episcopo facta sub certa verborum forma, quæ ideo sic dicitur, quia baptizatus accepta nova Spiritus S. virtute firmior evadit in fide et perfectus miles Christi esse incipit.

3. Effectus hujus Sacramenti est augmentum gratiæ adeo, ut quis timore et pudore deposito protestetur fidem suam et etiam gaudeat pro nomine Jesu contumeliam ac persecutiones pati.

4. Quamvis hoc Sacramentum non sit absolute necessarium ad salutem, non est tamen facile a quovis prætermittendum. Acta Apostolorum 1. cap. referunt Christum præcepisse Apostolis: **ab Hierosolymis ne discederent, sed exspectarent promissionem Patris.** Item: **Sedete in civitate, donec induamini virtute ex alto.** Hæc promissio Patris, hæc indutio virtutis ex alto est infusio Spiritus S., quo Pentecostes die sunt repleti Apostoli et discipuli, quæ fuit figura Sacramenti Confirmationis, unde idem effectus prodit, sicut ergo Apostolis, ita quoque fidelibus præcipitur: ut septiformis Spiritus gratiam in Sacramento Confirmationis suscipere adlaborent. Veritas hæc confirmatur auctoritate Catechismi Romani loco supra citato n. 16. **Quod enim omnibus communiter ad sanctificationem Deus proposuit, ab omnibus etiam summo studio expetendum est.**

Hinc propositio docens: Confirmationem non præcipi, nisi cum commode haberi potest, vel ut alii dicunt commodissime, quando sine ullo vel prorsus minimo incommodo, a Theologis Parisiensibus declarata est tamquam scandalosa in maximum Confirmationis contemptum maligno animo proposita et in errorem inducens.

5. Cum ergo tempus Pentecostes advenerit, aut alias Parochus intellexerit, Episcopum velle Confirmationis Sacramentum administrare:

I. Exhortabitur universos nondum confirmatos, ne hanc istius pretiosi thesauri occasionem, quæ quotidiana non est, negligent, præsertim autem Patresfamilias instigando, ut filios filiasque ac domesticos suos prompte adducant; minores tamen, cum ad pugnam spirituales communiter nondum sunt idonei, non ita facile pro Sacramento Confirmationis præsentandi sunt.

II. Confirmationis Sacramenti candidatos diligenter sive in catechesibus, sive in concionibus, sive etiam in aliis specialiter ad id institutis conventibus juxta antea dicta et conformiter ad Catechismum Romanum instituet de dignitate, necessitate, utilitate, institutione, effectibus, cæremoniis aliisque hujus Sacramenti pertinentiis ad captum suarum plebium disserendo, et non nisi desuper examinatos et in examine probatos ad susceptionem hujus Sacramenti admittet.

III. Persuadebit omnibus confessionem sacramentalem, qua se in statum gratiæ ponant, monebit eos de actu fidei circa virtutem hujus Sacramenti eliciendo, ac docebit omnes, ut cum devotione, reverentia, attentione, sine rumore ac strepitu accedant, ante Episcopum genuflectant ac manus conjunctim attollant.

6. Signum Crucis cum sacro Chrismate fronti impressum est symbolum militiæ Christianæ, alapa maxillæ confirmati leviter infligitur, ut is intelligat, pro Christi nomine adversa constanter esse perferenda, pax optatur eidem, ut sciat, se cœlestis gratiæ plenitudinem ac pacem bonæ conscientiæ, quæ omnem sensum superat, esse adeptum.

7. Sæpe quoque admonendi sunt confirmati, ut memores esse velint gratiæ cœlestis, quam in hoc Sacramento consecuti sunt, ne eam vacuum esse sinant, sed firmiter pugnent, et peccato, mundi ac diaboli tentationibus viriliter resistent.




Lavabunt in ea Aaron et

filius eius manus . . Exod. 30.



Descendit et lavit in Jor-

dane septies. IV. Reg. 5, 14.



TITULUS IV.

CAPUT 1.

DE SACRAMENTO PŒNITENTIÆ.



Sanctum Pœnitentiæ Sacramentum ad eos, qui post Baptismum lapsi sunt, in gratiam Dei restituendos, a Christo Domino institutum, eo diligentius administrandum est, quo frequentior est ejus usus et quo plura requiruntur ad illud recte, digneque tractandum ac suscipiendum. Cum autem ad illud constituendum tria concurrant: materia, forma et minister, illius quidem remota materia sunt peccata, proxima vero sunt actus pœnitentis, nempe: contritio, confessio et satisfactio. Forma autem, illa absolutionis verba: **Ego te absolvo etc.** Minister denique est Sacerdos habens potestatem absolvendi vel ordinariam vel delegatam. Sed si periculum mortis immineat, approbatusque desit Confessarius, quilibet Sacerdos potest a quibuscumque censuris et peccatis absolvere. In ejus ministro requiritur etiam bonitas, scientia atque prudentia, cum sigillo secretæ confessionis sub exacto perpetuoque silentio. Quibus et aliis ad id opportunis ut optime sint instructi, omni studio curare debent Confessarii.

2. In primis meminerit Confessarius, se judicis pariter et medici personam sustinere, ac divinæ justitiæ simul et misericordiæ ministrum a Deo constitutum esse, ut tamquam arbiter inter Deum et homines, honori divino et animarum saluti consulat.

3. Ut ergo recte judicare queat, discernens inter lepram et lepram, et tamquam peritus medicus animarum morbos prudenter curare, et apta cuique remedia applicare sciat, quantam potest maximam ad id scientiam atque prudentiam, tum assiduis ad Deum precibus, tum ex probatis Auctoribus, præsertim e Catechismo Romano, et prudenti consilio peritorum studeat sibi comparare.

4. Sciat casus et censuras Sedi apostolicæ, et Ordinario suo reservatas, et suæ cujusque Ecclesiæ constitutiones, easque diligenter observet.

5. Denique hujus Sacramenti doctrinam omnem recte nosse studebit, et alia ad ejus rectam administrationem necessaria. Atque in hoc ministerio ita procedat, ut infra præscribitur.

CAPUT 2.

ORDO ADMINISTRANDI SACRAMENTUM PŒNITENTIÆ.

Sacerdos ad audiendam confessionem vocatus, promptum facilemque se præbeat: ac priusquam ad audiendum accedat, si tempus suppetat, ad hoc ministerium recte, sancteque obeundum, divinum auxilium piis precibus implorabit.

2. In Ecclesia, non autem in privatis ædibus, confessiones audiat, nisi ex causa rationabili, quæ cum inciderit, studeat tamen id decenti ac patenti loco præstare.

3. Habeat in Ecclesia sedem confessionalem, in qua sacras confessiones excipiat: quæ sedes patenti, conspicuo, et apto Ecclesiæ loco posita, crate perforata inter pœnitentem et Sacerdotem sit instructa.

4. Superpelliceo, et stola violacei coloris utatur, prout tempus, vel locorum feret consuetudo.

5. Pœnitens, si opus fuerit, admoneatur, ut qua decet humilitate mentis et habitus accedat, et flexis genibus signo crucis se muniat.

6. Mox Confessarius inquireat de illius statu (nisi aliter notus fuerit) et quampridem sit confessus, et an impositam pœnitentiam adimpleverit? num rite atque integre alias confessus fuerit; num conscientiam suam, ut debet, prius diligenter discussit.

7. Quod si pœnitens aliqua censura, vel casu reservato sit ligatus, a quo ipse non possit absolvere, non absolvat, nisi prius obtenta facultate a Superiore.

8. Si vero Confessarius, pro personarum qualitate, cognoverit pœnitentem ignorare christianæ fidei rudimenta, si tempus suppetat, cum breviter instruat de articulis fidei, et aliis ad salutem cognitu necessariis, et ignorantiam ejus corripiat, illumque admoneat, ut ea postmodum diligentius addiscat.

9. Tum pœnitens confessionem generalem latina, vel vulgari lingua dicat, scilicet **Confiteor, etc.** vel saltem utatur his verbis: **Confiteor Deo omnipotenti, et tibi pater.** Peccata sua exinde confiteatur, adjuvante, quotiescumque opus fuerit, Sacerdote: qui confi-

tentem non reprehendet, nisi finita, ut dicetur, confessione; neque interpellabit, nisi opus fuerit aliquid melius intelligere; proinde fiduciam ei præbeat, et humaniter suggerat, ut omnia peccata sua rite et integre confiteatur, remota stulta illa quorumdam verecundia, qua præpediti, suadente diabolo, peccata confiteri non audent.

10. Si pœnitens numerum, et species, et circumstantias peccatorum explicatu necessarias non expresserit, eum Sacerdos prudenter interroget.

11. Sed caveat, ne curiosus, aut inutilibus interrogationibus quemquam detineat, præsertim juniores utriusque sexus, vel alios, de eo, quod ignorant, imprudenter interrogans, ne scandalum patiantur, indeque peccare discant.

12. Demum, audita confessione, perpendens peccatorum, quæ ille admisit, magnitudinem, ac multitudinem, pro eorum gravitate, ac pœnitentis conditione, opportunas correptiones ac monitiones, prout opus esse viderit, paterna caritate adhibebit, et ad dolorem et contritionem efficacibus verbis adducere conabitur, atque ad vitam emendam ac melius instituendam inducet, remediaque peccatorum tradet.

13. Postremo salutarem et convenientem satisfactionem, quantum spiritus et prudentia suggesserint, injungat, habita ratione status, conditionis, sexus, et ætatis et item dispositionis pœnitentium. Videatque, ne pro peccatis gravibus levissimas pœnitentias imponat, ne si forte peccatis conniveat, alienorum peccatorum particeps efficiatur. Id vero ante oculos habeat, ut satisfactio non sit tantum ad novæ vitæ remedium, et infirmitatis medicamentum, sed etiam ad præteritorum peccatorum castigationem.

14. Quare curet, quantum fieri potest, ut contrarias peccatis pœnitentias injungat, veluti avaris eleemosynas, libidinis jejunia, vel alias carnis afflictiones, superbis humilitatis officia, desidiosus devotionis studia. Rarius autem vel serius confitentibus, vel in peccata facile recidentibus, utilissimum fuerit consulere, ut sæpe, puta semel in mense, vel certis diebus solemnibus confiteantur, et si expediat, communicent.

15. Pœnitentias pecuniarias sibi ipsis Confessarii non applicant, neque a pœnitentibus quidquam tamquam ministerii sui præmium petant, vel accipiant.

16. Pro peccatis occultis, quantumvis gravibus, manifestam pœnitentiam non imponant.

17. Videat autem diligenter Sacerdos, quando, et quibus conferenda, vel deneganda, vel differenda sit absolutio, ne absolvat eos, qui talis beneficii sunt incapaces: quales sunt qui nulla dant signa doloris; qui odia et inimicitias deponere, aut aliena, si possunt, restituere, aut proximam peccandi occasionem deserere, aut alio modo peccata derelinquere, et vitam in melius emendare nolunt: aut qui publicum scandalum dederunt, nisi publice satisfaciant,

et scandalum tollant: neque etiam eos absolvat, quorum peccata sunt Superioribus reservata.

18. Si vero quis confiteatur in periculo mortis constitutus, absolvendus est ab omnibus peccatis et censuris, quantumvis reservatis (cessat enim tunc omnis reservatio): sed prius, si potest, cui debet, satisfaciat: ac si periculum evaserit, et aliqua ratione Superiori, a quo alias esset absolvendus, se sistere teneatur; cum primum poterit, coram eo se sistat, quidquid debet præstiturus.

19. Quod si inter confitendum, vel etiam antequam incipiat confiteri, vox et loquela ægro deficient, nutibus et signis conetur, quoad ejus fieri poterit, peccata pœnitentis cognoscere: quibus utcumque vel in genere, vel in specie cognitis, vel etiam si confitendi desiderium sive per se, sive per alios ostenderit, absolvendus est.

20. Meminerit porro Sacerdos, ægris non esse injungendam gravem, aut laboriosam pœnitentiam; sed indicendam tantum illam, quam, si convaluerint, opportuno tempore peragant. Interim juxta gravitatem morbi, aliqua oratione, aut levi satisfactione imposita, et acceptata, absolvantur, prout opus fuerit.

Oratio

ante administrationem Sacramenti Pœnitentiæ.

Da mihi, Dómine, sédium tuárum assistricem sapiéntiam, ut sciam judicáre pópulum tuum in justítia et paúperes tuos in judício. Fac me ita tractáre claves regni cœlórum, ut nulli apériam, cui claudéndum sit, nulli claudam, cui aperiéndum sit. Sit inténtio mea pura, zelus meus sincérus, cáritas mea pátiens, labor meus fructuósus. Sit in me lénitas non remíssa, aspéritas non sevéra; paúperem non despíciam, díviti ne áduler. Fac me ad alliciéndos peccatóres suávem, ad interrogándos prudéntem, ad instruéndos perítum. Tríbue, quæso, ad retrahéndos a malo solértiam, ad confirmándos in bono sedulitátem, ad promovéndos ad melióra indústriam, in respónsis maturitátem, in consíliis rectitúdinem, in obsúris lumen, in impléxis sagacitátem, in árduis victóriam, inutilibus collóquiis ne detínear, pravis ne contáminer, álios salvem, meípsum non perdam. Amen.

Pius IX. omnibus et singulis confessariis, hanc orationem corde saltem contrito et devote recitantibus, centum dierum indul-

gentiam, semel tantum in die acquirendam, clementer est largitus, die 27. Martii 1854.

Oratio

post administrationem Sacramenti Pœnitentiæ.

Dómine Jesu Christe, Fili Dei vivi, hoc obséquii mei ministérium súscipe in amóre illo digníssimo, quo beátam Mariám Magdalénam omnésque ad te confugiéntes peccatóres absolvísti; et quidquid in Sacraménti hujus administratióne negligénter minúsque digne perféci, tu per te supplére et satisfácere dignéris. Omnes et síngulos, qui mihi modo conféssi sunt, comméndo dulcíssimo Cordi tuo, rogans, ut eósdem custódias et a relápsu præserve, atque post hujus vitæ misériam tecum ad gáudia perdúcas æténa. Amen.

CAPUT 3.

ABSOLUTIONIS FORMA.



um igitur pœnitentem absolvere voluerit, injuncta ei prius, et ab eo acceptata salutari pœnitentia, primo dicit:

Misereátur tui omnípotens Deus, et dimíssis peccátis tuis, perdúcat te ad vitam æténam. Amen.

2. Deinde dextera versus pœnitentem elevata, dicit:

Indulgéntiam, absolutiónem, et remissionem peccatórum tuórum tríbuat tibi omnípotens, et miséricors Dóminus. Amen.

Dóminus noster Jesus Christus te absólvat: et ego auctoritate ipsíus te absólvo ab omni vínculo excommunicatiónis, suspensiónis, et interdícti, in quantum possum, et tu índiges. Deínde ego te absólvo a peccátis tuis, in nómine Patris ✠, et Filii, et Spíritus Sancti. Amen.

3. Si pœnitens sit laicus, omittitur verbum suspensiónis.

Pássio Dómini nostri Jesu Christi, mérita beátæ Mariæ Vírginis, et ómnium Sanctórum, quidquid

boni féceris, et mali sustinúeris, sint tibi in remis-
sionem peccatórum, augméntum grátiaë, et præmium
vitæ ætérnæ. Amen.

4. In confessionibus autem frequentioribus, et brevioribus omitti potest, Misereátur, etc. et satis erit dicere: Dóminus noster Jesus Christus, etc. ut supra usque ad illud: Pássio Dómini nostri, etc.

5. Urgente vero aliqua gravi necessitate in periculo mortis, breviter dicere poterit:

Ego te absolvo ab ómnibus censúris, et pec-
cátis, in nómine Patris ✠, et Filii, et Spíritus Sancti.
Amen.

6. Absolutio Sacramentalis impertienda est a Sacerdote detecto capite ob reverentiam Sacramenti, hæc sententia innititur decisioni S. Congregationis Rituum, quæ expungi jussit opinionem eorum, qui docent: quod ob auctoritatem Judiciale[m] Confessarii absolutio dari debeat cooperto capite.

7. Omnis absolutio cujuscumque nominis, sive ab excommu-
nicatione, sive a suspensione, sive ab interdicto præcedere debet ipsam absolutionem a peccatis, dispensatio vero omnis, si quæ in Confessionali expedienda est, sive in Votis, sive in Irregularitate, sive in impedimentis Matrimonii, uti etiam Rehabilitationes et Con-
donationes expediuntur immediate post absolutionem a peccatis ante orationem illam: Pássio Dómini etc. quæ deinde subjungitur.

8. Ut vero nihil desit, quod in ejusmodi emergenti casu a Confessariis desiderari potest, pro directione et instructione eorum formulæ dispensationis, rehabilitationis, condonationis aut ejuscum-
que alterius rei breviter apponuntur:

9. Modus exsequendi litteras dilationis Voti simplicis Religionis.

Insuper Auctoritáte Apostólica speciáliter mihi delegáta (vel subdelegáta) tibi dilatió[n]em ad implén-
dum Votum Religió[n]is, quod emisísti, concédo in nómine Patris, ✠ et Filii, et Spíritus Sancti. Amen.

Pássio Dómini nostri etc.

10. Modus exsequendi litteras dispensationis Voti simplicis Religionis.

Deínde Auctoritáte Apostólica speciáliter mihi delegáta (vel subdelegáta) te non obstánte Voto Religió[n]is, quod álias emisísti, in matrimónio remanére et débitum conjugále exigere et réddere

posse decláro in nómine Patris ✠ et Filii etc. ut supra, quod in omnibus observandum est.

11. Modus exsequendi litteras dispensationis simplicis voti castitatis.

Item Auctoritáte etc. ut in prioribus duabus formulis, te non obstante voto castitátis, quod emisisti et transgressus fuísti, in dicto matrimónio remanére et débitum conjugále réddere posse et débere decláro, et ut idem débitum étiam exigere lícite possis et váleas, tecum eádem Auctoritáte Apostólica dispénso, in nómine Patris ✠ etc.

12. Formula commutationis voti simplicis Religionis.

Et Auctoritáte etc. ego tibi Votum Religiónis, quod emisisti in ópera pietátis, quæ tibi præscripsi, dispensádo ad efféctum lícite contrahéndi matrimónium sive ad efféctum remanéndi in sæculo in vita cœlibe commúto, in nómine etc.

13. Formula commutationis voti Castitatis.

Et Auctoritáte etc. tibi votum castitátis, quod emisisti, ad efféctum, ut matrimónium contráhere et débitum conjugále réddere et exigere lícite possis et váleas, in ópera tibi præscripta dispensádo commúto, in nómine Patris ✠ etc.

14. Formula commutationis simplicis Voti Castitatis et Religionis simul.

Item Auctoritáte etc. tibi Vota Religiónis et Castitátis, quæ emisisti, ad efféctum, ut matrimónium legítimè contráhere et in eo débitum conjugále réddere et exigere lícite possis et váleas, in ópera pietátis, quæ tibi præscripsi, dispensádo commúto, in nómine Patris ✠ etc.

15. Formula commutationis votorum Peregrinationis S. Sedi reservatorum.

Item Auctoritáte etc. tibi votum peregrinatiónis N. quod emisisti, in peregrinatióem, (eleemósynam seu ália pietátis ópera) quæ tibi præscripsi, dispensádo commúto, in nómine Patris ✠ etc.

16. Formula dispensationis super impedimento occulto affinitatis proveniente ex copula illicita ad contrahendum matrimonium.

Et insuper Auctoritate etc. dispénso tecum super impediménto primi, (seu secúndi, seu primi et secúndi) affinitátis gradus ex cópula illícita a te hábita cum soróre mulieris, (seu cum filia soróris mulieris) cum qua contráhere inténdis, proveniénte, ut præfáto impediménto non obstánte, matrimónium cum dicta muliere serváta forma juris commúnis válide et lícite contráhere, consummáre ac in eo remanére possis et váleas, in nómine Patris ✠ etc.

Insuper eádem Auctoritate prolem, quam ex matrimónio suscéperis, legítimam fore núnctio et decláro, in nómine etc.

17. Formula dispensationis super eodem impedimento ad remanendum in matrimonio contracto.

Et insuper Auctoritate etc. dispénso tecum super impediménto primi (seu secúndi) affinitátis gradus ex cópula illícita, quam cum soróre (vel filia soróris) tuæ putátæ cónjugis ántea habuísti, ut illo non obstánte renováto consénsu cum præfáta cónjuge matrimónium cum illa válide et lícite contráhere, consummáre et in eo remanére váleas et possis, in nómine etc.

Et páriter eádem Auctoritate prolem, si quam suscepísti et suscéperis, legítimam fore decérno et decláro, in nómine etc.

Duæ hæ formulæ norma sunt aliarum concipiendarum dispensationum mutatis mutandis pro Consanguineis, Affnibus ac iis, qui impetrata dispensatione super impedimento publico tacuerunt impedimentum occultum.

18. Formula restituendi amissum jus petendi debitum.

Et insuper Auctoritate etc. dispénso tecum, ut non obstánte affinitáte, quam contraxísti cum tua uxóre ex illícita cópula a te hábita cum ejus soróre etc. débitum conjugále a tua uxóre étiam exigere lícite possis et váleas, in nómine etc.

Et páriter eádem Auctoritáte decláro, te non obstánte præfáta affinitáte superveniénte, in matrimónio cum tua uxóre remanére, illíque débitum conjugále réddere, posse et debére, in nómine etc.

19. *Formula dispensationis super impedimento criminis ad contrahendum.*

Insuper Auctoritáte etc. dispénso tecum super impediménto críminis occúlto ex adultério et fide data proveniénte, ut illo non obstánte cum muliere córrea matrimónium públice serváta forma juris commúnis válide et lícite contráhere et consummáre, debitúmque conjugále exigere et réddere lícite possis et váleas, in nómine etc.

Páriter eádem Auctoritáte prolem suscéptam, non tamen ex adultério concéptam, et suscipiéndam legítimam fore núnctio et decláro, in nómine etc.

20. *Formula dispensationis super eodem impedimento in contracto matrimonio.*

Et insuper Auctoritáte etc. dispénso tecum super impediménto críminis ex adultério et fide data proveniénte, ut illo non obstánte matrimónium cum tua putáta cónjugé válide et lícite contráhere, consummáre ac débitum conjugále exigere et réddere váleas et possis, in nómine etc.

Páriter eádem Auctoritáte prolem, si quam suscepéris, non tamen ex adultério concéptam, et quam suscepúrus es, legítimam esse et fore decérno et decláro, in nómine etc.

21. *Formula dispensationis super irregularitate ad suscipiendos Ordines.*


Et páriter Auctoritáte etc. tecum dispénso super irregularitáte, quam e. g. ex homicídio contraxísti, ut illa non obstánte Clericáli caractére insigníri ac Ordines étiam sacros et Presbyterátus suscipere, et postquam suscepéris, in illis étiam in Altáris ministério ministráre lícite possis et váleas, in nómine etc.

22. *Formula dispensationis super irregularitate in Ordine suscepto et Rehabilitationis pro Sacerdote simoniacó.*

Et insuper Auctoritate etc. tecum dispēso super irregularitate, quam ex simonia et ex violatione censuræ postea contraxisti, ut illa non obstante in tuis Ordinibus etiam in Altaris ministerio ministrare, ac Beneficia, si quæ tibi alias canonicè conferantur, non tamen Beneficium, quod simoniacè obtinuisti et dimisisti, recipere et retinere licite possis et valeas, in nomine etc.

23. *Formula condonationis fructuum male perceptorum.*

Et insuper Auctoritate etc. fructus, quos ex tuo Beneficio male percepisti ob non recitatas horas vel ob non legitimam possessionem, mediante elemosyna tibi impōsita, gratiosè tibi remitto et condono, in nomine Patris ✠ etc.



CAPUT 4.

DE ABSOLUTIONE AB EXCOMMUNICATIONE
IN FORO EXTERIORI.

SI potestas absolvendi ab excommunicationis sententia Sacerdoti commissa fuerit a Superiore, et in mandato certa forma sit præscripta, illa omnino servanda est: si vero in mandato seu commissione dicitur: *In forma Ecclesiæ consueta absolvat*, — hæc servanda sunt:

2. Primo, ut excommunicatus ei, ob cujus offensam in excommunicationem incurrit, prius, si potest, satisfaciat. Quod si tunc non possit, sufficientem cautionem præbeat, aut saltem, si eam præstare non potest, juret se, ut primum poterit, satisfacturum.

3. Secundo, si crimen, ob quod in excommunicationem incidit, sit grave, juramentum ab eo exigatur de parendo mandatis Ecclesiæ, quæ illi fient pro tali causa: ac præcipue ne deinceps delinquat contra illum Canonem, vel Decretum, contra quod faciendo censuram incurrit.

4. Denique hunc absolvendi ritum observabit:

Superpelliceo et stola violacei coloris indutus sedet et cooperito capite super penitentem coram se genuflexum dicit totum Psalmum:

Psalmus 50.

Miserere mei Deus: * secundum magnam misericordiam tuam.

Et secundum multitudinem miserationum tuarum: * dele iniquitatem meam.

Amplius lava me ab ini-

quitáte mea: * et a peccáto meo munda me.

Quóniam iniquitátem meam ego cognóscó: * et peccátum meum contra me est semper.

Tibi soli peccávi, et malum coram te feci: * ut justificéris in sermónibus tuis, et vincas, cum judicáris.

Ecce enim in iniquitátibus concéptus sum: * et in peccátis concépit me mater mea.

Ecce enim veritátem dilexísti: * incérta et occúlta sapientiæ tuæ manifestásti mihi.

Aspérges me hyssópo et mundábor: * lavábis me, et super nivem dealbábor.

Audítui meo dabis gaúdium et lætítiam: * et exsultábunt ossa humiliáta.

Avérte fáciem tuam a peccátis meis: * et omnes iniquitátes meas dele.

Cor mundum crea in me Deus: * et spíritum rectum ínnova in viscéribus meis.

Ne projicias me a fácie tua:

* et Spíritum Sanctum tuum ne aúferas a me.

Redde mihi lætítiam salutaris tui: * et spíritu princípáli confirma me.

Docébo iníquos vias tuas: * et impii ad te converténtur.

Líbera me de sanguínibus, Deus, Deus salutis meæ: * et exsultábit lingua mea justítiam tuam.

Dómine, lábia mea apéries: * et os meum annuntiábit laudem tuam.

Quóniam si voluísset sacrificium, dedíssem útique: * holocaustis non delectáberis.

Sacrificium Deo spíritus contribulátus: * cor contrítum et humiliátum Deus non despicies.

Benigne fac Dómine in bona voluntáte tua Sion: * ut aedificéntur muri Jerúsalem.

Tunc acceptábis sacrificium justítiæ, oblatiónes, et holocausta: * tunc impónent super altáre tuum vítulos.

Glória Patri etc.

5. Deinde surgit, et aperto capite dicit:

Kýrie eléison. **Christe** eléison. **Kýrie** eléison. **Pater** noster.

V. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

R. Sed líbera nos a malo.

V. Salvum fac servum tuum (vel ancíllam tuam) Dómine.

R. Deus meus sperántem in te.

V. Nihil proficiat inimícus in eo (vel in ea).

R. Et fílius iniquitátis non appónat nocére ei.

V. Esto ei Dómine turris fortitúdinis.

R. A fácie inimíci.

V. Dómine exaúdi oratióem meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum. **R.** Et cum spírítu tuo.

Orémus.

Deus, cui próprium est, miseréri semper et párcere, súscipe deprecatióem nostram, ut hunc fámulum tuum, quem (**vel** hanc fámulam tuam, quam) excommunicatiónis senténtia constringit, miserátio tuæ pietátis cleménte absólvat. Per Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.


6. *Mox sedet, et cooperto capite dicit:*

Dóminus noster Jesus Christus te absólvat: et ego auctoritaté ipsíus, et sanctíssimi Dómini nostri Papæ (**vel** reverendíssimi Epíscopi **N.**, **vel talis** Superióriis) mihi commíssa, absólvo te a vínculo excommunicatiónis, in quam incurristi (**vel** incurrisse declarátus es), propter tale factum (**vel** causam); et restítuo te communióni et unitáti fidélium, et sanctis Sacraméntis Ecclésiæ, in nómine Patris ✠, et Filii, et Spírítus Sancti.

7. *Quod si Sacerdoti nulla sit a Superiore præscripta forma, nec sibi mandatum, ut in forma Ecclesiæ communi, vel consueta absolvat; tunc nihilominus pro rei gravitate prædictam cæremoniam et preces adhibeat; at vero si res non fuerit adeo gravis, absolvere poterit, dicens:*

Dóminus noster Jesus Christus te absólvat: et ego auctoritaté ipsíus, et sanctíssimi Dómini nostri Papæ (**si a Papa fuerit delegatus**), (**vel** reverendíssimi Epíscopi **N.** **vel talis** Superióriis) mihi concéssa, absólvo te, etc. *ut supra.*

8. *In foro autem interiori, Confessarius habens facultatem absolvendi excommunicatum, absolvat juxta formam communem supra præscriptam in absolute sacramento. (pag. 59.)*



CAPUT 5.

RITUS HÆRETICUM VEL SCHISMATICUM
RECIPIENDI IN SINUM S. MATRIS ECCLESIAE.

Si quis ad fidem et unitatem Ecclesiae catholicae reverti in animo habet et voluntatem Sacerdoti aperit, hic summa cum diligentia et prudentia de vita et moribus illius, perinde ac de propositi motivis inquireat et nonnisi de illorum integritate et horum sinceritate certior factus institutionem ejus inchoet et eum in articulis fidei, praesertim apud heterodoxos controversis, diligenter instruat.

2. Quoniam inter nostri temporis sectarios haud pauci inveniuntur, qui praescriptum a Jesu Christo baptizandi modum ad omnino contemnunt, aut non stricte observant, de validitate Baptismi in haeresi suscepti inquirendum est. Instituto igitur diligenti examine, si compertum fuerit, aut nullum aut nulliter collatum fuisse, absolute baptizandus est, servatis caeremoniis et precibus, quae in Rituali pro baptismo adultorum assignantur. Si autem investigatione peracta, adhuc probabile dubium de baptismi validitate supersit, tunc sub conditione iteratur. Demum si constiterit, validum fuisse, omissa tantum, nisi rationabili de causa aliter Episcopo videatur, suppleantur. (S. Congr. S. Officii 20. Julii 1859; S. R. C. 27. Augusti 1836.)

3. Triplex igitur in conciliandis haereticis distinguitur procedendi methodus: 1) Si baptismus absolute conferatur, nulla sequitur abjuratio nec absolutio, eo quod omnia abluit Sacramentum regenerationis; 2) si baptismus sit sub conditione iterandus, hoc ordine procedendum erit: a) Abjuratio seu fidei professio, b) Baptismus conditionatus, c) Confessio sacramentalis cum absolutione conditionata; 3) quando denique validum judicatum fuerit baptisma, sola recipitur abjuratio seu fidei professio, quam absolutio a censuris sequitur. (S. Congr. S. Officii l. c.)

4. Sacerdos facultatem absolvendi ab haeresi ab Ordinario petens, suum simul de valore baptismi, mentione facta de investigatione peracta, judicium exprimat, resp. quae de eo occurrant dubia, sincere proponat.

5. Impetrata speciali facultate in excipienda professione fidei procedat hoc modo:

Sacerdos superpelliceo et stola violacei coloris indutus, et neo-conversus, cereum accensum manu tenens, genuflectunt coram Altari majore, vel saltem imagine Crucifixi; atque duobus cereis accensis et adhibitis ad minimum duobus testibus, ante professionem cantatur vel recitatur hymnus:

6. **M**eni Creátor Spíritus,
Mentes tuórum vísita,
Imple supérna grátia,
Quæ tu creásti pectora.

Qui díceris Paráclitus,
Altíssimi donum Dei,
Fons vivus, ignis, cáritas,
Et spiritális únctio.

Tu septifórmis múnere,
Dígitus patérnæ déxteræ,
Tu rite promíssum Patris,
Sermóne ditans gúttura.

Accénde lumen sénsibus,
Infúnde amórem córdibus,

Infirma nostri córporis
Virtúte firmans pépeti.

Hostem repéllas lóngius,
Pacémque dones prótinus;
Ductóre sic te prævio
Vitémus omne nóxium.

Per te sciámus da Patrem,
Noscámus atque Fílium,
Teque utriúsque Spíritum
Credámus omni témpore.

Deo Patri sit glória,
Et Filio, qui a mórtuis
Surréxit, ac Paráclito,
In sæculórum sæcula. Amen.

Quo finito cantatur vel dicitur:

V. Emítte Spíritum tuum, et creabúntur.

R. Et renovábis faciém terræ.

V. Dómine exaúdi oratióne meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum. **R.** Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Deus, qui corda fidélium Sancti Spíritus illustratióne docuísti, da nobis in eódem Spíritu recta sápere et de ejus semper consolatióne gaudére. Per Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

7. Deinde Sacerdos stans versus confitentem hæc memorat:

N. Jestże to prawdziwą
i szczerą wolą twoją, wróci-
ć na łono kościoła kato-
lickiego?

Tak jest.

Czy jesteś przekonany
(przekonana) doskonale
o prawdziwości wiary kato-
lickiej?

Jestem.

S. N. Ist es Dein (Ihr)
freier wohlüberlegter Ent-
schluß, in den Schoß der ka-
tholischen Kirche aufgenom-
men zu werden?

R. Ja.

S. Bist Du (Sind Sie) von
den Wahrheiten des katholi-
schen Glaubens vollkommen
überzeugt?

R. Ja.

Maszże mocne postanowienie tę wiarę, która tu teraz przed Bogiem i ludźmi jawnie wyznajesz, zachować stale w sercu twojem i życiem udowodniać aż do śmierci?

Tak jest, mam.

Składaj więc teraz wyznanie tej wiary.

S. Bist Du (Sind Sie) auch bereit, den Glauben, den Du (Sie) jetzt öffentlich vor Gott und den Menschen bekennst (bekennen), in Deinem (Ihrem) Herzen zu bewahren und in Deinem (Ihrem) Wandel auszuüben bis in den Tod?

R. Ja.

S. So lege (legen Sie) nun das Bekenntnis dieses Glaubens ab.

8. Postea Sacerdos cooperto capite sedet (in cornu Epistolæ, si Sanctissimum Sacramentum in altari asservetur, sin minus in medio altaris), et neo-conversus coram illo genuflexus emittit Professionem fidei juxta formam a Summis Pontificibus Pio PP. IV. et Pio PP. IX. præscriptam (quæ habetur in Appendice § 10. hujus Ritualis), vel juxta formam a Congr. S. Off. 20. Jul. 1859 approbatam et infra in lingua vernacula positam.

Si neo-conversus nesciat legere, Sacerdos eidem Professionem hanc tarde prælegit, ut eam intelligere et cum Sacerdote distinctis verbis enuntiare queat.

9. Wyznanie wiary.

W obliczu świętych Ewangielii, których ręką swą dotknę, i w przekonaniu, że nikt zbawionym być nie może bez wiary, którą święty, katolicki, apostołski, rzymski Kościół przechowuje, wierzy i naucza, a przeciw której — czego teraz załuję bardzo — zawinił utrzymując i wierząc to co jej nauce się sprzeciwia — ja **N. N.** wyznaję z boleścią i żalem nad moimi dawnymi

9. Glaubensbekenntnis.

Angeichts der heiligen Evangelien, die ich mit meiner Hand berühre, und in der Überzeugung, daß niemand ohne den Glauben selig werden kann, welchen die heilige, katholische, apostolische, römische Kirche bewahrt, glaubt und lehrt, und gegen den ich, — was ich jetzt bereue — sehr gefehlt habe, indem ich Lehren behauptete und glaubte, die ihrer Lehre zuwider waren, — bekenne ich **N. N.** jetzt mit Schmerz und Reue über meine

błędami, iż wierzę: święty, katolicki, apostołski, rzymski Kościół jest jedyny i prawdziwy Kościół, który Chrystus na ziemi założył; temuż Kościołowi poddaję się całym sercem. Wierzę we wszystkie artykuły, które on do wierzenia podaje, i odrzucam i potępiam wszystkoto, co on odrzuca i potępia, i jestem gotów wszystko zachowywać, co on mi nakazuje.

Wierzę w Boga jedyne-
go w trzech Boskich Osobach, które między Sobą różne, jednej jednakowoż są istoty, to jest: w Ojca i Syna i Ducha Świętego. — Również wiarą przyjmuję katolicką naukę o wcieleniu, męce, śmierci i zmartwychwstaniu Pana naszego Jezusa Chrystusa; połączenie obu natur, Boskiej i ludzkiej, w jednej Osobie; Boskie macierzyństwo Najśw. Maryi Panny niepokalanie poczętej, jako też jej nienaruszone panieństwo. — Prawdziwą, rzeczywistą i istotną obecność Ciała i Krwi Pana naszego Jezusa Chrystusa wraz z Jego

früheren Irrtümer, daß ich glaube: die heilige, katholische, apostolische, römische Kirche ist die einzige und wahre Kirche, die Christus auf Erden gestiftet hat; ihr unterwerfe ich mich von ganzem Herzen. Ich glaube alle Artikel, welche diese Kirche zu glauben vorstellt, und verwerfe und verdamme alles das, was sie verwirft und verdammt, und bin bereit, alles zu halten, was sie mir befiehlt.

Ich glaube an einen einzigen Gott in drei göttlichen Personen, die von einander unterschieden sind und doch wesensgleich sind, nämlich: an den Vater, den Sohn und den Heiligen Geist. — Ferner glaube ich die katholische Lehre von der Menschwerdung, dem Leiden, Sterben und der Auferstehung unseres Herrn Jesus Christus; die Vereinigung der beiden Naturen, der göttlichen und menschlichen in einer Person; die göttliche Mutter-schaft Mariä, ihre unbesleckte Empfängnis und immerwährende Jungfräuschaft. — Die wahre, wirkliche und wesentliche Gegenwart des Leibes und Blutes unseres Herrn Jesus Christus, samt seiner

duszą i Bóstwem w prze-
najsświętym Sakramen-
cie Ołtarza. — Bezkrwa-
wą ofiarę, która się Bogu
składa we Mszy świętej
jako ofiara uwielbienia,
dziękczynienia, przebła-
gania i prośby. — Siedm
Sakramentów, które Chry-
stus dla zbawienia rodza-
ju ludzkiego ustanowił,
które są: Chrzt, Bierz-
mowanie, Ciało i Krew
Pańska, Pokuta, Ostat-
nie namaszczenie Olejem
świętym, Kapłaństwo i
Małżeństwo.

Wierzę w czyściec,
zmartwychwstanie umar-
łych i żywot wieczny.
— Prymat (najwyższe
zwierzchnictwo) rzymskie-
go Papieża jako następcy
Piotra świętego, książecia
Apostolów i namiestnika
Jezusa Chrystusa, nie tyl-
ko co do zaszczytu, ale i
co do władzy duchownej.
— Cześć Świętych i ich ob-
razów. — Świętą powagę
apostolskich i kościelnych
podań, jako też Pisma
świętego, którego nie win-
niśmy w żadnem innem
znaczeniu wykladać i
rozumieć, prócz w tem,
w którym Matka nasza
święta, Kościół katolicki
to czynił i teraz czyni.

Seele und Gottheit im aller-
heiligsten Sakramente des
Altars. — Das unblutige
Opfer, welches in der heiligen
Messe als Lob-, Dank-, Bitt-
und Sühnopfer Gott darge-
bracht wird. — Die sieben hei-
ligen Sakramente, die Chri-
stus zur Seligmachung des
Menschengeschlechtes einge-
setzt hat, nämlich: die Taufe,
die Firmung, das heilige
Altarsakrament, die Buße,
die Letzte Ölung, die Priester-
weihe und die Ehe.

Ich glaube an das Fegfeuer,
an die Auferstehung der Toten
und an das ewige Leben. —
An den Primat (Vorrang) des
Papstes zu Rom, als des Nach-
folgers des heiligen Petrus, des
Apostelfürsten und Stellver-
treters Jesu Christi, nicht nur
der Ehre, sondern auch der
geistlichen Gewalt nach. —
Die Verehrung der Heiligen
und ihrer Bildnisse. — Die
Auktorität der apostolischen
und kirchlichen Überlieferun-
gen sowie der Heiligen Schrift,
welche wir in keinem andern
Sinne auslegen und verstehen
dürfen, als in jenem, in wel-
chem es unsere heilige Mutter,
die katholische Kirche getan hat
und noch tut.

Na końcu wierzę we wszystko zgoła, co wyroki świętych kanonów, święte Sobory powszechne, a osobliwie święty Sobór Trydencki i powszechny Sobór Watykański, tenże o Prymacie i o nieomylnem nauczycielstwie rzymskiego Papieża uczyły, orzekły, określiły. — Sercem szczerem i wiarą nieobludną znienawidzam i odrzekam się każdego błędu, każdego kacerstwa i sekty, które wymienionemu świętemu, katolickiemu i apostołickiemu rzymskiemu Kościołowi są przeciwne.

Endlich glaube ich alles, was durch die heiligen Kanones, durch die allgemeinen Kirchenversammlungen, und besonders durch das heilige Konzil zu Trient und das allgemeine Vatikanische Konzil, vor allem über den Primat und die Unfehlbarkeit des Papstes festgesetzt und erklärt worden ist. — Mit aufrichtigem Herzen und ungeheucheltem Glauben verabscheue ich daher jeglichen Irrtum und schwöre jeder Ketzeri und Sekte ab, welche der besagten heiligen, katholischen und apostolischen, römischen Kirche entgegen sind.

10. *Hic neo-conversus imponat manum dexteram super initium S. Evangelii secundum Joannem:*

In principio erat Verbum etc. dicens:

To obiecuję, ślubuję i przysięgam, ja **N. N.** Tak niech mi Pan Bóg dopomóż i ta święta Boża Ewangielia.

Das verspreche, gelobe und schwöre ich **N. N.** So wahr mir Gott helfe und dieses sein heiliges Evangelium!

Finita Professione neo-conversus Evangelium osculatur.

11. *Deinde sequitur absolutio ab excommunicatione in foro exteriori, ut supra pag. 64; tum confessio sacramentalis cum absolute ab excommunicatione in foro interiori. Quo facto neo-conversus ad sanctam communionem admittatur. Peracta autem conversio describatur in registro conversionum, vel si desit in libro baptismali.*

CAPUT 6.

DE MODO ABSOLVENDI A SUSPENSIONE
VEL AB INTERDICTOEXTRA VEL INTRA SACRAMENTALEM CONFESIONEM ET
DISPENSANDI SUPER IRREGULARITATE.

I Sacerdoti sit commissa facultas absolvendi aliquem a suspensione, vel interdicto, quamvis nulla verba sint præcipue determinata, uti poterit hac formula:

Pœnitens dicat: **Confiteor** Deo omnipotenti etc.

Sacerdos: **Misereatur** tui, etc. **Indulgentiam**, etc.

Auctoritate mihi ab **N.** tradita, ego absolvo te a vinculo suspensionis (vel interdicti), quam (vel quod) propter tale factum (vel causam) incurristi (seu incurrisse declaratus es), in nomine Patris ✠, et Filii, et Spiritus Sancti. Amen.

2. Si vero Confessario, sive in foro conscientiae, sive extra, data est potestas dispensandi super irregularitate, tunc postquam absolverit a peccatis, addat consequenter:

Et eadem auctoritate dispenseo tecum super irregularitate (vel irregularitatibus, si sint plures), in quam (vel in quas) ob talem causam (vel tales causas, eas exprimendo) incurristi: et habilem reddo, et restituo te executioni Ordinum, et officiorum tuorum, in nomine Patris ✠, et Filii, et Spiritus Sancti. Amen.

3. Si nullum habet Ordinem, dicatur:

Habilem reddo te ad omnes Ordines suscipiendos. vel etiam ad alia, juxta tenorem mandati.

4. Quod si necesse sit titulum beneficii restituere, et fructus male perceptos condonare, subjungat:

Et restituo tibi titulum (seu titulos) Beneficii (seu Beneficiorum), et condono tibi fructus male perceptos, in nomine Patris ✠, et Filii, et Spiritus Sancti. Amen.

5. Advertat autem Sacerdos, ne ullo modo in iis facultatis suae terminos excedat.



Melchisedech rex Salem profe



rens panem et vinum. Gen. 14



HOEC EST ENIM CORPUS MEUM




F.M.S.



Erit autem agnus absque



macula masculus . . Ex. 12.



TITULUS V.

CAPUT 1.

DE SANCTISSIMO EUCHARISTIÆ SACRAMENTO.

Omnibus quidem Ecclesiæ catholicæ Sacramentis religiose, sancteque tractandis, magna ac diligens cura adhibenda est: sed præcipue in administrando, ac suscipiendo sanctissimæ Eucharistiæ Sacramento, quo nihil dignius, nihil sanctius et admirabilius habet Ecclesia Dei; cum in eo contineatur præcipuum et maximum Dei donum, et ipsemet omnis gratiæ et sanctitatis fons, auctorque Christus Dominus.

2. Parochus igitur summum studium in eo ponat, ut cum ipse venerabile hoc Sacramentum, qua decet reverentia, debitoque cultu tractet, custodiat, et administret; tum etiam populus sibi commissus religiose colat, sancte frequenterque suscipiat, præsertim in majoribus anni solemnitatibus.

3. Ideo populum sæpius admonebit, qua præparatione, et quanta animi religione ac pietate, et humili etiam corporis habitu ad tam divinum Sacramentum debeat accedere: ut præmissa sacramentali confessione, omnes saltem a media nocte jejuni, et utroque genu flexo Sacramentum humiliter adorent, ac reverenter suscipiant, viri quantum fieri potest a mulieribus separati.

4. Moneantur præterea communicantes, ut sumpto Sacramento non statim ab Ecclesia discedant, aut colloquantur, nec statim vagis oculis circumspiciant, aut exspuant, neque de libro statim orationes recitent, ne Sacramenti species de ore decendant: sed, qua par est devotione, aliquantisper in oratione permaneant, gratias agentes Deo de tam singulari beneficio, atque etiam de sanctissima pas-

sione dominica, in cuius memoriam hoc mysterium celebratur et sumitur.

5. Curare porro debet, ut perpetuo aliquot particulæ consecratæ eo numero, qui usui infirmorum et aliorum fidelium communioni satis esse possit, conserventur in pyxide et solida decentique materia, eaque munda, et suo operculo bene clausa, albo velo cooperta, et quantum res feret, ornato in tabernaculo clave obserato.

6. Hoc autem tabernaculum conopeo decenter opertum, atque ab omni alia re vacuum, in Altari majori vel in alio, quod venerationi et cultui tanti Sacramenti commodius ac decentius videatur, sit collocatum; ita ut nullum aliis sacris functionibus, aut ecclesiasticis officiis impedimentum afferatur. Lampades coram eo plures, vel saltem una, die noctuque perpetuo coluceat; curabitque Parochus, ut omnia ad ipsius Sacramenti cultum ordinata, integra, mundaque sint, et conserventur.

7. Sanctissimæ Eucharistiæ particulas frequenter, scilicet singulis octo vel saltem quindecim diebus renovabit, et vasa, quibus recondebantur, diligenter purificabit, ante quam novæ hostiæ in eis reponantur. Hostiæ vero seu particulæ consecrandæ sint recentes (i. e. non ante viginti dies ad summum confectæ), et ubi eas consecraverit, veteres primo distribuat vel (post sumptionem sancti Sanguinis ante purificationem) sumat. Hostia autem major, quæ in ostensorio fuit exposita, non distribuatur, sed finita solemnitate intra Missam diei sequentis a Sacerdote consumatur.

8. Fideles omnes ad sacram Communionem admittendi sunt, exceptis iis, qui justa ratione prohibentur. Arcendi autem sunt publice indigni, quales sunt excommunicati, interdicti, manifestique infames: ut meretrices, concubinarij, fœneratores, magi, sortilegi, blasphemij, et alij ejus generis publici peccatores; nisi de eorum penitentia et emendatione constet, et publico scandalo prius satisfecerint.

9. Occultos vero peccatores, si occulte petant, et non eos emendatos agnoverit, repellat; non autem si publice petant, et sine scandalo ipsos præterire nequeat.

10. Amentibus præterea, seu phreneticis communicare non licet; licebit tamen, si quando habeant lucida intervalla, et devotionem ostendant, dum in eo statu manent, si nullum indignitatis periculum adsit.

11. Ita etiam iis, qui propter ætatis imbecillitatem nondum hujus Sacramenti cognitionem et gustum habent, administrari non debet.



CAPUT 2.
ORDO ADMINISTRANDI
SACRAM COMMUNIONEM.

Sacerdos igitur sanctissimam Eucharistiam ministraturus, hostiis, seu particulis pro populi multitudine consecratis, vasculoque uno vel pluribus, decenti et commodo loco expositis, cum vino et aqua ad purificationem eorum, qui communionem sumpserint, et ante eos linteo mundo extenso, lotis prius manibus, et superpelliceo indutus, ac desuper stola coloris Officio illius diei convenientis, præcedente Clerico, seu alio ministro, procedit ad Altare manibus junctis, et accensis cereis, facta prius et postea genuflexione extrahit pyxidem, et illam super corporale depositam, discooperit.* Minister genibus flexis nomine populi ad cornu Epistolæ facit confessionem generalem, dicens: Confiteor Deo omnipotenti, etc.

2. Tum Sacerdos iterum genuflectit, et manibus junctis ante pectus vertit se ad populum (advertens, ne terga vertat Sacramento), et in cornu Evangelii dicit:

Misereatur vestri omnipotens Deus et dimissis peccatis vestris, perducat vos ad vitam æternam.
R. Amen. Et addit: Indulgentiam, absolutiõnem ✠, et remissionem peccatorum vestrorum tribuat vobis omnipotens et misericors Dominus.

R. Amen.

3. Dicens: Indulgentiam etc. manu dextera in formam crucis signat communicandos.

4. Deinde ad Altare se convertit, genuflectit, manu sinistra pyxidem apprehendit; et duobus digitis, pollice et indice, Sacramentum accipit, et elevat: conversusque ad populum in medio Altaris dicat clara voce:

Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.

5. Mox subdit:

Domine, non sum dignus, ut intres sub tectum meum, sed tantum dic verbo, et sanabitur anima mea.

* In communione extra Missam semper adhibenda est bursa cum corporali, super quod reponenda est sacra pyxis toties, quoties administratur communio Christifidelibus, et decet, ut bursa cum corporali a sacerdote potius quam a ministro ad altare deferatur. Hæc Rubrica Ritualis est præceptiva et non ad libitum. (S. R. C. 24. Sept. 1842 et 27. Febr. 1847.)

Quod iterum, ac tertio repetit: qua formula etiam utendum est, cum feminæ communicatur.

6. Postea ad communicandum accedit, incipiens ab iis qui sunt ad partem Epistolæ; sed primo, si Sacerdotibus, vel aliis ex Clero danda sit communicatio, iis ad gradus Altaris genuflexis præbeatur, vel si commode fieri potest, intra sepimentum Altaris sint a laicis distincti. Sacerdotes vero cum stola communicent.

7. Sacerdos unicuique porrigens Sacramentum, et faciens cum eo signum crucis super pyxidem, simul dicit:

Corpus Dómini nostri Jesu Christi custódiat ánimam tuam in vitam ætérnam. Amen.

Si non esset sufficiens numerus hostiarum, ut unusquisque Communicantium suam integram accipiat, redeat Sacerdos ad altare et ibi dividat aliquot hostias in plures particulas quæ singulis distribuantur, siquidem necessitas adsit.

8. Ubi vero omnes communicaverint, Sacerdos reversus ad Altare, dicere poterit:

O sacrum convívium, in quo Christus súmitur, recólitur memória passiónis ejus, mens implétur grátia, et futúræ glóriæ nobis pignus datur.

℣. Panem de cœlo præstitisti eis.

℞. Omne delectaméntum in se habéntem.

Tempore Paschali additur: **Allelúja.**

9. Mox Sacerdos dicit:

℣. Dómine exaúdi oratióem meam.

℞. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíscum.

℞. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

Deus, qui nobis sub Sacraménto mirábili passiónis tuæ memóriam reliquisti; tribue, quæsumus; ita nos córporis et sánguinis tui sacra mystéria venerári, ut redemptiónis tuæ fructum in nobis júgiter sentiámus: Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitáte Spírítus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. **℞. Amen.**

10. Tempore Paschali dicitur Oratio:

Spíritum nobis, Dómine, tuæ caritátis infúnde: ut quos Sacraméntis paschálibus satiásti, tua fácias pietáte concórdes. Per Christum Dóminum nostrum.
R. Amen.

11. Antequam reponat Sacramentum, diligenter advertat, ut si aliquod fragmentum digitis adhæserit, illud in pyxidem deponat, et eosdem digitos, quibus tetigit Sacramentum, abluat, et abstergat purificatorio: ablutionem vero sumat, si celebraverit, aut iis, qui tunc communicarunt, sumendam tradat, aut saltem in sacrarium injiciat.

12. Postea genuflectens* reponit Sacramentum in tabernaculo, et clave obserat.

13. Deinde extenta manu dextera, benedicit iis qui communicarunt, dicens:

Benedíctio Dei omnipoténtis, Pa ✠ tris, et Fí ✠ lii, et Spíritus ✠ Sancti, descéndat super vos, et máneat semper. R. Amen.

14. Communio autem populi intra Missam statim post Communionem Sacerdotis celebrantis fieri debet (nisi quandoque ex rationabili causa post Missam sit facienda), cum Orationes, quæ in Missa post Communionem dicuntur, non solum ad Sacerdotem, sed etiam ad alios communicantes spectent.

15. Itaque Sacerdos, sumpto sacratissimo sanguine, antequam se purificet, ponat particulas consecratas in pyxide, vel si pauci sint communicandi, super patenam, nisi in principio positæ fuerint in pyxide; et genuflectat, ministro interim faciente confessionem, ut supra. Postea vertens se ad populum, in cornu Evangelii dicit: **Misereátur vestri, etc.** et eo quo supra dictum est modo, porrigit communicandis Eucharistiam, incipiens a ministris Altaris, si velint communicare. Finita communione, revertitur ad Altare, nihil dicens, et non dat eis benedictionem, quia illam dabit in fine Missæ. Deinde dicit secreto: **Quod ore sumpsimus, etc.** ut in Missali, se purificat, et Missam absolvit. Quod si contingat, absoluta Missa, statim aliquos interdum communicare, tunc Sacerdos adhuc planeta indutus, sacram communionem eo modo, quo supra dictum est, ministrabit.

16. Potest et in Missis defunctorum cum paramentis nigris sacra Communio fidelibus ministrari, etiam ex particulis præconse-

* Genuflectendum est, antequam cooperiat s. pyxidem, et iterum genuflectendum est, antequam, pyxide in tabernaculo reposita, ipsius tabernaculi ostiolum claudat. S. R. C. 23. Dec. 1862.

cratis, extrahendo pyxidem e tabernaculo. Itidem in iisdem paramentis immediate post Missam defunctorum, et data rationabili causa, immediate quoque ante eandem Missam; in utroque tamen casu omittenda est benedictio. S. R. C. 27. Jun. 1868.

CAPUT 3.

DE COMMUNIONE PASCHALI.



uret autem Parochus, ut in Quadragesima per se, vel per alios concionatores populo opportune denuntietur Constitutio Concilii Lateranensis sub Innocentio III. quæ sic habet:

Omnis utriusque sexus fidelis, postquam ad annos discretionis pervenerit, omnia sua peccata saltem semel in anno, fideliter confiteatur proprio Sacerdoti, et injunctam sibi pœnitentiam pro viribus studeat adimplere, suscipiens reverenter, ad minus in Pascha, Eucharisticæ Sacramentum, nisi forte de proprii Sacerdotis consilio, ob aliquam rationabilem causam ad tempus ab ejus perceptione duxerit abstinendum; alioquin et vivens ab ingressu Ecclesiæ arceatur, et moriens christiana careat sepultura.

2. Ut igitur hoc salutare Concilii decretum inviolabiliter servetur, descripta Parochus habeat nomina suorum parochianorum; et qui dicto tempore non communicaverint, et post Octavam Paschæ eos, qui propriæ salutis immemores sæpius admoniti non obtemperaverint, Ordinario suo denuntiet.

3. Dabit quoque operam Parochus, quoad ejus fieri potest, ut in ipso die sanctissimo Paschæ communicent; quo die ipse per se, nisi legitime impediatur, parochiæ suæ fidelibus hoc Sacramentum ministrabit. Alienæ vero parochiæ fideles ad proprium Parochum remittet, et ex aliena Parochia non nisi cum expressa licentia Parochi proprii excipiat, præter peregrinos et advenas, et qui certum domicilium non habent, quibus ipse sacram præbebit communionem, si ad illam accesserint rite parati: vel ubi est ea consuetudo, eos ad cathedralis Ecclesiæ Parochum remittet.

4. Ægrotis quoque parochialibus, etiamsi communionem extra præscriptos paschales dies sumpserint, in paschalibus diebus illam deferet, ac ministrabit.

CAPUT 4. DE COMMUNIONE INFIRMORUM.



Viaticum sacratissimi Corporis Domini nostri Jesu Christi summo studio ac diligentia ægrotantibus, opportuno tempore procurandum est, ne forte contingat illos tanto bono, Parochi incuria, privatos decedere.

2. Cavendum autem in primis est, ne ad indignos cum aliorum scandalo deferatur: quales sunt publici usurarii, concubinarii, notorie criminosi, nominatim excommunicati aut denunciati, — nisi sese prius sacra Confessione purgaverint, et publicæ offensionis, prout de jure tenentur, satisfecerint.

3. Hortetur Parochus infirmum, ut sacram communionem sumat, etiam si graviter non ægrotet, aut mortis periculum non imminet, maxime si festi alicujus celebritas id suadeat, neque ipse illam ministrare recusabit.

4. Pro Viatico autem ministrabit, cum probabile est, quod eam amplius sumere non poterit. Quod si æger, sumpto Viatico, dies aliquot vixerit, vel periculum mortis evaserit, et communicare voluerit, ejus pio desiderio Parochus non deerit.

5. Potest quidem Viaticum brevi morituris dari non jejunis; id tamen diligenter curandum est, ne iis tribuatur, a quibus ob phrenesim, sive ob assiduam tussim, aliumve similem morbum, aliqua indecentia cum injuria tanti Sacramenti timeri potest.

6. Ceteris autem infirmis, qui ob devotionem in ægritudine communicant, danda est Eucharistia ante omnem cibum et potum, non aliter ac ceteris fidelibus, quibus nec etiam per modum medicinæ ante aliquid sumere licet.*

7. Sed alicui ad adorandum solum, seu devotionis, seu cujusvis rei prætextu ad ostendendum non deferatur.

8. Deferri autem debet hoc sanctum Sacramentum ab Ecclesia ad privatas ægrotantium domos decenti habitu, superposito mundo velamine, manifeste atque honorifice, ante pectus cum omni reverentia ac timore, semper lumine præcedente.

9. Parochus igitur processurus ad communicandum infirmum, aliquot campanæ ictibus jubeat convocari parochianos, seu confraternitatem Ss. Sacramenti, (ubi fuerit instituta) seu alios pios

* Infirmi, qui jam a mense decumbunt absque certa spe, ut cito convalescant, de confessarii consilio SS. Eucharistiam sumere possunt semel aut bis in hebdomada, si agitur de infirmis, qui degunt in piis domibus, ubi SS. Sacramentum adservatur, aut privilegio fruuntur celebrationis Missæ in Oratorio domestico; semel vero aut bis in mense pro reliquis, etsi aliquid per modum potus antea sumpserint. S. C. Conc. 7. Dec. 1906.

Christifideles, qui sacram Eucharistiam cum cereis, seu intorticiis comitentur, et umbellam, seu baldachinum, ubi haberi potest, deferant. Præmoneat, ut ægri cubiculum mundetur, et in eo paretur mensa linteo mundo cooperto, in quo Ss. Sacramentum decenter deponatur.

10. Parentur luminaria, ac duo vascula, alterum cum vino, alterum cum aqua. Præterea linteum mundum ante pectus communicandi ponatur, atque alia ad ornatum loci, pro cujusque facultate.

11. Ubi vero convenerint qui Eucharistiam comitaturi sunt, Sacerdos indutus superpelliceo et stola, et si haberi potest, pluviali albi coloris, acolythis, seu Clericis, aut etiam Presbyteris (si locus feret) superpelliceo pariter indutis comitatus, decenter, et de more acceptas aliquot particulas consecratas, vel unam tantum (si longius aut difficiliter iter sit faciendum) ponat in pyxide, seu parva custodia, quam proprio suo operculo cooperit; et velum sericum superimponit: ipse vero Sacerdos, imposito sibi prius ab utroque humero oblongo velo decenti, utraque manu accipiat vas cum Sacramento, et deinde umbellam, seu baldachinum subeat, nudo capite * processurus.

12. Præcedat semper acolythus, vel alius minister deferens laternam (noctu autem hoc Sacramentum deferri non debet, nisi necessitas urgeat); sequantur duo Clerici, vel qui illorum vices suppleant; quorum alter aquam benedictam cum aspersione, et bursam cum corporali, quod supponendum erit vasculo Ss. Sacramenti super mensa in cubiculo infirmi, et cum linteolo purificatorio ad digitos Sacerdotis abstergendos; alter hunc librum Ritualem deferat, et campanulam jugiter pulset. Succedant deinde deferentes intorticia. Postremo Sacerdos Sacramentum gestans elevatum ante pectus sub umbella, dicens Psalmum *Miserere*, et alios Psalmos, et Cantica. Quod si longius, aut difficiliter iter obeundum sit, necesse erit vas, in quo Sacramentum defertur, bursa decenter ornata, et ad collum appensa, apte includere, et ita ad pectus alligare, atque obstringere, ut neque decidere, neque e pyxide excuti Sacramentum queat.

13. *Ingressus vero locum, ubi jacet infirmus, dicat:*

V. Pax huic dómui.

R. Et ómnibus habitántibus in ea.

14. *Tum depositum Sacramentum super mensa, supposito corporali, genuflexus adorat, omnibus in genua procumbentibus; et*

* Ss. D. Pius P. IX. indulget, ut Sacerdotes Sacramentum Viaticum in Diocesi Culmensi infirmis delaturi incedant, hiemali præsertim tempestate, capite laneo pileolo tecto, qui exigente necessitate esse poterit talis amplitudinis, ut aures etiam cooperiat. S. R. C. 24. Jul. 1862 Culmen.

mox accepta aqua benedicta, aspergit infirmum, et cubiculum, dicens Antiphonam:

Aspérges me Dómine hyssópo, et mundábor: lavábis me, et super nivem dealbábor: et primum ver-
sum Psalmi Miserére, cum Glória Patri, etc. Sicut
erat, etc.

Deinde repetitur Ant.: Aspérges me, etc.

Postea

Ÿ. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

R. Qui fecit cœlum et terram.

Ÿ. Dómine exaúdi oratióem meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

Ÿ. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

Exáudi nos, Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: et mittere dignéris sanctum Angelum tuum de cœlis, qui custódiat, fóveat, proté-
gat, visitet, atque deféndat omnes habitántes in hoc habitáculo. Per Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

15. His dictis, accedat ad infirmum, ut cognoscat, an sit bene dispositus ad suscipiendum sacrum Viaticum, et utrum velit aliqua peccata confiteri; et illum audiat atque absolvat: quamvis prius deberet esse rite confessus, nisi necessitas aliter urgeat. Cum infirmus confiteri desiderat, adstantes loco aliquantulum interim exire jubeat et confessione absoluta revocet.

16. Postea facta de more confessione generali, sive ab infirmo, sive ejus nomine ab alio, Sacerdos dicit:

Misereátur, etc. Indulgéntiam, etc.

17. Deinde facta genuflexione, accipit Sacramentum de vasculo, atque illud elevans ostendit infirmo dicens:

Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccáta mundi, et more solito ter dicat: Dómine non sum dignus, ut in-
tres sub tectum meum; sed tantum dic verbo, et sanábitur ánima mea.

18. Et infirmus simul cum Sacerdote dicat eadem verba, saltem semel, submissa voce. Tum Sacerdos dans infirmo Eucharistiam, dicat:

Accipe, frater (vel soror), Viaticum cörperis Dómini nostri Jesu Christi, qui te custódiat ab hoste malígnō, et perdúcat in vitam ætérnam. Amen.

19. Si vero communio non datur per modum Viatici, dicat more ordinario:

Corpus Dómini nostri Jesu Christi custódiat ánimam tuam in vitam ætérnam. Amen.

20. Quod si mors immineat, et periculum sit in mora, tunc dicto Misereátur, etc., prædictis precibus omnibus, vel ex parte omissis, ei statim Viaticum præbeatur.

21. Postea Sacerdos abluat digitos, nihil dicens: et infirmo detur ablutio. Deinde dicat:

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus, te fidéliter deprecámur, ut accipiénti fratri nostro (vel soróri nostræ) sacrosáctum Corpus Dómini nostri Jesu Christi Fílii tui, tam cörperi, quam ánimæ prosit ad remédium sempitérnum: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spírítus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. **R.** Amen.

22. His expletis, si altera particula Sacramenti superfuerit (superesse autem semper debet, præterquam in casu jam dicto), genuflectit, surgit, et accipiens vas cum Sacramento, facit cum eo signum crucis super infirmum, nihil dicens, et reverenter illud deferens, ordine quo venerat, revertitur ad Ecclesiam, dicendo Psalmum Laudáte Dóminum de cœlis, etc. et alios Psalmos et Hymnos, prout tempus feret.

23. Cum pervenerit ad Ecclesiam, ponit Sacramentum super Altare, adorat, deinde dicit:

V. Panem de cœlo præstitísti eis.

R. Omne delectaméntum in se habéntem.

V. Dóminus vobíscum. **R.** Et cum spírítu tuo.

Orémus.

Deus, qui nobis sub Sacraménto mirábili passiónis tuæ memóriam reliquisti: tríbe, quæsumus, ita nos córporis et sánguinis tui sacra mystéria venerári; ut redemptionís tuæ fructum in nobis júgiter sentiámus: Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

R. Amen.

24. Deinde annuntiat Indulgentias a summis Pontificibus concessas Ss. Sacramentum comitantibus.

Concessa est a Paulo V. 3. Novembris 1606, Clemente X. 23. Aprilis 1676, Innocentio XI. 1. Oct. 1688, Innocentio XII. 5. Jan. 1695 fidelibus 1. qui Ss. Sacramentum, si per modum Viatici ad infirmum defertur, cum cereis seu intorticiis comitantur, indulgentia 7 annorum et 7 quadragenarum; 2. iis, qui sine cereis comitantur, indulgentia 5 annorum et 5 quadragenarum; 3. iis, qui ipsi legitimi impediti alium ad comitandum cum cereo ablegant, indulgentia 3 annorum et 3 quadragenarum; 4. iis demum, qui, cum Ss. Sacramentum comitari non possint, ad intentionem Summi Pontificis Pater noster et Ave Maria devote recitant, indulgentia 100 dierum.

25. Postea cum Sacramento in pyxide velo cooperta faciat signum crucis super populum, nihil dicens. Postremo illud in loco suo reponat. Quod si ob difficultatem, aut longitudinem itineris, vel quia ea qua decet veneratione, Sacramentum ad Ecclesiam commode reportari non potest, sumpta fuerit una tantum particula consecrata, ut dictum est, tunc ea infirmo administrata, Sacerdos, prædictis precibus recitatis, eum manu benedicit, et una cum aliis privato habitu, extinctis luminibus, umbella demissa, latente pyxide, ad Ecclesiam, vel domum quisque suam revertatur.



CAPUT 5.

INSTRUCTIO

A S. R. C. DIE 12. SEPTEMBRIS 1857 EDITA

PRO SACERDOTE APOSTOLICAM FACULTATEM
HABENTE

BIS MISSAM EADEM DIE CELEBRANDI.

Quando Sacerdos eadem die duas Missas dissitis in locis celebrare debet, in prima, dum divinum Sanguinem sumit, eum diligentissime sorbeat. Exinde super corporale ponat Calicem et palla tegat, ac junctis manibus in medio Altari dicat: *Quod ore sumpsimus, etc.* et subinde admoto aquæ vasculo digitos lavet dicens: *Corpus tuum, etc.* et abstergat.

Hisce peractis Calicem, super corporale manentem adhuc, deducta palla cooperiat ceu mos est, scilicet primum purificatorio linteo, deinde patena ac palla, et demum velo.

Post hæc Missam prosequatur, et completo ultimo Evangelio, rursus stet in medio Altaris, et detecto Calice, inspiciat, an aliquid divini Sanguinis nec ne ad imum se receperit, quod plerumque continget. Quamvis enim sacræ species primum sedulo sorptæ sint, tamen dum sumuntur, cum particulæ, quæ circum sunt, undequaque sursum deferantur, non nisi deposito Calice ad imum redeunt. Si itaque divini Sanguinis gutta quædam supersit adhuc, ea rursus ac diligenter sorbeatur, et quidem ex eadem parte qua ille primum sumptus est. Quod nullimode omittendum est, quia Sacrificium moraliter durat, et superexstantibus adhuc vini speciebus ex divino præcepto compleri debet.

Postmodum Sacerdos in ipsum Calicem tantum saltem aquæ fundat, quantum prius vini posuerat, eamque circumactam ex eadem parte, qua S. Sanguinem biberat, in paratum vas demittat. Calicem subinde ipsum purificatorio linteo abstergat, ac demum cooperiat, uti alias fit, atque ab Altari discedat.

Depositis vestibus sacris, et gratiarum actione completa, aqua e Calice demissa pro rerum adjunctis vel ad diem crastinum servetur (si nempe eo rursus Sacerdos redeat, Missam habiturus), et in secunda purificatione in Calicem demittatur, vel gossipio aut stuppa absorpta comburatur, vel in sacrario, si sit exsiccanda, relinquatur, vel demittatur in piscinam.

Cum autem Calix, quo Sacerdos primum est usus, purificatus jam sit, si illo ipso pro Missa altera indigeat, eum secum deferat: secus vero in altera Missa diverso Calice uti poterit.


Cum superior S. R. C. Instructio nonnisi casum respiciat, quo Sacerdos duas Missas dissitis in locis eadem die sit celebraturus; operæ pretium visum est, ex Commentariis Bartholomæi

Gavanti et Cajetani Mariæ Merati hic ritus adjungere a Sacerdote servandos, cum utramque Missam in eadem Ecclesia offerre debet.

Hoc igitur in casu Sacerdos post haustum in prima Missa diligenter Sanguinem Domini, ommissa consueta purificatione, patena Calicem et palla patenam tegens, ac super corporale relinquens, dicet junctis manibus: **Quod ore sumpsimus, Dómine etc.** Deinde digitos, quibus Ss. Sacramentum tetigit, in aliquo vase mundo, ad hoc in Altari præparato, abluet, interim dicens: **Corpus tuum, Dómine etc.**; abstersisque purificatorio digitis, Calicem velo cooperiet, velatumque ponet super corporale extensum.

Absoluta Missa, si nulla in Ecclesia sit sacristia, Calicem eodem modo super Altare relinquet; secus vero in sacristiam deferet, ibique super corporale vel pallam in aliquo loco decenti et clauso collocabit usque ad secundam Missam, in qua, cum eodem Calice uti debeat, illum rursus secum deferet ad Altare, ac super corporale extensum reponet.

Cum autem in secunda Missa Sacerdos ad Offertorium venerit, ablato velo de Calice, hunc parumper versus cornu Epistolæ collocabit, sed non extra corporale; factaque hostiæ oblatione cavebit, ne purificatorio extergat calicem, sed eum intra corporale relinquens leviter elevabit, vinumque et aquam eidem caute imponet, ne guttæ aliquæ ad labia ipsius Calicis resiliant, quem deinde nullatenus ab intus abstersum more solito offeret.



Pater si vis, transfer calicem

Antequam comedam, suspiro: et
antequam inungam, dantes aqua, sic
rugitus meus.
Job 3, 24.



istum a me. Luc. 23, 42.

Eccce, non est auxilium mihi in me, et necessarii quoque mei recesserunt a me.
Job 6, 13.



Facies mea intumuit a fletu, et palpebrae meae calcaverunt.
Job 16, 17.



Miserentur mei, solum vos amici mei, quia manus Domini testigit me.
Job 19, 21.

Scio quod Redemptor meus

vivit, et in novissimo .. Job 19.



TITULUS VI.

CAPUT 1.

DE SACRAMENTO

EXTREMÆ UNCTIONIS.



Extremæ Uctionis Sacramentum a Christo Domino institutum, tamquam cœlestis medicina, non animæ solum, sed etiam corpori salutaris, omni studio ac diligentia periculose ægrotantibus adhibendum est, et eo quidem tempore, si fieri possit, cum illis adhuc integra mens et ratio viget, ut ad uberiores Sacramenti gratiam percipiendam, ipsi etiam suam fidem, ac piam animi voluntatem conferre possint, dum sacro liniuntur Oleo.

2. In quo illud in primis ex generali Ecclesiæ consuetudine observandum est, ut si tempus, et infirmi conditio permittat, ante Extremam Uctionem, Pœnitentiæ et Eucharistiæ Sacramenta infirmis præbeantur.

3. Habeat igitur Parochus loco nitido et decenter ornato, * in vase argenteo seu stanneo diligenter custoditum sacrum Oleum infirmorum, quod singulis annis Feria V. in Cœna Domini ab Episcopo benedictum, veteri combusto, renovandum est. Id tamen, si forte infra annum aliquo modo ita deficiat, ut sufficere non posse videatur, neque aliud benedictum haberi queat, modico oleo non benedicto in minori quantitate superinfuso, reparari potest.

4. Oleum porro ipsum vel per se solum, vel in bombacio servari potest; sed ad evitandum effusionis periculum multo commodius ad infirmos defertur in bombacio.

* S. Oleum in arcula munda vel in muro ecclesiæ excisa vel in apto sacristiæ loco collocata, bene clausa et seris munita, clave sub custodia solius curati existente, asservari debet. Permittitur domi conservari in casu tantum magnæ distantiæ ab ecclesia, modo domi omnino servetur rubrica quoad honestam et decentem tutamque custodiam. (S. R. C. 16. Dec. 1826.) Culpandus tamen non est, qui in casu morbi contagiosi aliquo tempore non pro sua commoditate, sed ne infirmus sine sacramento decedat, si oleum decenter domi conservaret.

5. Debet autem hoc Sacramentum infirmis præberi, qui cum ad usum rationis pervenerint, tam graviter laborant, ut mortis periculum imminere videatur; et iis, qui præ senio deficiunt, et in diem videntur morituri, etiam sine alia infirmitate.

6. Infirmis autem, qui, dum sana mente, et integris sensibus essent, illud petierint, seu verisimiliter petiissent, seu dederint signa contritionis, etiamsi deinde loquelam amiserint, vel amentes effecti sint, vel delirent, aut non sentiant, nihilominus præbeatur.

7. Sed si infirmus, dum phrenesi, aut amentia laborat, verisimiliter posset quidquam facere contra reverentiam Sacramenti, non inungatur, nisi periculum tollatur omnino.

8. Impœnitentibus vero, et qui in manifesto peccato mortali moriuntur, et excommunicatis, et nondum baptizatis, penitus denegetur.

9. Non ministretur etiam prælium inituris, aut navigationem, aut peregrinationem, aut alia pericula subituris, aut reis ultimo supplicio mox afficiendis, aut pueris rationis usum non habentibus.

10. Si quis autem laborat in extremis, et periculum immineat, ne decedat antequam finiantur Uctiones, cito ungetur, incipiendo ab eo loco: **Per istam sanctam Uctionem, etc.**, ut infra: deinde, si adhuc supervivat, dicantur Orationes prætermisæ, suo loco positæ.

11. Si vero dum inungitur, infirmus decedat, Presbyter ultra non procedat, et prædictas orationes omittat.

12. Quod si dubitet an vivat adhuc, Uctionem prosequatur, sub conditione pronuntiando formam, dicens: **Si vivis, per istam sanctam Uctionem, etc.**, ut infra.

13. Si autem acciderit, infirmum post peccatorum suorum confessionem ad exitum vitæ properare, tunc cum sacro Viatico poterit et Oleum infirmorum ad eum deferri per ipsum Sacerdotem, qui defert sacram Eucharistiam: si tamen alius Presbyter, vel Diaconus, qui Oleum sanctum deferat, haberi possit, per ipsum deferatur, qui superpelliceo indutus cum Oleo sacro occulte delato sequatur Sacerdotem Viaticum portantem; et postquam infirmus Viaticum sumpserit, inungatur a Sacerdote.

14. In eadem infirmitate hoc Sacramentum iterari non debet, nisi diuturna sit; ut si, cum infirmus convalescit, iterum in periculum mortis incidat.

15. Quinque vero corporis partes præcipue ungi debent, quas veluti sensuum instrumenta homini natura tribuit, nempe oculi, aures, nares, os, et manus: attamen pedes etiam. Renum unctio omittitur in maribus propter difficultatem eos ex loco movendi, in feminis propter honestatem.

16. Manus vero, quæ reliquis infirmis interius ungi debent, Presbyteris exterius ungantur. — Pedes sive in superiori parte

sive in plantis inungi possunt. Si infirmus pedes vertere non valeat, ungatur, ubi commode fieri potest.

17. Dum oculos, aures, et alia corporis membra, quæ paria sunt, Sacerdos ungit, caveat, ne alterum ipsorum inungendo, Sacramenti formam prius absolvat, quam ambo hujusmodi paria membra perunxerit.

18. Si quis autem sit aliquo membro mutilatus, pars loco illi proxima inungatur, eadem verborum forma.

19. Hujus autem Sacramenti forma, qua sancta Romana Ecclesia utitur, solemnitas illa precatio est, quam Sacerdos ad singulas unctiones adhibet, cum ait:

Per istam sanctam Uctionem, et suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Dóminus quidquid, per visum, sive per auditum, etc. deliquisti.

—◆—○—◆—

CAPUT 2.

ORDO MINISTRANDI

SACRAMENTUM EXTREMÆ UCTIONIS.

Sacerdos igitur hoc Sacramentum ministraturus, quatenus fieri poterit, parari curet apud infirmum mensam mappam candidam coopertam, itemque vas, in quo sit bombacium, seu quid simile in septem globulos distinctum, ad abstergendas partes inunctas; medullam panis ad detergendos digitos; et aquam ad abluendas Sacerdotis manus; ceream item candelam, quæ deinde accensa ipsi ungenti lumen præbeat. Denique operam dabit, ut quanta poterit munditia ac nitore hoc Sacramentum ministretur.

2. Deinde convocatis Clericis seu ministris, vel saltem uno Clerico, qui crucem sine hasta, aquam benedictam cum aspersione, et librum Ritualem deferat, ipse Parochus decenter accipit vas sacri Olei infirmorum sacculo serico violacei coloris inclusum, illudque caute defert, ne effundi possit. Quod si longius iter peragendum, aut etiam equitandum sit, vel alias adsit periculum effusionis, vas Olei sacculo, aut bursa inclusum, ut dictum est, ad collum appendat, ut commodius et securius perferat. Procedat autem sine sonitu campanulæ.

3. Cum perventum fuerit ad locum, ubi jacet infirmus, Sacerdos intrans cubiculum, dicit:

Ÿ. Pax huic dómui.

R. Et ómnibus habitántibus in ea.

4. Deinde deposito Oleo super mensam, superpelliceo, stolaque violacea indutus, ægroto crucem pie deosculandam porrigit; mox in modum crucis eum aqua benedicta, et cubiculum, et circumstantes aspergit, dicens Antiphonam: Aspérge me Dómine, etc. Quod si ægrotus voluerit confiteri, audiat illum, et absolvat. Deinde piis verbis illum consoletur, et de hujus Sacramenti vi, atque efficacia, si tempus ferat, breviter admoneat: et quantum opus sit, ejus animum confirmet, et in spem erigat vitæ æternæ.

Postea dicat:

Ps. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

R. Qui fecit cœlum et terram.

Ps. Dóminus vobíscum. **R.** Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Intróeat, Dómine Jesu Christe, domum hanc sub nostræ humilitátis ingrèssu, ætérna felicitas, divína prospéritas, seréna lætítia, cáritas fructuósa, sánitas sempitérna: effúgiat ex hoc loco accéssus dæmonum; adsint Angeli pacis, domúmque hanc déserat omnis malígna discórdia.

Magnífica, Dómine, super nos nomen sanctum tuum; et bédedic ✠ nostræ conversatióni: sanctífica nostræ humilitátis ingrèssum, qui sanctus et qui pius es, et pérmanes cum Patre et Spíritu Sancto in sæcula sæculórum. Amen.

Orémus, et deprecémur Dóminum nostrum Jesum Christum, ut bédicéndo bédicat ✠ hoc tabernáculum, et omnes habitántes in eo, et det eis Angelum bonum custódem, et fáciat eos sibi servíre ad considerándum mirábília de lege sua: avértat ab eis omnes contrárias potestátes: erípiat eos ab omni formídine, et ab omni perturbatióne, ac sanos in hoc tabernáculo custodíre dignétur: Qui cum Patre et Spíritu Sancto vivit et regnat Deus in sæcula sæculórum. Amen.

Orémus.

Exáudivi nos, Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: et mittere dignéris sanctum Angelum tuum de cœlis, qui custódiat, fóveat, próte-

gat, vísitet, atque deféndat omnes habitántes in hoc habitáculo. Per Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

5. Quæ Orationes, si tempus non patiat, ex parte, vel in totum poterunt omitti. Tum de more facta confessione generali, latino, vel vulgari sermone, Sacerdos dicit: Misereátur tui etc. Indulgéntiam etc.

6. Antequam Parochus incipiat ungere infirmum, moneat adstantes, ut pro illo orent, et ubi commodum fuerit, pro loco et tempore, et adstantium numero, vel qualitate recitent septem Psalmos Pœnitentiales cum Litaniis, vel alias preces, dum ipse Uctionis Sacramentum administrat. Mox dicat:

In nómine Patris ✠, et Fílii ✠, et Spíritus ✠ Sancti, exstinguátur in te omnis virtus diáboli per impositionem mánuum nostrárum, et per invocatióem ómnium sanctórum Angelórum, Archangelórum, Patriarchárum, Prophetárum, Apostolórum, Mártyrum, Confessórum, Vírginum, atque ómnium simul Sanctórum. Amen.

7. Deinde intincto pollice in Oleo sancto, in modum crucis ungit infirmum in partibus hic subscriptis, aptando proprio loco verba formæ in hunc modum:

Ad oculos.

Per istam sanctam Uctionem ✠, et suam piíssimam misericórdiam, indúlgeat tibi Dóminus quidquid per visum deliquísti. Amen.

Minister vero, si est in Sacris, vel ipsemet Sacerdos, post quamlibet Uctionem, tergat loca inuncta novo globulo bombacii, vel rei similis, eumque in vase mundo reponat, et ad Ecclesiam postea deferat, comburat, cineresque projiciat in sacrarium.

Ad aures.

Per istam sanctam Uctionem ✠, et suam piíssimam misericórdiam, indúlgeat tibi Dóminus quidquid per audítum deliquísti. Amen.

Ad nares.

Per istam sanctam Uctionem ✠, et suam piíssimam misericórdiam, indúlgeat tibi Dóminus quidquid per odorátum deliquísti. Amen.

Ad os, compressis labiis.

Per istam sanctam Unctiónem ✠, et suam piísimam misericórdiam, indúlgeat tibi Dóminus quidquid per gustum et locutiómem deliquísti. Amen.

Ad manus.

Per istam sanctam Unctiónem ✠, et suam piísimam misericórdiam, indúlgeat tibi Dóminus quidquid per tactum deliquísti. Amen.

Et adverte, quod Sacerdotibus, ut dictum est, manus non inunguntur interius, sed exterius.

Ad pedes.

Per istam sanctam Unctiónem ✠, et suam piísimam misericórdiam, indúlgeat tibi Dóminus quidquid per gressum deliquísti. Amen.

8. Unctio lumborum sive renum in hac diócesi non solum in feminis sed etiam in viris omnino omittitur.

9. In casu veræ necessitatis sufficit forma:

Per istam sanctam Unctiónem ✠ indúlgeat tibi Dóminus, quidquid deliquísti. Amen.

(S. R. et U. Inq. 25. Apr. 1906.), simulque inungatur caput seu frons.

10. Quibus omnibus peractis, Sacerdos dicit:

Kýrie eléison. Christe eléison. Kýrie eléison.
Pater noster.

Ÿ. Et ne nos indúcas in tentatiómem.

R. Sed libera nos a malo.

Ÿ. Salvum fac servum tuum (vel salvam fac ancíllam tuam).

R. Deus meus, sperántem in te.

Ÿ. Mitte ei Dómine auxílium de sancto.

R. Et de Sion tuére eum (vel eam).

Ÿ. Esto ei Dómine turris fortitúdinis.

R. A fácie inimíci.

Ÿ. Nihil proficiat inimícus in eo (vel ea).

R. Et filius iniquitátis non appónat nocére ei.

Ÿ. Dómine exaúdi oratiómem meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

Ÿ. Dóminus vobíscum. **R.** Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Dómine Deus, qui per Apóstolum tuum Jacóbum locútus es: Infirmáture quis in vobis? inducat presbýteros Ecclésiæ, et orent super eum, ungentes eum oleo in nómine Dómini: et orátio fidei salvábit infirmum, et alleviábit eum Dóminus: et si in peccáti sit, remitténtur ei; cura, quæsumus, Redemptor noster, grátia Sancti Spíritus languóres istíus infirmi (*vel infirmæ*), ejúsque sana vúlnera, et dimítte peccáta, atque dolóres cunctos mentis et córporis ab eo (*vel ea*) expélle, plenámque intérius et extérius sanitátem misericórditer redde, ut ope misericórdiæ tuæ restitútus (*vel restitúta*), ad prístina reparétur officia: Qui cum Patre et Spíritu Sancto vivis et regnas Deus, in sæcula sæculórum. **R̄.** Amen.

Orémus.

Réspice, quæsumus Dómine, fámulum tuum (*vel fámulam tuam*) **N.** in infirmitáte sui córporis fatiscéntem, et ánimam réfove, quam creásti: ut castigatióibus emendátus (*vel emendáta*), se tua séntiat medicína salvátum (*vel salvátam*). Per Christum Dóminum nostrum. **R̄.** Amen.

Orémus.

Dómine sancte, Pater omnipotens, ætérne Deus, qui benedictiόνis tuæ grátiam ægris infundéndo corpóribus, factúram tuam múltiplici pietáte custódis: ad invocatióem tui nóminis benígnus assiste; ut fámulum tuum (*vel fámulam tuam*) ab ægritúdine liberátum (*vel liberátam*), et sanitáte donátum (*vel donátam*), dextera tua érigas, virtúte confirmes, potestáte tueáris, atque Ecclésiæ tuæ sanctæ, cum omni desideráta prosperitáte, restitúas. Per Christum Dóminum nostrum. **R̄.** Amen.

11. Ad extremum, pro personæ qualitate, salutaria monita breviter præbere poterit, quibus infirmus ad moriendum in Domino confirmetur, et ad fugandas dæmonum tentationes roboretur.

12. Denique aquam benedictam, et crucem, nisi aliam habeat, coram eo relinquet, ut illam frequenter aspiciat, et pro sua devotione osculetur et amplectatur.

13. Admoneat etiam domesticos et ministros infirmi, ut si morbus ingravescat, vel infirmus incipiat agonizare, statim ipsum Parochum accersant, ut morientem adjuvet, ejusque animam Deo commendet: sed si mors immineat, priusquam discedat, Sacerdos animam Deo rite commendabit.

14. Quæ autem pertinent ad visitationem, curamque infirmorum, et ad juvandos morientes, ad commendationem animæ, et ad exsequias, infra suis locis præscribuntur.

— • • • —
CAPUT 3.

SEPTEM PSALMI PËNITENTIALES
CUM LITANIIS.

— ♦ ♦ —

Pro infirmis, dum sacro liniuntur Oleo, seu pro alia necessitate dicuntur flexis genibus.

Antiphona. Ne reminiscáris.

Psalmus 6.

Dómine, ne in furóre tuo árguas me, * neque in ira tua corrípias me.

Miserére mei Dómine quóniam infirmus sum: * sana me Dómine quóniam conturbáta sunt ossa mea.

Et ánima mea turbáta est valde: * sed tu Dómine úsquequo?

Convértere Dómine, et éripe ánimam meam: * salvum me fac propter misericórdiam tuam.

Quóniam non est in morte qui memor sit tui: * in inférno autem quis confitébitur tibi?

Laborávi in gémitu meo, lavábo per síngulas noctes lectum meum: * lácrimis meis stratum meum rigábo.

Turbátus est a furóre óculus meus: * inveterávi inter omnes inimícos meos.

Discédite a me omnes, qui operámini iniquitátem: * quóniam exaudivit Dóminus vocem fletus mei.

Exaudivit Dóminus deprecationem meam, * Dóminus orationem meam suscepit.

Erubéscant, et conturbéntur veheménter omnes inimíci mei: * convertántur et erubéscant valde velóciter.

Glória Patri, etc.

Psalmus 31.

Beáti, quorum remissæ sunt iniquitátes: * et quorum tecta sunt peccáta.

Beátus vir, cui non imputávit Dóminus peccátum, * nec est in spíritu ejus dolus.

Quóniam tákui, inveteravérunt ossa mea, * dum clamárem tota die.

Quóniam die ac nocte graváta est super me manus tua: * convérsus sum in ærúmna mea, dum configitur spina.

Delíctum meum cógnitum tibi feci: * et injustítiam meam non abscondi.

Dixi: Confitébor advérsus me injustítiam meam Dómino: * et tu remisisti impietátem peccáti mei.

Pro hac orábit ad te omnis sanctus, * in témpore oppor-túno.

Verúmtamen in dilúvio aquárum multárum: * ad eum non approxímabunt.

Tu es refúgium meum a tribulatióne, quæ circúmdedit me: * exsultátió mea érue me a circumdántibus me.

Intelléctum tibi dabo, et ínstruam te in via hac, qua gradiéris: * firmábo super te óculos meos.

Nolíte fferi sicut equus et mulus, * quibus non est intelléctus.

In camo et freno maxíllas eórum constrínge, * qui non appróximant ad te.

Multa flagélla peccatóris, * sperántem autem in Dómino misericórdia circúmdabit.

Lætámini in Dómino et exsultáte justí, * et gloriámini omnes rectí corde.

Glória Patri, etc.

Psalmus 37.

Dómine, ne in furóre tuo árguas me, * neque in ira tua corripias me.

Quóniam sagíttæ tuæ infixæ sunt mihi: * et confirmásti super me manum tuam.

Non est sánitas in carne mea a fácie iræ tuæ: * non est pax óssibus meis a fácie peccatórum meórum.

Quóniam iniquitátes meæ supergréssæ sunt caput meum: * et sicut onus grave gravátæ sunt super me.

Putruérunt et corrúptæ sunt cicatríces meæ, * a fácie insipiéntiæ meæ.

Miser factus sum, et curvátus sum usque in finem: * tota die contristátus ingrediébar.

Quóniam lumbi mei impléti sunt illusió nibus: * et non est sánitas in carne mea.

Afflíctus sum, et humiliátus sum nimis: * rugiébam a gémitu cordis mei.

Dómine, ante te omne desidérium meum: * et gémitus meus a te non est absconditus.

Cor meum conturbátum est, derelíquit me virtus mea: * et lumen oculórum meórum, et ipsum non est mecum.

Amíci mei, et próximi mei * advérsus me appropinquavérunt, et steterunt.

Et qui juxta me erant, de longe steterunt: * et vim faciébant qui quærébant ánimam meam.

Et qui inquirébant mala

mihi, locúti sunt vanitátes: * et dolos tota die meditabántur.

Ego autem tamquam surdus non audiébam: * et sicut mutus non apériens os suum.

Et factus sum sicut homo non aúdiens: * et non habens in ore suo redargutiónes.

Quóniam in te Dómine sperávi: * tu exaúdiēs me Dómine Deus meus.

Quia dixi: Nequándo supergaúdeant mihi inimíci mei: * et dum commovéntur pedes mei, super me magna locúti sunt.

Quóniam ego in flagélla parátus sum; * et dolor meus in conspéctu meo semper.

Quóniam iniquitátem meam annuntiábo: * et cogitábo pro peccáto meo.

Inimíci autem mei vivunt, et confirmáti sunt super me: * et multiplicáti sunt qui odérunt me iníque.

Qui retribuunt mala pro bonis, detrahébant mihi: * quóniam sequébar bonitátem.

Ne derelínquas me Dómine Deus meus: * ne discésseris a me.

Inténde in adiutórium meum, * Dómine Deus salutis meæ.

Glória Patri, etc.

Psalmus 50.

Miserére mei Deus: * secundum magnam misericórdiam tuam.

Et secundum multitudinem

miseratiónum tuárum: * dele iniquitátem meam.

Amplius lava me ab iniquitáte mea: * et a peccáto meo munda me.

Quóniam iniquitátem meam ego cognóscō: * et peccátum meum contra me est semper.

Tibi soli peccávi, et malum coram te feci: * ut justificéris in sermónibus tuis, et vincas cum iudicáris.

Ecce enim in iniquitátibus concéptus sum: * et in peccátis concépit me mater mea.

Ecce enim veritátem dilexísti: * incérta et occúlta sapientiæ tuæ manifestásti mihi.

Aspérges me hyssópo, et mundábor: * lavábis me, et super nivem dealbábor.

Auditui meo dabis gáudium et lætítiam: * et exsultábunt ossa humiliáta.

Avérte faciém tuam a peccátis meis: * et omnes iniquitátes meas dele.

Cor mundum crea in me Deus: * et spíritum rectum innova in viscéribus meis.

Ne projicias me a faciē tua: * et Spíritum Sanctum tuum ne aúferas a me.

Redde mihi lætítiam salutáris tui: * et spíritu principiáli confirma me.

Docébo iníquos vias tuas: * et impíi ad te converténtur.

Líbera me de sanguínibus Deus, Deus salutis meæ: * et exsultábit lingua mea justítiam tuam.

Dómine, lábia mea apéries:
* et os meum annuntiábit
laudem tuam.

Quóniam si voluisses sacri-
ficium, dedissem útique: *
holocaústis non delectáberis.

Sacrificium Deo spíritus
contribulátus: * cor contrí-
tum et humiliátum Deus non
despícies.

Benigne fac Dómine in bona
voluntáte tua Sion: * ut ædi-
ficéntur muri Jerúsalem.

Tunc acceptábis sacrificium
justítiæ, oblatiões, et holo-
caústa: * tunc impónent su-
per altáre tuum vítulos.

Glória Patri, etc.

Psalmus 101.

Dómine exaúdi oratióem
meam: * et clamor meus
ad te véniat.

Non avértas faciém tuam a
me: * in quacúmque die trí-
bulor, inclína ad me aurem
tuam.

In quacúmque die invocá-
vero te, * velóciter exaúdi
me.

Quia defecérunt sicut fumus
dies mei: * et ossa mea sicut
crémium aruérunt.

Percússus sum ut fœnum,
et áruit cor meum: * quia
oblítus sum comédere panem
meum.

A voce gémitus mei * ad-
hæsit os meum carni meæ.

Símilis factus sum pellicáno
solitúdinis: * factus sum sicut
nyctícorax in domicílio.

Vigilávi, * et factus sum
sicut passer solitárius in tecto.

Tota die exprobrábant mihi
inimíci mei: * et qui laudá-
bant me, advérsus me jurá-
bant.

Quia cínere tamquam pa-
nem manducábam, * et potum
meum cum fletu miscébam.

A fácie iræ et indignatió-
nis tuæ: * quia élevans alli-
sísti me.

Dies mei sicut umbra de-
clinavérunt: * et ego sicut
fœnum áruí.

Tu autem Dómine in ætér-
num pérmanes: * et memo-
riále tuum in generatióem
et generatióem.

Tu exsúrgens miseréberis
Sion: * quia tempus mise-
réndi ejus, quia venit tempus.

Quóniam placuérunt servis
tuis lápides ejus: * et terræ
ejus miserébuntur.

Et timébunt Gentes nomen
tuum Dómine, * et omnes re-
ges terræ glóriam tuam.

Quia ædificávit Dóminus
Sion: * et vidébitur in gló-
ria sua.

Respéxit in oratióem hu-
mílium: * et non sprevit pre-
cem eórum.

Scribántur hæc in genera-
tióne áltera: * et pópulus,
qui creábitur, laudábit Dómi-
num:

Quia prospéxit de excélso
sancto suo: * Dóminus de
celo in terram aspéxit:

Ut audíret gémitus compe-
ditórum: * ut sólveret filios
interemptórum:

Ut annúntient in Sion no-

men Dómini: * et laudem ejus in Jerúsalem.

In conveniéndo pópulos in unum, * et reges ut sérviant Dómino.

Respóndit ei in via virtútis suæ: * Paucitátem diérum meórum núntia mihi.

Ne révoques me in dimídio diérum meórum: * in generatiónem et generatiónem anni tui.

Inítio tu Dómine terram fundásti: * et ópera mánuum tuárum sunt cœli.

Ipsi períbunt, tu autem pérmanes: * et omnes sicut vestiméntum veteráscent.

Et sicut opertórium mutábis eos, et mutabúntur: * tu autem idem ipse es, et anni tui non deficient.

Fílii servórum tuórum habitábunt: * et semen eórum in sæculum dirigétur.

Glória Patri, etc.

Psalmus 129.

De profúndis clamávi ad te Dómine: * Dómine exaúdi vocem meam:

Fiant aures tuæ intendéntes, * in vocem deprecatiónis meæ.

Si iniquitátes observáveris Dómine: * Dómine quis sustinébit?

Quia apud te propitiátio est: * et propter legem tuam sustínui te Dómine.

Sustínuit ánima mea in verbo ejus: * sperávit ánima mea in Dómino.

A custódia matutína usque ad noctem, * speret Israël in Dómino.

Quia apud Dóminum misericórdia; * et copiósá apud eum redéptio.

Et ipse rédimet Israël, * ex ómnibus iniquitátibus ejus.

Glória Patri, etc.

Psalmus 142.

Dómine exaúdi oratiónem meam: aúribus pércipe obsecratiónem meam in veritáte tua: * exaúdi me in tua justítia.

Et non intres in judícium cum servo tuo: * quia non justificábitur in conspéctu tuo omnis vivens.

Quia persecútus est inimícus ánimam meam: * humiliávit in terra vitam meam.

Collocávit me in obscúris sicut mórtuos sæculi: * et ansiátus est super me spíritus meus, in me turbátum est cor meum.

Memor fui diérum antiquórum, meditátus sum in ómnibus opéribus tuis: * in factis mánuum tuárum meditábar.

Expánda manus meas ad te: * ánima mea sicut terra sine aqua tibi:

Velóciter exaúdi me Dómine: * defécit spíritus meus:

Non avértas fáciem tuam a me: * et símilis ero descendentibus in lacum.

Audítam fac mihi mane misericórdiam tuam: * quia in te sperávi.

Notam fac mihi viam, in qua ámbulem: * quia ad te levávi ánimam meam.

Eripe me de inimícis meis Dómine, ad te confúgi: * doce me fácere voluntátem tuam, quia Deus meus es tu.

Spíritus tuus bonus dedúcet me in terram rectam: * propter nomen tuum Dómi-

ne vivificábis me in æquitáte tua.

Edúces de tribulatíone ánimam meam: * et in misericórdia tua dispérdes inimícos meos.

Et perdes omnes, qui tribulant ánimam meam: * quóniam ego servus tuus sum.

Glória Patri, etc.

Antiphona. Ne reminiscáris, Dómine, delícta nostra, vel paréntum nostrórum: neque vindíctam sumas de peccátis nostris.

L I T A N I Æ.

Kýrie eléison.
 Christe eléison.
 Kýrie eléison.
 Christe audi nos.
 Christe exaúdi nos.
 Pater de cœlis Deus,
 miserére nobis.
 Fili, Redémptor mundi Deus,
 miserére nobis.
 Spíritus Sancte Deus,
 miserére nobis.
 Sancta Trínitas unus Deus,
 miserére nobis.
 Sancta María, ora pro nobis.
 Sancta Dei Génitrix,
 ora pro nobis.
 Sancta Virgo vírginum,
 ora pro nobis.
 Sancte Michaël, ora.
 Sancte Gábriel, ora.
 Sancte Ráphaël, ora.
 Omnes sancti Angeli et
 Archángeli, oráte pro nobis.
 Omnes sancti beatórum Spi-
 rítuum órdines, oráte.

Sancte Joánnes Baptista, ora.
 Sancte Joseph, ora.
 Omnes sancti Patriárchæ et
 Prophétæ, oráte.
 Sancte Petre, ora.
 Sancte Paule, ora.
 Sancte Andréa, ora.
 Sancte Jacóbe, ora.
 Sancte Joánnes, ora.
 Sancte Thoma, ora.
 Sancte Jacóbe, ora.
 Sancte Philíppe, ora.
 Sancte Bartholomæe, ora.
 Sancte Matthæe, ora.
 Sancte Simon, ora.
 Sancte Thaddæe, ora.
 Sancte Mathía, ora.
 Sancte Bárnaba, ora.
 Sancte Luca, ora.
 Sancte Marce, ora.
 Omnes sancti Apóstoli et
 Evangelístæ, oráte pro nobis.
 Omnes sancti Discípuli Dó-
 mini, oráte.

Omnes sancti Innocéntes,	oráte.	Omnes Sancti et Sanctæ Dei,	intercédite pro nobis.
Sancte Stéphane,	ora.	Propítius esto, parce nobis	Dómine.
Sancte Laurénti,	ora.	Propítius esto, exaúdi nos	Dómine.
Sancte Vincénti,	ora.	Ab omni malo, líbera nos	Dómine.
Sancti Fabiáne et Seba-	oráte.	Ab omni peccáto, líbera nos	Dómine.
Sancti Joánnes et Paule,	oráte pro nobis.	Ab ira tua,	líbera.
Sancti Cosma et Damiáne,	oráte pro nobis.	A subitáneá et improvísá	morte,
Sancti Gervási et Protási,	oráte pro nobis.	Ab insídiis diáboli,	líbera.
Omnes sancti Mártýres,	oráte.	Ab ira, et ódio, et omni	mala voluntáte,
Sancte Silvéster,	ora.	A spírítu fornicatiónis,	líbera.
Sancte Gregóri,	ora.	A fúlgure et tempestáte,	líbera.
Sancte Ambrósi,	ora.	A flagélló terræmótu,	líbera.
Sancte Augustíne,	ora.	A peste, fame, et bello,	líbera.
Sancte Hierónyme,	ora.	A morte perpétua,	líbera.
Sancte Martíne,	ora.	Per mystérium sanctæ In-	carnatiónis tuæ,
Sancte Nicoláe,	ora.	Per Advéntum tuum,	líbera.
Omnes sancti Pontífices et	oráte.	Per Nativitátem tuam,	líbera.
Confessóres,	oráte.	Per Baptísmum, et sanctum	Jejúnum tuum,
Omnes sancti Doctóres,	oráte.	Per Crucem, et Passiõem	tuam,
Sancte Antóni,	ora.	Per Mortem et Sepultúram	tuam,
Sancte Benedícite,	ora.	Per sanctam Resurrectiõem	tuam,
Sancte Bernárde,	ora.	Per admirábilem Ascensió-	nem tuam,
Sancte Domínice,	ora.	Per advéntum Spírítus	Sancti Parácliti,
Sancte Francísce,	ora.	In die judícii,	líbera.
Omnes sancti Sacerdótes	oráte.	Peccatóres,	te rogámus audi nos.
et Levítæ,	oráte.		
Omnes sancti Mónachi et	oráte.		
Eremítæ,	oráte.		
Sancta María Magdaléna,	ora.		
Sancta Agatha,	ora.		
Sancta Lúcia,	ora.		
Sancta Agnes,	ora.		
Sancta Cæcília,	ora.		
Sancta Catharína,	ora.		
Sancta Anastásia,	ora.		
Omnes sanctæ Vírgines	oráte.		
et Víduæ,	oráte.		

Ut nobis parcas, te rogámus.

Ut nobis indulgéas, te rog.

Ut ad veram pœniténtiam
nos perdúcere dignéris,

te rogámus.

Ut Ecclésiã tuã sanctã
régere, et conservãre di-
gnéris, te rogámus.

Ut Domnum Apostólicum, et
omnes ecclesiásticos ór-
dines in sancta religiõne con-
servãre dignéris, te rog.

Ut inimicos sanctæ Ecclésiæ
humiliãre dignéris, te rog.

Ut régibus et princípibus
christiãnis pacem et verã
concordiam donãre digné-
ris, te rogámus.

Ut cuncto pópulo christiãno
pacem et unitãtem largíri
dignéris, te rogámus.

Ut nosmetípsos in tuo sancto
servítio confortãre, et con-
servãre dignéris, te rog.

Ut mentes nostras ad cœlé-
stia desidéria érigas,
te rogámus.

Ut ómnibus benefactóribus
nostris sempitérna bona
retríbuas, te rog.

Ut ánimas nostras, fratrum,
propinquórum et benefa-
ctórum nostrórum ab æ-
térna damnatiõne erípias,
te rogámus.

Ut fructus terræ dare, et con-
servãre dignéris, te rog.

Ut ómnibus fidélibus defún-
ctis réquiem ætérmã do-
nãre dignéris, te rogámus.

Ut nos exaudíre dignéris,
te rogámus.

Fili Dei, te rogámus.

Agnus Dei, qui tollis peccãta
mundi, parce nobis Dómine.

Agnus Dei, qui tollis peccãta
mundi, exaúdi nos, Dómine.

Agnus Dei, qui tollis peccãta
mundi, miserére nobis.

Christe audi nos.

Christe exaúdi nos.

Kýrie eléison. Christe eléi-
son. Kýrie eléison.

Pater noster.

V. Et ne nos indúcas in tentatiõnem.

R. Sed libera nos a malo.

Psalmus 69.

Deus in adjutórium me-
um inténde: * Dómine
ad adjuvãdum me
festína.

Confundántur et revereãntur,
* qui quærunt ánimã
meã:

Avertãntur retrórsũ, et
erubéscant, * qui volunt mihi
mala:

Avertãntur statim erube-

scéntes, * qui dicunt mihi:
Euge, euge.

Exsúltent et læténtur in te
omnes qui quærunt te, * et
dicant semper: Magnificétur
Dóminus: qui díligunt salu-
tãre tuũ.

Ego vero egénus, et pau-
per sum: * Deus, áduva me.

Adjutor meus, et liberãtor
meus es tu: * Dómine ne
moréris. — Glória Patri, etc.

- V̄. Salvos fac servos tuos.
 R̄. Deus meus sperantes in te.
 V̄. Esto nobis Dómine turris fortitudinis.
 R̄. A fácie inimíci.
 V̄. Nihil proficiat inimícus in nobis.
 R̄. Et filius iniquitátis non appónat nocére nobis.
 V̄. Dómine non secúndum peccáta nostra fácias nobis.
 R̄. Neque secúndum iniquitátes nostras retríbuas nobis.
 V̄. Orémus pro Pontífice nostro **N.**
 R̄. Dóminus consérvet eum, et vivíficet eum, et beátum fáciat eum in terra, et non tradat eum in ánimam inimicórum ejus.
 V̄. Orémus pro benefactóribus nostris.
 R̄. Retribúere dignáre Dómine ómnibus nobis bona faciéntibus propter nomen tuum vitam ætérnam. Amen.
 V̄. Orémus pro fidélibus defúctis.
 R̄. Réquiem ætérnam dona eis Dómine et lux perpétua lúceat eis.
 V̄. Requiéscant in pace.
 R̄. Amen.
 V̄. Pro frátribus nostris abséntibus.
 R̄. Salvos fac servos tuos, Deus meus sperantes in te.
 V̄. Mitte eis Dómine auxílium de sancto.
 R̄. Et de Sion tuére eos.
 V̄. Dómine exaúdi oratióem meam.
 R̄. Et clamor meus ad te véniat.
 V̄. Dóminus vobíscum.
 R̄. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

Deus, cui próprium est miseréri semper et párcere: súscipe deprecatióem nostram; ut nos, et omnes fámulos tuos, quos delictórum caténa constringit, miserátio tuæ pietátis cleménter absólvat.

Exaudi, quæsumus Dómine, súpplicum preces, et confiténtium tibi parce peccátis: ut páriter nobis indulgéntiam tríbuas benígnus, et pacem.

Ineffábilem nobis Dómine misericórdiam tuam cleménter osténde: ut simul nos et a peccátis ómnibus éxuas, et a pœnis, quas pro his merémur, erípias.

Deus, qui culpa offénderis, pœniténtia placáris, preces pópuli tui supplicántis propítius réspice: et flagélla tuæ iracúndiæ, quæ pro peccátis nostris merémur, avérte.

Omnípotens sempitérne Deus, miserére fámulo tuo Pontífici nostro **N.**, et dírige eum secúndum tuam cleméntiam in viam salutis ætérnæ: ut, te donánte, tibi plácita cúpiat, et tota virtúte perfíciat.

Deus, a quo sancta desidéria, recta consília, et justa sunt ópera, da servis tuis illam, quam mundus dare non potest, pacem: ut et corda nostra mandátis tuis dédita, et hóstium subláta formídine, témpora sint tua protectióne tranquílla.

Ure igne Sancti Spíritus renes nostros, et cor nostrum Dómine: ut tibi casto córpore serviámus, et mundo corde placeámus.

Fidélium, Deus, ómnium cónditor et redémptor, animábus famulórum, famularúmque tuárum remissionem cunctórum tríbue peccatórum: ut indulgéntiam, quam semper optavérunt, piis supplicatió-nibus consequántur.

Actiões nostras, quæsumus Dómine, aspirándo præveni, et adjuvándo proséquere: ut cuncta nostra orátio, et operátio a te semper incípiat, et per te cœpta finiátur.

Omnípotens, sempitérne Deus, qui vivórum domínaris simul et mortuórum, omniúmque miseréris, quos tuos fide et ópere futúros esse prænúscis: te súpplices exorámus; ut pro quibus effúndere preces decrévimus, quosque vel præsens sæculum adhuc

in carne rétinet, vel futúrum jam exútos córpore suscepit, intercedéntibus ómnibus Sanctis tuis, pietátis tuæ cleméntia, ómnium delictórum suórum véniám consequántur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. **R.** Amen.

V. Dóminus vobíscum. **R.** Et cum spíritu tuo.

V. Exaúdiat nos omnípotens et miséricors Dóminus. **R.** Amen.

V. Et fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiéscant in pace. **R.** Amen.

Litaníæ in lingua vernacula.

Kyrie eleison!

Christe eleison!

Kyrie eleison!

Chryste usłysz nas!

Chryste wysłuchaj nas!

Ojczy z nieba Boże, zmiłuj się nad nami!

Synu Odkupicielu świata Boże, zmiłuj się nad nami!

Duchu Święty Boże, zmiłuj się nad nami!

Święta Trójco jedyny Boże, zmiłuj się nad nami!

Święta Marya, Módl się za nami!

Święta Boża Rodzicielko.

Święta Panno nad Pannami.

Święty Michale.

Święty Gabrielu.

Święty Rafaelu.

Wszyscy święci Aniołowie i Archaniołowie, Módlcie się za nami!

Wszyscy święci niebiescy Duchowie, Módlcie się za nami!

Święty Janie Chrzcicielu, Módl się za nami!

Święty Józefie, Módl się za nami!

Herr, erbarme Dich unser!

Christus, erbarme Dich unser!

Herr, erbarme Dich unser!

Christus, höre uns!

Christus, erhöre uns!

Gott Vater im Himmel, erbarme Dich unser!

Gott Sohn, Erlöser der Welt, erbarme Dich unser!

Gott Heiliger Geist, erbarme Dich unser!

Heilige Dreifaltigkeit, ein einziger Gott, erbarme Dich unser!

Heilige Maria, bitte für uns!

Heilige Gottesgebälerin.

Heilige Jungfrau aller Jungfrauen.

Heiliger Michael.

Heiliger Gabriel.

Heiliger Raphael.

Alle heiligen Engel und Erzengel, bittet für uns!

Alle heiligen Chöre der seligen Geister, bittet für uns!

Heiliger Johannes der Täufer, bitte für uns!

Heiliger Joseph, bitte für uns!

Wszyscy święci Patryarchowie i
Prorocy, Módlcie się za nami!

Święty Piotrze, Módl się za nami!

Święty Pawle.

Święty Andrzeju.

Święty Jakóbie.

Święty Janie.

Święty Tomaszu.

Święty Jakóbie.

Święty Filipie.

Święty Bartłomeju.

Święty Mateuszu.

Święty Szymonie.

Święty Tadeuszu.

Święty Macieju.

Święty Barnabo.

Święty Łukaszu.

Święty Marku.

Wszyscy święci Apostołowie i
Ewangelistowie, Módlcie się
za nami!

Wszyscy święci Uczniowie Pań-
scy.

Wszyscy święci niewinni Mło-
dziankowie.

Święty Szczepanie, Módl się za
nami!

Święty Wawrzyńcze.

Święty Wincenty.

Święci Fabianie i Sebastyanie,
Módlcie się za nami!

Święci Janie i Pawle.

Święci Kosma i Damianie.

Święci Gerwazy i Protazy.

Wszyscy święci Męczennicy.

Święty Sylwestrze, Módl się za
nami!

Święty Grzegorz.

Święty Ambroży.

Święty Augustynie.

Święty Hieronimie.

Święty Marcinie.

Święty Mikołaju.

Alle heiligen Patriarchen und Pro-
pheten, bittet für uns!

Heiliger Petrus, bitte für uns!

Heiliger Paulus.

Heiliger Andreas.

Heiliger Jakobus.

Heiliger Johannes.

Heiliger Thomas.

Heiliger Jakobus.

Heiliger Philippus.

Heiliger Bartholomäus.

Heiliger Matthäus.

Heiliger Simon.

Heiliger Thaddäus.

Heiliger Mathias.

Heiliger Barnabas.

Heiliger Lukas.

Heiliger Markus.

Alle heiligen Apostel und Evange-
listen, bittet für uns!

Alle heiligen Jünger des Herrn.

Alle heiligen Unschuldigen Kinder.

Heiliger Stephanus, bitte für uns!

Heiliger Laurentius.

Heiliger Vincentius.

Heiliger Fabianus und Sebastia-
nus, bittet für uns!

Heiliger Johannes und Paulus.

Heiliger Kosmas und Damianus.

Heiliger Gervasius und Protasius.

Alle heiligen Märtyrer.

Heiliger Silvester, bitte für uns!

Heiliger Gregorius.

Heiliger Ambrosius.

Heiliger Augustinus.

Heiliger Hieronymus.

Heiliger Martinus.

Heiliger Nikolaus.

Wszyscy święci Biskupi i Wy-
 znawcy, Módlcie się za nami!
 Wszyscy święci Doktorowie.
 Święty Antoni, Módl się za
 nami!
 Święty Benedykcie.
 Święty Bernardzie.
 Święty Dominiku.
 Święty Franciszku.
 Wszyscy święci Kapłani i Lewi-
 towie, Módlcie się za nami!
 Wszyscy święci Zakonnicy i Pu-
 stelnicy.
 Święta Marya Magdaleno, Módl
 się za nami!
 Święta Agato.
 Święta Łucyo.
 Święta Agnieszko.
 Święta Cecylio.
 Święta Katarzyno.
 Święta Anastazyo.
 Wszystkie święte Panny i Wdo-
 wy, Módlcie się za nami!
 Wszyscy Święci i Święte Boże,
 Przyczynicie się za nami!
 Bądź nam miłościw, Odpuść nam
 Panie!
 Bądź nam miłościw, Wysłuchaj
 nas Panie!
 Od wszego złego, Wybaw nas
 Panie!
 Od grzechu każdego.
 Od gniewu twego.
 Od nagłej i niespodzianej śmierci.

 Od siel szatańskich.
 Od gniewu, nienawiści, i wszel-
 kiój zlej woli.
 Od ducha nieczystego.
 Od piorunów i gwałtownej nie-
 pogody.
 Od powietrza, głodu, ognia i
 wojny.

Alle heiligen Bischöfe und Be-
 fenner, bittet für uns!
 Alle heiligen Kirchenlehrer.
 Heiliger Antonius, bitte für uns!

 Heiliger Benediktus.
 Heiliger Bernhardus.
 Heiliger Dominikus.
 Heiliger Franziskus.
 Alle heiligen Priester und Leviten,
 bittet für uns!
 Alle heiligen Mönche und Ein-
 siedler.
 Heilige Maria Magdalena, bitte
 für uns!
 Heilige Agatha.
 Heilige Lucia.
 Heilige Agnes.
 Heilige Cäcilia.
 Heilige Katharina.
 Heilige Anastasia.
 Alle heiligen Jungfrauen und Wit-
 frauen, bittet für uns!
 Alle Heiligen Gottes, bittet für
 uns!
 Sei uns gnädig, verschone uns, o
 Herr!
 Sei uns gnädig, erhöre uns, o
 Herr!
 Von allem Übel, erlöse uns, o
 Herr!
 Von aller Sünde.
 Von Deinem Zorne.
 Von dem jähen und unversehenen
 Tode.
 Von den Nachstellungen des Teufels.
 Vom Zorne, Haß und allem bösen
 Willen.
 Vom Geiste der Unkeuschheit.
 Vom Schaden des Blitzes und Un-
 gewitters.
 Von Pest, Hungersnot und Krieg.

Od potępienia wiekuistego.
 Przez tajemnicę świętego wciele-
 nia Twego.
 Przez przyjście Twoje.
 Przez narodzenie Twoje.
 Przez chrzest i święty post Twój.

 Przez krzyż i mękę Twoją.
 Przez śmierć i pogrzeb Twój.

 Przez święte Zmartwychwstanie
 Twoje.
 Przez cudowne Wniebowstąpie-
 nie Twoje.
 Przez Ducha Św. Pocieszyciela
 zesłanie.
 W dzień sądu Twego.
 My grzeszni Ciebie prosimy, Wy-
 słuchaj nas Panie!
 Abyś nam grzechy odpuścić ra-
 czył.
 Abyś karanie od nas oddalić
 raczył.
 Abyś nas do pokuty prawdziwej
 przyprowadzić raczył.
 Abyś Kościół Twój święty rzą-
 dzić i zachować raczył.
 Abyś Namiestnika przedniejszego
 Apostolskiego i wszystkie du-
 chowne stany w świętej po-
 bożności zachować raczył.
 Abyś nieprzyjaciół Kościoła świę-
 tego poniżyć raczył, Wysłu-
 chaj nas Panie!
 Abyś Królom i Panom chrze-
 ścijańskim pokój i zgodę
 prawdziwą dać raczył.
 Abyś wszystkiemu ludowi chrze-
 ścijańskiemu pokój i jedność
 darować raczył.
 Abyś też nas samych w służbie
 Twój świętej utwierdzić i za-
 chować raczył.

Von dem ewigen Tode.
 Durch das Geheimnis Deiner hei-
 ligen Menschwerdung.
 Durch Deine Ankunft.
 Durch Deine Geburt.
 Durch Deine Taufe und Dein hei-
 liges Fasten.
 Durch Dein Kreuz und Leiden.
 Durch Deinen Tod und Dein Be-
 gräbnis.
Nie racz, Panie Boże w Trójcy jedyny, pamiętać na grzechy młodości jego (jej) i na niewiadomości jego (jej), ale według wielkiego miłosierdzia Twego wspomnij nań (na nią) w chwale jasności Twojej. Niech się mu (jej) otworzą Niebios, niech go (ją) z weselem przywitają święci Aniołowie, i zaprowadzą do Nieba. Niech go (ją) przyjmie święty Michał Archaniół, który trzyma pierwszeństwo w wojsku niebieskiem. Niech go (ją) przyjmie Piotr święty, któremu Pan Bóg klucze do Nieba powierzył. Niech mu (jej) dopomoże Paweł święty, który stał się godnym być naczyniem wybranem. Niech się za nim (nią) wstawi święty Jan Apostół, któremu Bóg tajemnice niebieskie objawił. Niech się za niego (nią) modlą wszyscy święci Apostołowie, którym Bóg zlecił moc związywania i rozwiązywania. Niechaj się za nim (nią) przyczynią wszyscy Święci Twoi, którzy dla Imienia Pana Chrystusowego męki na tym świecie rozliczne cierpieli, aby z więzienia cielesnego wyzwolony (a), mógł (mogła) być do chwały królestwa niebieskiego domieszczony (domieszczoną), za wysługą męki i śmierci tegoż Pana naszego Jezusa Chrystusa, który z Ojcem i z Duchem Świętym żyje i króluje na wieki wieków.

R. Amen.

O Herr! wir bitten Dich, denke nicht der Fehler und Nachlässigkeiten ihrer Jugend, sondern nach der Fülle Deiner Barmherzigkeit sei ihrer eingedenk im Reiche Deiner Herrlichkeit. Mögen die Himmel sich ihr öffnen, mögen die Engel sich mit ihr erfreuen! In Dein Reich, o Herr! nimm diesen Deinen Diener (diese Deine Dienerin) auf. Es nehme sie auf, diese scheidende Seele, der Erzengel und Fürst der himmlischen Heerscharen, Michael! Alle seligen Geister mögen ihr entgegenreisen und sie einführen in das himmlische Jerusalem. Es nehme sie auf der heilige Apostel Petrus, dem Gott des Himmelreiches Schlüssel übergeben hat. Es stehe ihr bei der heilige Apostel Paulus, der gewürdigt ward, das Gefäß der Auserwählung zu werden. Es bitte für sie der auserwählte Jünger des Herrn, Johannes, dem himmlische Geheimnisse geoffenbart worden sind. Für sie mögen um Befeligung stehen alle heiligen Apostel, denen der Herr die Binde- und Lösegewalt anvertraut. Bitten mögen um ihr Heil alle Heiligen und Auserwählten Gottes, die um Christi willen hienieden große Marter geduldet, damit sie, von den Banden des Fleisches gelöst, zur Herrlichkeit des himmlischen Reiches zu gelangen gewürdigt werde! Dies verleihe ihr Jesus Christus, unser Herr, der mit dem Vater und dem Heiligen Geiste lebt und regiert in alle Ewigkeit. **R.** Amen.

CAPUT 8.
IN EXPIRATIONE.

Cum vero tempus expirandi institerit, tunc maxime ab omnibus circumstantibus, flexis genibus, vehementer orationi instandum est. Ipse vero moriens, si potest, dicat; vel si non potest, assistens, sive Sacerdos pro eo clara voce pronuntiet: JESU, JESU, JESU.

2. Quod et ea quæ sequuntur, ad illius aures, si videbitur, tamen respectu agonizantis submissa voce, etiam sæpius repetat:

W ręce Twoje, Panie, polecam ducha mego! Panie Jezu Chryste, przyjmij ducha mojego! Święta Marya! módl się za mną! Marya, Matko łaskawości, Matko miłosierdzia! broń mię od nieprzyjaciela, i przyjmij w godzinie śmierci.

In Deine Hände, o Herr! empfehle ich meinen Geist! Herr Jesu Christe! nimm meinen Geist auf! Heilige Maria! bitte für mich! Maria! Mutter der Gnade, Mutter der Barmherzigkeit! beschütze mich gegen meinen Feind, nimm mich auf in dieser meiner Todesstunde.

3. Tunc ubi viget pia consuetudo, pulsetur campana parochialis Ecclesiæ aliquibus ictibus, ad significandum fidelibus in urbe, vel loco, aut extra in suburbanis existentibus, instantem mortem expirantis ægroti, ut pro eo Deum rogare possint.

4. Egressa anima de corpore, statim dicatur hoc:

R. Przybądźcie Święci Boży! zabieźcie Aniołowie Pańscy! przyjmijcie duszę jego, i postawcie ją w obliczu Najwyższego!

R. Ihr Heiligen Gottes! kommet zu Hilfe dieser Seele! Eilet heran, ihr Engel des Herrn! nehmet sie auf, und stellet sie dem Angesichte des Allerhöchsten vor!

V. Niech cię przyjmie Chrystus, który cię wezwał, i na łono Abrahama Aniołowie Jego niech cię zaprowadzą!

V. Christus, der dich aus dieser Zeitlichkeit abgerufen, nehme dich auf! die heiligen Engel geleiten dich in Abrahams Schoß.

R. Szczęśliwi duchowie!
przyjmijcie duszę jego (jej),
i postawcie ją w obliczu
Najwyższego.

V. Wieczny odpoczy-
nek racz mu dać Panie,
a światłość wiekuista nie-
chajmu świeci! Postawcie
ją w obliczu Najwyższego.

Panie, zmiłuj się nad
nami! Chryste, zmiłuj się
nad nami! Panie, zmiłuj
się nad nami!

Ojczy nasz i t. d.

V. I nie wódź nas na
pokuszenie!

R. Ale nas zbaw ode
złego!

V. Wieczny odpoczy-
nek racz mu dać Panie!

R. A światłość wieku-
ista nechaj mu świeci!

V. Od bramy piekiel-
nej!

R. Wyrwij, Panie, du-
szę jego (jej)!

V. Niech odpoczywa w
pokoju!

R. Amen.

V. Panie, wysłuchaj mo-
dlitwę moję!

R. A wołanie moje nech
do Ciebie przyjdzie!

V. Pan z wami!

R. I z duchem twoim!

R. Ihr seligen Geister!
nehmet euch dieser armen
Seele an, und bringet sie
vor das Angesicht Gottes!

V. Herr! verleihe ihr die
ewige Ruhe, und laß ihr leuch-
ten das ewige Licht! und brin-
get sie vor das Angesicht
Gottes!

Herr, erbarme Dich un-
ser! Christus, erbarme Dich
unser! Herr, erbarme Dich
unser!

Vater unser etc.

V. Und führe uns nicht in
Versuchung!

R. Sondern erlöse uns
vom Übel!

V. Herr, verleihe ihm die
ewige Ruhe!

R. Und das ewige Licht
laß ihm leuchten!

V. Von der Pforte der
Hölle!

R. Erlöse, o Herr! diese
Seele!

V. Laß sie ruhen im Frie-
den!

R. Amen!

V. Herr, erhöre mein
Gebet!

R. Und laß mein Rufen
zu Dir kommen!

V. Der Herr sei mit euch!

R. Und mit deinem Geiste!

Módlmy się.

Tobie, Panie! polecamy duszę sługi Twego **N.** (służebnicy Twojej **N.**), aby rozstawszy się z tym światem Tobie żył (żyła), a cokolwiek ułomnością ludzkiego obcowania zgrzeszył (zgrzeszyła), Ty racz to z najmiłościwszej dobrotliwości Twojej pobłazaniem oczyścić. Przez Chrystusa Pana naszego.

R. Amen.

Laſſet uns beten!

Dir, o Herr! empfehlen wir die Seele Deines Dieners **N.** (Deiner Dienerin **N.**), auf daß sie, dieser Welt abgestorben, bei Dir ewig leben möge, und verzeihe ihr durch Deine erbarmungsvolle Huld und Liebe die Sünden, welche sie aus menschlicher Schwäche begangen hat, durch Christum, unsern Herrn.

R. Amen.

5. Interim detur campana signum transitus defuncti pro loci consuetudine, ut audientes pro ejus anima Deum precentur. Deinde corpus de more honeste compositum, loco decenti cum lumine collocetur: ac parva crux super pectus inter manus defuncti, ponatur, aut ubi crux desit, manus in modum crucis componantur, interdumque aspergatur aqua benedicta, et interim, donec efferatur, qui adsunt, sive Sacerdotes, sive alii, orabunt pro defuncto.



Ingressus est Eliseus domum



et ecce puer mort. . . IV. R. 4.



1879



Tulitque puer de sinu ejus



et portavit in coenac. III. R. 17.



TITULUS VII.

CAPUT 1.

DE EXSEQUIIS.



acræ cæremonias ac ritus, quibus ex antiquissima traditione, et summorum Pontificum institutis sancta mater Ecclesia catholica in filiorum suorum exsequiis uti solet, tamquam vera religionis mysteria, christianæque pietatis signa, et fidelium mortuorum saluberrima suffragia, Parochi summo studio servare debent, atque usu retinere.

2. His itaque præstandis, qua par est modestia ac devotione ita se habebunt, ut ad defunctorum salutem, simulque ad vivorum pietatem, quemadmodum vere sunt, non ad quæstum ejusmodi ritus sancti instituti esse videantur.

3. Nullum corpus sepeliatur, præsertim si mors repentina fuerit, nisi post debitum temporis intervallum, ut nullus omnino de morte relinquantur dubitandi locus.

4. Quod antiquissimi est instituti, illud, quantum fieri poterit, retineatur, ut Missa, præsentè corpore defuncti, pro eo celebretur, antequam sepulturæ tradatur.

5. Si quis die festo sit sepeliendus, Missa propria pro defunctis præsentè corpore celebrari poterit; dum tamen conventualis Missa, et Officia divina non impediuntur, magnaue diei celebritas non obstet.

6. Caveant omnino Parochi, alique Sacerdotes, ne sepulturæ, vel exsequiarum, seu anniversarii mortuorum officii causa quidquam paciscantur, aut tamquam pretium exigant; sed iis eleemosynis contenti sint, quæ aut probata consuetudine dari solent, aut Ordinarius constituerit. Neque permittant, ut pallia, aut alia Altaris ornamenta, ad ornatum feretri, vel tumbæ adhibeantur.

7. Cum autem antiquissimi ritus ecclesiastici sit, cereos accensos in exsequiis et funeribus deferre, caveant item, ne ejusmodi ritus omittatur, ac ne quid avare, aut indigne in eo committatur.

8. Pauperes vero, quibus mortuis nihil, aut ita parum superest, ut propriis impensis humari non possint, gratis omnino sepeliantur; ac debita lumina suis impensis, si opus fuerit, adhibeant Sacerdotes, ad quos defuncti cura pertinet, vel aliqua pia confraternitas, si fuerit, juxta loci consuetudinem.

9. Ubi viget antiqua consuetudo sepeliendi mortuos in Cœmeteriis, retineatur; et ubi fieri potest, restituatur; at vero cui locus sepulturæ dabitur in Ecclesia, humi tantum detur. Cadavera autem prope altaria non sepeliantur.

10. Sepulchra Sacerdotum, et Clericorum cujuscumque Ordinis, ubi fieri potest, a sepulchris laicorum separata sint, ac decentiori loco sita; atque ita, ubi commodum fuerit, ut alia pro Sacerdotibus, alia pro inferioris Ordinis Ecclesiæ ministris parata sint.

11. Sacerdos, aut cujusvis Ordinis Clericus defunctus, vestibus suis quotidianis communibus usque ad talarem vestem inclusive, tum desuper sacro vestitu sacerdotali, vel clericali, quem Ordinis sui ratio deposcit, indui debet.

Sacerdos quidem super talarem vestem, amictu, alba, cingulo, manipulo, stola et casula, seu planeta violacea sit indutus.

12. Diaconus vero induatur amictu, alba, cingulo, manipulo, stola super humerum sinistrum, quæ sub axilla dextera annectatur, et dalmatica violacea.

13. Subdiaconus autem amictu, alba, cingulo, manipulo et tunicella.


14. Alii præterea inferiorum Ordinum Clerici superpelliceo supra vestem talarem ornari debent, singuli prædicti cum tonsura, ac birretis suis.

15. Nullum porro cadaver perpetuæ sepulturæ traditum, ex ulla cujusvis Ordinis Ecclesia asportari liceat, nisi de licentia Ordinarii.

16. Laici cadaver, quolibet generis, aut dignitatis titulo præditus ille fuerit, Clerici ne deferant, sed laici.

17. Corpora defunctorum in Ecclesia ponenda sunt pedibus versus Altare majus; vel si conduntur in Oratoriis, aut Capellis, ponantur cum pedibus versis ad illarum Altaria: quod etiam pro situ et loco fiat in sepulchro. Presbyteri vero habeant caput versus Altare.

18. Ceterum nemo christianus in communionem fidelium defunctus, extra Ecclesiam, aut Cœmeterium rite benedictum sepeliri debet; sed si necessitas cogat ex aliquo eventu aliquando ad tempus aliter fieri, curetur, ut quatenus fieri poterit, corpus in locum sacrum quamprimum transferatur; et interim semper crux capiti illius apponi debet, ad significandum illum in Christo quievisse.



CAPUT 2.
QUIBUS NON LICET DARE ECCLESIASTICAM
SEPULTURAM.



gnorare non debet Parochus, qui ab ecclesiastica sepultura ipso jure sunt excludendi, ne quemquam ad illam contra sacrorum Canonum decreta umquam admittat.

2. Negatur igitur ecclesiastica sepultura paganis, judæis, et omnibus infidelibus; hæreticis, et eorum fautoribus; apostatis a christiana fide; schismaticis, et publicis excommunicatis majori excommunicatione; interdictis nominatim, et iis, qui sunt in loco interdicto, eo durante.

3. Seipsos occidentibus ob desperationem, vel iracundiam (non tamen si ex insania id accidat), nisi ante mortem dederint signa pœnitentiæ.

4. Morientibus in duello, etiamsi ante obitum dederint pœnitentiæ signa.

5. Manifestis, et publicis peccatoribus, qui sine pœnitentia perierunt.

6. Iis de quibus publice constat, quod semel in anno non susceperunt Sacramenta Confessionis, et Communionis in Pascha, et absque ullo signo contritionis obierunt.

7. Infantibus mortuis absque Baptismo.

8. Ubi vero in prædictis casibus dubium occurrerit, Ordinarius consulatur.*

* S. Officii Congregatio interrogata: *Utrum liceat ecclesiasticam sepulturam dare suicidis aut solennes exsequias cum Missa pro iisdem celebrare?* sub die 16. Maji 1866 decrevit: „Quod moneantur parochi et missionarii, ut in singulis casibus, quibus præsens dubium refertur, recurrant, quoad fieri possit, ad Ordinarium. Quod regula est, non licere dare ecclesiasticam sepulturam seipsos occidentibus, ob desperationem vel iracundiam (non tamen si ex insania id accidat), nisi ante mortem dederint signa pœnitentiæ. Quod præterea, quando certo constat, vel de iracundia vel de desperatione, negari debet ecclesiastica sepultura, et vitari debent pompæ et solemnitates exsequiarum. Quando autem certo constat de insania, datur ecclesiastica sepultura cum solemnitatibus exsequiarum. Quando tamen *dubium superest*, utrum mortem quis sibi dederit per desperationem aut per insaniam, dari potest ecclesiastica sepultura, *vitatis tamen pompis et solemnitatibus exsequiarum.*“



CAPUT 3.

EXSEQUIARUM ORDO.




onstituto tempore, quo corpus ad Ecclesiam deferendum est, convocetur Clerus, et alii, qui funeri interesse debent, et in parochialem, vel in aliam Ecclesiam, juxta loci consuetudinem, ordine convenient; ac datis certis campanæ signis, eo modo et ritu, quo in eo loco fieri solet, Parochus indutus superpelliceo et stola nigra, vel etiam pluviali ejusdem coloris, clerico præferente crucem, et alio aquam benedictam, ad domum defuncti una cum aliis procedit. Distribuuntur cerei, et accenduntur intorticia. Mox ordinatur Processio, præcedentibus laicorum confraternitatibus, si adsint; tum sequitur Clerus regularis, et sæcularis per ordinem; binique procedunt, prælata cruce, devote Psalmos, ut infra, decantantes, Parocho præcedente feretrum cum luminibus; inde sequuntur alii funus comitantes, et pro defuncto Deum rite deprecantes sub silentio.*


2. Parochus vero, antequam cadaver efferatur, illud aspergit aqua benedicta, mox intonat Antiphonam: Si iniquitates. et Cantores inchoant Psalmum: De profundis. Clero alternatim prosequente.

Antiphona.


Tr. 2 b.




Si i - ni-qui-tá-tes. Ps. 129. De pro-fúndis cla-



má-vi ad te Dó-mi-ne: * Dó-mi-ne ex-aú-di




vo-cem me - am.



Fi-ant au-res tu-æ in-tendén-tes, * in vo-cem

* Ubi adsunt, procedunt primo vexilla bellica cum suis associationibus, tum sequuntur ceteræ corporationes et societates ecclesiasticæ, depique subsequitur crux processionalis cum confraternitatibus et Clero per ordinem. Vexilla autem bellica vel mere nationalia in ecclesiam non inducantur.



de-pre-ca-ti-ó-nis me-æ.

Si iniquitates observáveris
Dómine: * Dómine quis sus-
tinébit?

Quia apud te propitiatio
est: * et propter legem tuam
sustínui te Dómine.


Sustínuit ánima mea in ver-
bo ejus: * sperávit ánima mea
in Dómino.

A custódia matutína usque
ad noctem: * speret Israël in
Dómino.


Quia apud Dóminum mise-
ricórdia: * et copiósia apud
eum redemptio.

Et ipse rédimet Israel: * ex
ómnibus iniquitatibus ejus.
Réquiem ætérnam.

Antiphona.



Si i-ni-qui-tá-tes obser-vá-ve-ris Dó-mi-ne:




Dó-mi-ne, quis sus-ti-né-bit?


Deinde cadaver effertur. Parochus de domo procedens statim
gravi voce intonat Antiphonam: Exsultábunt Dómino. et Cantores
inchoant Psalmum: Miserére. Clero alternatim prosequente; ac si
longitudo itineris postuláverit, dicantur Psalmi Graduales: Ad Dó-
minum cum tribulárer, etc. vel alii Psalmi ex Officio Mortuorum
et in fine cujuslibet Psalmi dicitur: Réquiem ætérnam dona ei
Dómine, etc. qui Psalmi devote, distincte, gravique voce recitari
debent usque ad Ecclesiam.

Antiphona.


Ton. VII. Tr. #.



Ex-sul-tá-bunt Dó-mi-no. Ps. 50. Mi-se-ré-re



me-i De-us: * se-cúndum magnam mi-se-ri-



cór-di-am tu-am.

Et secúndum multitudínem miseratiónum tuárum: * dele iniquitátem meam.

Amplius lava me ab iniquitáte mea: * et a peccáto meo munda me.

Quóniam iniquitátem meam ego cognóscó: * et peccátum meum contra me est semper.

Tibi soli peccávi, et malum coram te feci: * ut justificéris in sermónibus tuis, et vincas cum iudicáris.

Ecce enim in iniquitátibus concéptus sum: * et in peccátis concépit me mater mea.

Ecce enim veritátem dilexísti: * incérta et occúlta sapiéntiæ tuæ manifestásti mihi.

Aspérges me hyssópo, et mundábor: * lavábis me, et super nivem dealbábor.

Audítui meo dabis gaúdi-um et lætítiam: * et exsultábunt ossa humiliáta.

Avérte fáciem tuam a peccátis meis: * et omnes iniquitátes meas dele.

Cor mundum crea in me

Deus: * et spíritum rectum ínno-va in viscéribus meis.

Ne projícias me a fácie tua: * et Spíritum Sanctum tuum ne aúferas a me.

Redde mihi lætítiam salu-táris tui: * et spíritu princi-páli confirma me.

Docébo iníquos vias tuas: * et ímpii ad te converténtur.

Líbera me de sanguínibus, Deus, Deus salútis meæ: * et exsultábit lingua mea ju-stítiam tuam.

Dómine, lábia mea apéries: * et os meum annuntiábit lau-dem tuam.

Quóniam si voluísset sa-crificíum, dedíssem útique: * holocauístis non delectáberis.

Sacrificíum Deo spíritus contribulátus: * cor contri-tum et humiliátum Deus non despícies.


Benígne fac Dómine in bo-na voluntáte tua Sion: * ut ædificéntur muri Jerúsalem.

Tunc acceptábis sacrifici-um justítiae, oblatiões, et ho-locáuista: * tunc impónent su-per altáre tuum vítulos.

Réquiem ætérnam.

Ad ingressum Ecclesiæ repetitur

Antiphona.



Ex-sul-tábunt Dó-mi-no os-sa hu-mi-li-á-ta.

3. Deinde Ecclesiam ingressi, cantant Responsorium, cantore incipiente, et Clero alternatim respondente, videlicet:

Ton. IV. Tr. 2 #

Subve - ní - te San - cti De - i, oc - cú - ri -
 te An - ge - li Dó - mi - ni: * Susci - pi - éntes
 á - nimam e - jus: * Offe - réntes e - am in
 conspé - ctu Al - tís - si - mi. **V.** Suscí - pi - at
 te Chri - stus, qui vo - cá - vit te: et
 in si - num Abra - hæ An - ge - li de - dú -
 cant te. **S**usci - piéntes. **ut supra.**
V. Ré - qui - em æ - tér - nam do - na e - i
 Dó - mi - ne. Et lux perpé - tu - a lú - ce -
 at e - i. **O**fferéntes. **ut supra.**

4. Deposito feretro in medio Ecclesiæ, ita ut defuncti pedes, si fuerit laicus, sint versus Altare majus; si vero fuerit Sacerdos, ut dictum est, caput sit versus ipsum Altare; et cereis accensis circa corpus, statim, nisi quid impediât, ut infra monebitur, dicatur

Officium Mortuorum, cum tribus Nocturnis, et Laudibus, ut infra ponitur (pag. 154); et duo ex Clero incipiant absolute Invitatorium:

Regem, cui ómnia vivunt: * Veníte, adorémus;
et repetitur a Clero: **Regem, cui ómnia vivunt: Veníte, adorémus.** *str 1647*

Psalmus. **Veníte, exsultémus, etc.** et duplicantur Antiphonæ.

5. Ad finem Officii post Antiphonam Cantici **Benedictus, etc.** Ego sum resurréctio, etc. dicitur:

Pater noster. secreto.

V. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

R. Sed líbera nos a malo.

V. A porta ínferi.

R. Erue Dómine ánimam ejus.

V. Requíescat in pace. **R.** Amen.

V. Dómine exaúdi oratiónem meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum. **R.** Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Absólve, quæsumus Dómine, ánimam fámuli tui ab omni vínculo delictórum: ut in resurrectiόνis glória inter Sanctos et Eléctos tuos resuscitátus respíret. Per Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

6. Dum in Officio dicuntur Laudes, Sacerdos cum ministris paratur ad celebrandam Missam solemnem pro defuncto, si tempus congruens fuerit, ut in die depositionis in Missali Romano.

7. Finita Missa, Sacerdos*, deposita casula, seu planeta, et manipulo, accipit pluviale nigri coloris: et Subdiaconus accipit crucem, et accedit ad feretrum, et se sistit ad caput defuncti cum cruce, medius inter duos acolythos seu ceroferarios cum candelabris et candelis accensis: et omnes alii de Clero veniunt ordinatim in gradu suo cum candelis accensis, et stant in circuitu feretri: tum sequitur Sacerdos cum Diacono, et assistente, aliisque ministris, et facta reverentia Altari, sistit se contra crucem ad pedes defuncti, retro astantibus ei a sinistris duobus acolythis, uno cum thuribulo et navicula incensi, altero cum vase aquæ benedictæ et

* Congruum est, ut absolutio ad feretrum fiat ab ipso Sacerdote, qui Missam celebravit, non ab alio diverso. S. R. C. 21. Jul. 1855.


aspersorio, et acolytho, seu Clerico tenente librum, absolute dicit sequentem Orationem*:

Non intres in iudicium cum servo tuo Dómine, quia nullus apud te justificábitur homo, nisi per te ómnium peccatórum ei tribuátur remissio. Non ergo eum, quæsumus, tua judiciális senténtia premat, quem tibi vera supplicatio fidei christiánæ coméndat: sed grátia tua illi succurrénte, mereátur evádere iudicium ultiónis, qui dum viveret, insignitus est signáculo sanctæ Trinitátis: Qui vivis et regnas in sæcula sæculórum.


R. Amen.

8. Deinde cantore incipiente, Clerus circumstans cantat sequens Responsorium:


Ton. I. Tr. 2 #




Lí-be-ra me Dó-mi-ne, de morte æ-tér -




na in di-e il-la tre-mén-da: * Quan-do




cœ - li mo - véndi sunt et ter - ra: *



Dum vé - ne-ris ju-di - cá-re sæ - cu-lum



per i-gnem. **¶** Tre-mens factus sum e-go



et tí-me-o, dum discússi-o vé-ne-rit, atque

* In hac oratione, quando est mulier aut plures sunt defuncti, verba „servo tuo“ non possunt permutari in „serva tua“ vel „servis tuis.“ S. R. C. 21. Jan. 1741.

ven-tú-ra i-ra. Quando. **Ÿ.** Di-es il-la,
 di-es i-ræ, ca-la-mi-tá-tis et mi-sé-
 ri-æ, di-es magna et a-má-ra val-de. **Dum**
 vé-ne-ris. **Ÿ.** Réqui-em æ-tér-nam do-na
 e-is, Dó-mi-ne: et lux per-pé-tu-a lú-ce-
 at e-is. **R.** Lí-be-ra me, usque ad **Ÿ.** Tremens.

9. Dum cantatur prædictum Responsorium, Sacerdos, acolytho et Diacono ministrante, accipit incensum de navicula, et ponit in thuribulum; et finito Responsorio, Cantor cum primo Choro dicit:

Ký-ri - e e - lé - i - son.

Et secundus Chorus respondet:

Chri-ste e - lé - i - son.

Deinde omnes simul dicunt:

Ký-ri - e e - lé - i - son.

10. Mox Sacerdos dicit alta voce: Pater noster; et secreto dicitur ab omnibus; et ipse interim accipit a Diacono vel acolytho

aspersorium aquæ benedictæ, et facta profunda inclinatione cruci, quæ est ex adverso, Diacono, seu ministro genuflectente, ac comitante a dextris fimbriasque pluvialis sublevante, detecto capite circumcirca ambulans, incipiens a sua parte dextera (si transit ante Sacramentum, genuflectit) adspersit quamlibet feretri partem lateralem, ter a parte dextera et ter a parte sinistra (in initio, in medio et in fine cujusque lateris, non vero in capite nec in fine feretri, neque in modum Crucis) absque aliqua inclinatione versus feretrum et semper procedendo. (Transiens vero ante Crucem profunde inclinatur, Diaconus genuflectit.) Deinde reversus ad locum suum, Diacono ministrante, accipit thuribulum, et eodem modo circumferetrum, et corpus incensat, ut asperserat: postea reddito thuribulo ei, a quo acceperat, stans in loco suo, acolytho, seu alio ministro tenente librum apertum ante se, dicit:

V. Et ne nos inducas in tentationem.

R. Sed libera nos a malo.

V. A porta inferi.

R. Erue Dómine ánimam ejus.

V. Requíescat in pace. **R.** Amen.

V. Dómine exáudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.


V. Dóminus vobíscum. **R.** Et cum spírítu tuo.

Orémus.

Deus, cui próprium est miseréri semper, et párcere: te súpplices exorámus pro ánima fámuli tui (fámulæ tuæ) **N.**, quam hódie de hoc sæculo migráre jussísti, ut non tradas eam in manus inimíci, neque obliviscáris in finem, sed júbeas eam a sanctis Angelis súscipi, et ad pátriam paradísi perdúci: ut quia in te sperávit, et crédidit, non pœnas inférni sustíneat, sed gaúdia ætérna possídeat. Per Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

11. Si defunctus fuerit Sacerdos, in Oratione dicatur: pro ánima fámuli tui **N.** Sacerdótis, quam etc.

12. Finita Oratione, corpus defertur ad sepulchrum, si tunc deferendum sit: et dum portatur, Clerici cantant Antiphonam:



In pa-ra-dí-sum de-dú-cant te An-ge-li: in



tu - o advén-tu sus-cí-pi-ant te Már-ty-res, et
 perdú-cant te in ci-vi-tá-tem sanctam Je-rú-
 sa-lem. Cho-rus Ange-ló-rum te suscí-pi-at,
 et cum Lá-za-ro quondam páu-pe-re æ-térnam
 há-be-as ré-qui-em.

13. Cum autem pervenerit ad sepulchrum, si non est benedictum, Sacerdos illud benedicit,* dicens hanc Orationem:


Orémus.

Deus, cujus miseratióne animæ fidélium requiésunt, hunc túmulum benedícere dignáre, eíque Angelum tuum sanctum députa custódem: et quorum, quarúmque córpora hic sepeliúntur, ánimas eórum ab ómnibus absólve vínculis delictórum, ut in te semper cum Sanctis tuis sine fine læténtur. Per Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.


14. Dicta Oratione, Sacerdos aqua benedicta aspergat, deinde incenset corpus defuncti, et tumulum.

15. Quod si corpus tunc ad sepulturam non deferatur, omisso Responsorio: In paradísium, etc. et benedictione sepulchri, si jam est benedictum, prosequatur Officium, ut infra: quod numquam omittitur; et intonet Antíphonam:

* Sepulchrum, quod novum foditur, in cœmeterio rite benedicto non est benedicendum; nam hæc præscriptio tantum respicit cryptam seu sepulchrum lapideum in cœmeterio vel ecclesia ædificatum. S. R. C. 27. Maji 1876 (3400).



E-go sum. Et dicitur Cant. Benedíctus.



U e a e i.

Canticum Zachariæ.

Luc. 1. c.

Benedíctus Dóminus Deus
Israël: * quia visitávit
et fecit redemptiónem plebis
suæ.

Et eréxit cornu salutis no-
bis: * in domo David púeri
sui.

Sicut locútus est per os
sanctorum, * qui a sæculo
sunt, prophetarum ejus:

Salútem ex inimícis nostris,
* et de manu ómnium qui
odérunt nos:

Ad faciéndam misericórdi-
am cum pátribus nostris: *
et memorári testaménti sui
sancti.

Jusjurándum, quod jurávit
ad Abraham patrem nostrum,
* datúrum se nobis:

Ut sine timóre, de manu
inimicórum nostrórum libe-
ráti, * serviámus illi.

In sanctitáte et justítia co-
ram ipso, * ómnibus diébus
nostris.

Et tu puer, Prophéta Al-
tíssimi vocáberis: * præibis
enim ante faciém Dómini, pa-
ráre vias ejus:


Ad dandam sciéntiam sa-
lútis plebi ejus: * in remis-
sionem peccatórum eórum:

Per víscera misericórdiæ
Dei nostri: * in quibus visi-
távit nos, óriens ex alto.


Illumináre his, qui in téne-
bris, et in umbra mortis se-
dent: * ad dirigéndos pedes
nostros in viam pacis.

Réquiem ætérnam.


Et repetitur Antiphona:




E-go sum re-sur-récti - o et vi - ta, qui cre-



dit in me, é-ti-am si mór-tu-us fú-e-rit



vivet: et o-mnis qui vi-vit, et credit in me,



Postea Sacerdos dicit:

Kýrie eléison. **C**hriste eléison. **K**ýrie eléison.
Pater noster. *Interim corpus aspergit.*

V. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

R. Sed líbera nos a malo.

V. A porta ínferi.

R. Erue Dómine ánimam ejus.

V. Requíescat in pace. **R.** Amen.

V. Dómine exaúdi oratiónem meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

Fac, quáesumus Dómine, hanc cum servo tuo de-
 fúncto misericórdiam, ut factórum suórum in
 pœnis non recípiat vicem, qui tuam in votis tenuit
 voluntátem: ut sicut hic eum vera fides junxit fidé-
 lium turmis, ita illic eum tua miserátio sóciet angé-
 licis choris. Per Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

17. *Si fuerit femina dicatur:*

Orémus.

Fac, quáesumus Dómine, hanc cum fámula tua de-
 fúncta misericórdiam, ut factórum suórum in
 pœnis non recípiat vicem, quæ tuam in votis tenuit
 voluntátem: ut sicut hic eam vera fides junxit fidé-
 lium turmis, ita illic eam tua miserátio sóciet angé-
 licis choris. Per Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

V. Réquiem ætérnam dona ei Dómine.

R. Et lux perpétua lúceat ei.

V. Requíescat in pace. **R.** Amen.

V. Anima ejus, et animæ ómnium fidélium defunctórum per misericórdiam Dei requiáscant in pace.


R. Amen.

18. Tunc Sacerdos trina immissione aliquantulum terræ pala super feretrum projicit, dicens:

De terra formásti me, Dómine, et carne induísti me: resúscita me in novíssimo die, Redémptor meus, Dómine.

In fine, dum perficitur sepultura, cantatur: Salve Regina. vel congruens cantilena in lingua vernacula.

Ton. XI. Tr. 2 #



Sal-ve Re - gí - na, Ma-ter mi-se-ri - cór - di - æ,
 vi-ta, dul-cé-do, et spes nostra, sal-ve. Ad
 te cla-má-mus éxsu-les fi - li - i He - væ. Ad
 te su-spi-rá-mus ge-mén-tes et flen-tes in hac
 la-cry-má-rum val - le. E - ja ergo ad-vo-cá-
 ta no-stra, il - los tu - os mi - se - ri - cór - des
 ó-cu-los ad nos convér - te. Et Je-sum, bene-



dí-ctum fru-ctum ventris tu - i, no-bis post
hoc ex-sí-li - um os-tén-de. O cle-mens, o
pi - a, o dul-cis Vir-go Ma-rí - a.

19. Deinde a sepultura in ecclesiam, vel in sacristiam reverentes, dicant sine cantu Antiphonam: Si iniquitátes. cum Psalmo: De profúndis (pag. 142).

20. Si vero ob rationabilem causam, videlicet ob temporis angustiam, vel aliorum funerum instantem necessitatem, prædictum Officium Mortuorum cum tribus Nocturnis, et Laudibus dici non potest; deposito in ecclesia feretro cum corpore, dicatur saltem primum Nocturnum cum Laudibus, vel etiam sine Laudibus, maxime ubi ejusmodi viget consuetudo, incipiendo ab Invitatorio: Regem, cui ómnia vivunt, * Veníte, adorémus. Et postea omnia alia dicantur, quæ supra præscripta sunt dicenda post Officium Mortuorum et Missam.

21. Quodsi etiam ea fuerit temporis angustia, vel aliaurgens necessitas, ut unum Nocturnum cum Laudibus dici non possit, aliæ prædictæ preces et suffragia numquam omittantur.

22. Missa vero, si hora fuerit congruens, ritu pro defunctis, ut in die obitus, præsentem corpore, non omittatur, nisi obstet magna diei solemnitas, aut aliqua necessitas aliter suadeat: et post Missam fiat, ut supra.



CAPUT 4.

OFFICIUM DEFUNCTORUM.


Dicitur in Choro in die depositionis, et aliis diebus pro temporis opportunitate, et ecclesiarum consuetudine. In die vero depositionis, et tertio, septimo, trigesimo, et anniversario, duplicantur Antiphonæ: et in fine Psalmorum dicitur: Réquiem ætérnam * dona eis Dómine. Et lux perpétua * lúceat eis; etiam si pro uno tantum fiat Officium.

Ad Vesperas.


Absolute incipitur ab:

Antiphona.


Ton. III. Tr. 2 ♭.



Pla-cé-bo Dó-mi-no, * in re-gi-ó - ne vi-vó-rum.



Ps. 114. Di-lé-xi, quó-ni - am ex-á-u-di - et Dó-mi-



nus * vo-cem o-ra-ti - ó - nis me-æ.

Quia inclinávit aurem suam mihi: * et in diébus meis invocábo.

Circumdederunt me dolóres mortis: * et perícula inférni invenérunt me.

Tribulatiónem et dolórem invéni: * et nomen Dómini invocávi.

O Dómine líbera ánimam meam: * miséricors Dñs, et justus, et Deus noster miserétur.

Custódiens párvulos Dómi-

nus: * humiliátus sum, et liberávit me.

Convértere ánima mea in réquiem tuam: * quia Dóminus benefécit tibi.


Quia erípuit ánimam meam de morte: * óculos meos a lácrymis, pedes meos a lapsu.

Placébo Dómino * in regióne vivórum.

Réquiem ætérnam * dona eis, Dómine.

Et lux perpétua * lúceat eis.


1. Antiphona.




Pla-cé-bo Dó-mi-no in re-gi-ó - ne vi-vó-rum.

2. Antiphona.


Ton. II. Tr. ♭.




Hei mi - hi * Dó-mi-ne, qui - a in-co-lá - tus



me - us pro - longá-tus est.



Ps. 119. Ad Dó-mi-num, cum tri-bu-lá-rer cla-má-



vi: * et ex-au-dí-vit me.

Dómine líbera ánimam meam a lábiis iníquis, * et a lingua dolósa.

Quid detur tibi, aut quid apponátur tibi * ad linguam dolósam?

Sagíttæ poténtis acútæ, * cum carbónibus desolatóriis.


Hei mihi, quia incolátus

meus prolongátus est: habitávi cum habitántibus Cedar: * multum íncola fuit ánima mea.


Cum his, qui odérunt pacem, eram pacíficus: * cum loquébar illis, impugnábant me gratis.

Réquiem ætérnam.

2. Antiphona.




Hei mi - hi Dó-mi-ne, qui - a in-co-lá-tus




me-us pro-longá-tus est.

3. Antiphona.


Ton. VIII. Tr. 2 b.



Dó-mi-nus * custó-dit te ab omni ma-lo: cu-



stó-di-at á-ni-mam tu-am Dó-mi-nus.



Ps. 120. Le-vá-vi ó-cu-los me-os in mon-tes, *



un-de vé-ni-et au-xí-li-um mi-hi.

Auxílium meum a Dómino,
* qui fecit cœlum et terram.
Non det in commotiõnem
pedem tuum: * neque dormít-
tet qui custódit te.

Ecce non dormitábit, neque
dórmiet, * qui custódit Israël.

Dóminus custódit te, Dómi-
nus protéctio tua, * super ma-
num dexteram tuam.


Per diem sol non uret te:
* neque luna per noctem.

Dóminus custódit te ab o-
mni malo: * custódiat áni-
mam tuam Dóminus.


Dóminus custódiat intrói-
tum tuum, et éxitum tuum: *
ex hoc nunc, et usque in sæ-
culum.

Réquiem ætérnam.

3. Antiphona.




Dó-mi-nus cu-stó-dit te ab omni ma-lo: cu-stó-




di - at á-nimam tu - am Dó-mi-nus.

4. Antiphona.


Ton. VIII. Tr. 2 ♭.




Si i - ni-qui-tá - tes * observá-ve-ris Dó-mi-



ne: Dó-mi-ne quis sus-ti-né-bit?



Ps. 129. De pro-fún-dis cla-má-vi ad te Dó-mi-



ne: * Dó-mi-ne ex-áu-di vo-cem me - am.

Fiant aures tuæ intendén-
tes, * in vocem deprecatiõ-
nis meæ.

Si iniquitátes observáveris
Dómine: * Dómine quis sus-
tinébit?

Quia apud te propitiatio

est: * et propter legem tuam
sustínui te Dómine.


Sustínuit ánima mea in ver-
bo ejus: * sperávit ánima mea
in Dómino.


A custódia matutína usque
ad noctem, * speret Israël in
Dómino.

Quia apud Dóminum misericórdia; * et copiósia apud eum redemptio.

Et ipse rédimet Israël, * ex ómnibus iniquitatibus ejus. Réquiem ætérnam.


4. Antiphona.


 Si i - ni - qui - tá - tes observá - ve - ris Dó - mi - ne:

 Dó - mi - ne quis sus - ti - né - bit?


5. Antiphona.

Ton. II. Tr. ♭.

 O - pe - ra * má - nu - um tu - á - rum Dó - mi - ne, ne

 de - spí - ci - as. **Ps. 137.** Con - fi - té - bor ti - bi Dó -

 mi - ne in to - to corde me - o: * quó - ni - am au -

 dí - sti ver - ba o - ris me - i.

In conspéctu Angelórum psallam tibi: * adorábo ad templum sanctum tuum, et confitébor nómini tuo.

Super misericórdia tua, et veritáte tua: * quóniam magnificásti super omne, nomen sanctum tuum.

In quacúmque die invocávero te, exáudi me: * multiplicábis in ánima mea virtútem.

Confiteántur tibi Dómine omnes reges terræ: * quia audiérunt ómnia verba oris tui:

Et cantent in viis Dómini:

* quóniam magna est glória Dómini.


Quóniam excélsus Dóminus, et humília réspicit: * et alta a longe cognóscit.

Si ambulávero in médio tribulatiónis, vivificábis me: * et super iram inimicórum meórum extendísti manum tuam, et salvum me fecit dextera tua.


Dóminus retríbuet pro me: * Dómine misericórdia tua in sæculum: ópera mánuum tuárum ne despicias.

Réquiem ætérnam.


5. Antiphona.




O-pe-ra má-nu-um tu-á-rum DÓ-mi-ne, ne



de-spí-ci-as.




Ps. Au-dí-vi vo-cem de cœ-lo di-céntem mi-hi.




R. Be-á-ti mórtu-i, qui in DÓ-mi-no mo-ri-úntur.

Ad Magnificat Antiphona.


Ton. VII. Tr. #.




O-mne * quod dat mi-hi Pa-ter, ad me




vé-ni-et, et e-um, qui ve-nit ad me, non




e-jí-ci-am fo-ras.



Cant. Ma-gní-fi-cat * á-ni-ma me-a DÓ-mi-num.



Et ex-sul-tá-vit spí-ri-tus me-us * in



De-o sa-lu-tá-ri me-o.

Quia respéxit humilitátem ancillæ suæ: * ecce enim ex hoc beátam me dicent omnes generatiónes.

Quia fecit mihi magna qui potens est: * et sanctum nomen ejus.

Et misericórdia ejus a progénie in progénies * timéntibus eum.

Fecit poténtiam in bráchio suo: * dispérsit supérbos mente cordis sui.

Depósuit poténtes de sede, * et exaltávit húmiles.

Esuriéntes implévit bonis, * et dívites dimísit inánes.


Suscépit Israél púerum suum, * recordátus misericórdiæ suæ.

Sicut locúsus est ad patres nostros, * Abraham et sémini ejus in sácula.


Réquiem ætérnam * dona eis Dómine.

Et lux perpétua * líceat eis.


Antiphona.



O - mne quod dat mi - hi Pa - ter, ad me



vé - ni - et: et e - um qui ve - nit ad me, non



e - jí - ci - am fo - ras.

2. Preces infrascriptæ dicuntur flexis genibus, similiter et ad Laudes.

Pater noster. *secreto.*

V. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

R. Sed libera nos a malo.

Sequens Psalmus Lauda ánima mea. in Vesperis, similiter et Psalmus De profúndis. (pag. 157) in fine Laudum, non dicitur in die Commemorationis omnium fidelium Defunctorum, neque in die obitus, seu depositionis Defuncti: alias semper dicuntur.

Psalmus 145.

Lauda ánima mea Dóminum: laudábo Dóminum in vita mea: * psallam Deo meo quámdiu fúero.

Nolíte confídere in princí-

pibus: * in flliis hóminum, in quibus non est salus.

Exíbit spíritus ejus, et revertétur in terram suam: * in illa die períbunt omnes cogitatiónes eórum.

Beátus, cujus Deus Jacob adjútor ejus, spes ejus in Dómino Deo ipsíus: * qui fecit cœlum et terram, mare, et ómnia, quæ in eis sunt.

Qui custódit veritátem in sæculum, facit judícium injúriam patiéntibus: * dat escam esuriéntibus.

Dóminus solvit compeditos:
* Dóminus illúminat cæcos.

Dóminus érigit elisos, * Dóminus díligit justos.

Dóminus custódit ádvenas, pupíllum, et víduam suscipiet: * et vias peccatórum dispédet.

Regnábít Dóminus in sæcula, Deus tuus Sion, * in generatiónem et generatiónem.

Réquiem ætérrnam.

℣. A porta ínferi.

℞. Erue Dómine ánimas eórum (ánimam ejus).

℣. Requiéscant (Requiéscat) in pace.

℞. Amen.

℣. Dómine exaúdi oratióem meam.

℞. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíscum.

℞. Et cum spírítu tuo.

3. In die depositionis Defuncti. Oratio.

Absólve, quæsumus Dómine, ánimam fámuli tui **N.** (vel fámulæ tuæ **N.**), ut defúnctus (vel defúncta) sæculo tibi vivat: et quæ per fragilitátem carnis humana conversatióne commísit, tu vénia misericordíssimæ pietátis abstérge. Per Christum Dóminum nostrum. ℞. Amen.

Vel Oratio.

Deus, cui próprium est miseréri semper et párcere, te súpplices exorámus pro ánima fámuli tui **N.** (vel fámulæ tuæ **N.**), quam hódie de hoc sæculo migráre jussísti: ut non tradas eam in manus inimíci, neque obliviscáris in finem; sed júbeas eam a sanctis Angelis súscipi, et ad pátriam paradísi perdúci; ut quia in te sperávit et crédidit, non pœnas inférni sustíneat, sed gáudia ætérrna possídeat. Per Christum Dóminum nostrum. ℞. Amen.

4. In die tertio, septimo, et trigesimo depositionis
Defuncti. Oratio.

Quæsumus Dómine, ut ánimæ fámuli tui **N.** (vel fámulæ tuæ **N.**), cujus depositionis diem tertium (vel séptimum, vel trigésimum) commemorámus, Sanctórum atque Electórum tuórum largiri dignéris consórtium; et rorem misericórdiæ tuæ perénnem infúdas. Per Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

In Anniversario. Oratio.

Deus indulgentiárum Dómine: da ánimæ fámuli tui **N.** (vel fámulæ tuæ **N.**), (vel animábus famulórum, famularúmque tuárum), cujus (vel quorum) anniversárium depositionis diem commemorámus, refrigerií sedem, quiétis beatitúdinem, et lúminis claritátem. Per Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

ALIÆ ORATIONES DIVERSÆ PRO DEFUNCTIS.

Pro summo Pontifice defuncto. Oratio.

Deus, qui inter summos Sacerdótes fámulum tuum **N.** ineffábili tua dispositióne connumerári voluísti: præsta, quæsumus; ut qui unigéniti Fílii tui vices in terris gerébat, sanctórum tuórum Pontificum consórtio perpétuo aggregétur. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

Pro defuncto Episcopo. Oratio.

Deus, qui inter apostólicos Sacerdótes fámulum tuum **N.** pontificáli fecísti dignitáte vigére: præsta, quæsumus; ut eórum quoque perpétuo aggregétur consórtio. Per Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

Si fuerint plures, dicitur in numero plurali.

Pro Episcopo Cardinali defuncto, dicatur: fámulum tuum **N.** Episcopum Cardinálem, pontificáli fecísti dignitáte, etc.

Pro Presbytero Cardinali, dicatur: fámulum tuum **N.** Presbýterum Cardinále, sacerdotáli, etc.

Pro Diacono autem Cardinali, dicatur Oratio: Inclína, Dómine, etc. quæ habetur paulo infra; hoc modo: ut ánimam fámuli tui **N.** Diáconi Cardinális, quam de hoc sæculo, etc.

Pro defuncto Sacerdote. Oratio.

Deus, qui inter apostólicos Sacerdótes fámulum tuum **N.** sacerdotáli fecísti dignitáte vigére: præsta, quæsumus; ut eórum quoque perpétuo aggregétur consórtio. Per Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

Vel Oratio.

Præsta, quæsumus Dómine: ut ánima fámuli tui **N.** Sacerdótis, quem in hoc sæculo commorántem, sacris munéribus decorásti, in cœlésti sede gloriósa semper exsúltet. Per Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

Pro uno defuncto. Oratio.

Inclína Dómine aurem tuam ad preces nostras, quibus misericórdiam tuam súpplices deprecámur: ut ánimam fámuli tui **N.**, quam de hoc sæculo migráre jussísti, in pacis ac lucis regióne constítuas, et Sanctórum tuórum júbeas esse consórtem. Per Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

Pro una defuncta. Oratio.

Quæsumus Dómine pro tua pietáte miserére ánimæ fámulæ tuæ **N.**: et a contágiis mortalitátis exútam, in æternæ salvatiónis partem restítue. Per Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

Pro defunctis fratribus, propinquis, et benefactoribus. Oratio.

Deus, véniæ largítor et humánæ salútis amátor: quæsumus cleméntiam tuam; ut nostræ congregatiónis fratres, propínquos et benefactóres, qui ex

hoc sæculo transiérunt, beáta María semper Vírgine intercedénte cum ómnibus Sanctis tuis, ad perpétuæ beatitúdinis consórtium pervenire concédas. Per Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

Pro Fidelibus defunctis generalis Oratio.


Fidélium Deus ómnium cónditor et redémptor, animabus famulórum famularúmque tuárum remissionem cunctórum tríbue peccatórum: ut indulgéntiam quam semper optavérunt, piis supplicatióibus consequántur: Qui vivis et regnas in sæcula sæculórum. **R.** Amen.


Ps. Réquiem ætérnam dona eis Dómine.	} semper in Plurali.
R. Et lux perpétua lúceat eis.	
Ps. Requiéscant in pace. R. Amen.	

Ad Matutinum.


Invitatorium.


Ton. VI. Tr. 3 b.



Re-gem, cu - i ómni - a vi-vunt, * Ve-ní-te


ad-o-ré-mus. **Chorus repetit:** Re - gem.

Psalmus 94.


Ve - ní - te, exsul-té-mus Dó-mi-no, ju-bi-lémus


De - o sa-lu-tá-ri no-stro: præ-oc-cu-pé-mus fá-


ci - em e-jus in con-fes-si - ó-ne, et in psal-

mis ju-bi-lé-mus e - i. **Re**-gem.

Quó-ni - am De - us magnus Dó-mi-nus, et Rex

magnus su-per omnes de - os: quó-ni - am non

re-pél-let Dó-mi-nus ple-bem su - am, qui - a

in ma-nu e - jus sunt omnes fi - nes terræ, et

al - ti - tú - di - nes món - ti - um ip - se cón - spi -


cit. **V**e - ní - te.

Quó-ni - am ip - sí - us est ma - re, et ip - se fe - cit


il - lud, et á - ri - dam funda - vé - runt ma - nus

e - jus: ve - ní - te, ad - o - ré - mus, et pro - ci - dá - mus


an - te De - um: plo - ré - mus co - ram Dó - mi - no,




qui fe-cit nos: qui - a ip-se est Dó-mi-nus




De-us no-ster, nos au-tem pó-pu-lus e-jus,




et o-ves pá-scu-æ e-jus. **Re-gem.**




Hó-di-e si vo-cem e-jus au-di-é-ri-tis,




no-lí-te obdu-rá-re cor-da ve-stra, sic-ut in



ex-a-cer-ba-ti-ó-ne se-cún-dum di-em ten-ta-




ti-ó-nis in de-sér-to: u-bi ten-ta-vé-runt me




pa-tres ve-stri, pró-ba-vé-runt et vi-dé-runt











ó-pe-ra me - a. **Ve-ní-te.**



Quadra-gínta an-nis pró-xi-mus fu-i gene-ra-



ti-ó-ni hu-ic, et di-xi: Semper hi er-rant



Hoc Invitatorium dicitur in Exsequiis, etsi unus (i. e. primus) cantetur Nocturnus, alias solummodo, quando tres Nocturni dicuntur.



In I. Nocturno.

Pro Feria secunda et quinta.


1. Antiphona.

Ton. VII. Tr. #.





Ps. 5. Ver-ba me-a áu-ri-bus pér-ci-pe Dó-mi-



Inténde voci oratiónis meæ,
* Rex meus et Deus meus.

Quóniam ad te orábo: *
Dómine mane exaúdiēs vo-
cem meam.

Mane astábo tibi et vidébo:
* quóniam non Deus volens
iniquitátem tu es.

Neque habitábit iuxta te
malígnus: * neque perman-
nébunt injústi ante óculos
tuos.

Odísti omnes, qui operántur
iniquitátem: * perdes omnes,
qui loquúntur mendácium.

Virum sánguīnum et doló-
sum abominábitur Dóminus:
* ego autem in multítudine
misericórdiæ tuæ.

Introíbo in domum tuam:
* adorábo ad templum san-
ctum tuum in timóre tuo.

Dómine deduc me in justí-
tia tua: * propter inimícos

meos dírige in conspéctu tuo
viam meam.

Quóniam non est in ore
eórum véritas: * cor eórum
vanum est.

Sepúlchrum patens est gut-
tur eórum, linguis suis do-
lóse agébant, * júdica illos
Deus.


Décidant a cogitatióibus
suis, secúndum multítudinem
impietátum eórum expélle
eos, * quóniam irritavérunt
te Dómine.

Et læténtur omnes, qui spe-
rant in te, * in ætérnum ex-
sultábunt: et habitábis in eis.


Et gloriabúntur in te om-
nes, qui díligunt nomen tu-
um, * quóniam tu benedíces
justo.

Dómine, ut scuto bonæ vo-
luntátis tuæ * coronásti nos.
Réquiem ætérnam.

1. Antiphona.




Dí - ri-ge Dó-mi-ne De - us me-us in con-




spé-ctu tu-o vi-am me-am.

2. Antiphona.


Ton. VIII. Tr. 2 ♭.




Convér-te-re Dó-mi-ne, * et é-ri-pe á-ni-mam




me - am: quó-ni - am non est in mor-te, qui



me-mor sit tu - i.



Ps. 6. Dó-mi-ne, ne in fu-ró-re tu-o ár-gu-as



me, * neque in i-ra tu-a cor-rí-pi-as me.

Miserére mei Dómine quóniam infirmus sum: * sana me Dómine quóniam conturbáta sunt ossa mea.

Et ánima mea turbáta est valde: * sed tu Dómine úsquequo?

Convértere Dómine, et éripe ánimam meam: * salvum me fac propter misericórdiam tuam.

Quóniam non est in morte qui memor sit tui: * in inférno autem quis confitébitur tibi?

Laborávi in gémitu meo, lavábo per síngulas noctes

lectum meum: * lácrimis meis stratum meum rigábo.

Turbátus est a furóre óculus meus: * inveterávi inter omnes inimícos meos.

Discédite a me omnes, qui operámini iniquitátem: * quóniam exaudivit Dóminus vocem fletus mei.

Exaudivit Dóminus deprecationem meam, * Dóminus orationem meam suscepit.

Erubéscant, et conturbéntur veheménter omnes inimíci mei: * convertántur et erubéscant valde velóciter.

Réquiem ætérnam.


2. Antiphona.



Con-vér-te-re Dó-mi-ne, et é-ri-pe á-ni-mam
me - am: quó-ni - am non est in mor-te, qui
me-mor sit tu - i.

3. Antiphona.

Ton. VIII. Tr. 2 ♭.



Nequándo * rápi-at ut le-o á-ni-mam me - am,
dum non est qui ré-di-mat, neque qui sal-vum
fá-ci-at. Ps. 7. Dó-mi-ne De-us me-us in te
spe-rá-vi: * sal-vum me fac ex ómni-bus per-se-
quén-ti-bus me et lí-be-ra me.

Nequándo rápiat ut leo áni-
mam meam, * dum non est
qui rédimat, neque qui sal-
vum fáciat.

Dómine Deus meus, si feci
istud, * si est iniquitas in má-
nibus meis:

Si réddidi retribuéntibus

mihi mala, * décidam mérito
ab inimícis meis inánis.

Persequátur inimícus áni-
mam meam, et comprehéndat,
et concúlcet in terra vitam
meam, * et glóriam meam in
púlverem dedúcat.

Exsúrge Dómine in ira tua:

* et exaltáre in fínibus inimicórum meórum.

Et exsúrge Dómine Deus meus in præcépto quod mandásti: * et synagóga populórum circúmdabit te.

Et propter hanc in altum regrédere: * Dóminus júdicat pópulos.

Júdice me Dómine secúndum justítiam meam, * et secúndum innocéntiam meam super me.

Consumétur nequítia peccatórum, et díriges justum, * scrutans corda et renes Deus.

Justum adjutórium meum a Dómino, * qui salvos facit rectos corde.

Deus judex justus, fortis, et pátiens: * numquid iráscitur per singulos dies?

Nisi convérsi fuéritis, gládium suum vibrábit: * arcum suum teténdit, et parávit illum.

Et in eo parávit vasa mortis, * sagíttas suas ardéntibus effécit.

Ecce partúriit injustítiam: * concépit dolórem, et péperit iniquitátem.


Lacum apéruit, et effódit eum: * et incidit in fóveam, quam fecit.

Convertétur dolor ejus in caput ejus: * et in vérticem ipsíus iniquitas ejus descéndet.


Confitébor Dómino secúndum justítiam ejus: * et psallam nómini Dómini altíssimi.

Réquiem ætérrnam.


3. Antiphona.




Ne-quán-do rá-pi-at ut le-o á-ni-mam me-am,




dum non est qui réd-imat, ne-que qui sal-



vum fá-ci-at.



¶. A por-ta ín-fe-ri. R. E-ru-e Dó-mi-ne



á-ni-mas e-ó-rum. Pater noster. totum secreto.

Lectiones leguntur sine Absolutione, Benedictione et Titulo.


Lectio I.

Job 7. d.


Parce mihi Dómine: nihil enim sunt dies mei. Quid est homo, quia magnificas eum? aut quid appónis erga eum cor tuum? Vísitas eum dilúculo, et súbito probas illum. Usquequo non parcis mihi, nec dimíttis me, ut glútiam salívam meam? Peccávi, quid fáciam tibi, o custos hóminum? quare posuísti me contrárium tibi, et factus sum mihimetipsi gravis? Cur non tollis peccátum meum, et quare non aufers iniquitátem meam? ecce nunc in púlvere dór-miam: et si mane me quæsíeris, non subsístam.

Lectiones terminantur sine Tu autem. vel alia conclusione.


Ton. VIII. Tr. 2 ♭.




R. Cre-do quod Red-émptor me - us




vi - vit, et in no-vís-si-mo di - - e




de ter-ra sur-re-ctú-rus sum: * Et in




car-ne me - a vi-dé - bo De - um




Sal-va - tó - rem me - um. **Ψ.** Quem



vi-sú-rus sum e - go ip-se, et non



á - li - us: et ó-cu-li me - i con - spe -



Lectio II.

Job 10.

Tædet ánimam meam vitæ meæ, dimittam advérsum me elóquium meum, loquar in amaritúdine ánimæ meæ. Dicam Deo: Noli me condemnáre: indica mihi, cur me ita júdices. Numquid bonum tibi vidétur, si calumniéris me, et ópprimas me opus mánuum tuárum, et consílium impiórum ádjuves? Numquid óculi cárnei tibi sunt: aut sicut videt homo, et tu vidébis? Numquid sicut dies hóminis dies tui, et anni tui sicut humána sunt témpora, ut quæras iniquitátem meam, et peccátum meum scrutéris? Et scias, quia nihil ímpium fécerim, cum sit nemo qui de manu tua possit erúere.

Ton. IV. Tr. 2 #

R. Qui Lá-za-rum re-sus-ci-tá - sti a mo-
 numén - to fœ - ti - dum: * Tu e - is Dó -
 mi-ne do-na ré - qui - em, et lo-cum indul -
 gén - ti - æ. ¶ Qui ven-tú - rus es
 ju-di-cá - re vi - vos et mór - tu - os, et sæ -
 cu-lum per i - gnem. Tu e - is. ut supra.

Lectio III.

Job 10. b.

Manus tuæ fecerunt me, et plasmaverunt me totum in circuitu: et sic repente præcipitas me? Meménto quæso quod sicut lutum féceris me, et in pulverem redúces me. Nonne sicut lac mulsísti me, et sicut cáseum me coagulásti? Pelle et cárnibus vestísti me: óssibus et nervis compegísti me: Vitam et misericórdiam tribuísti mihi, et visitátio tua custodívit spíritum meum.

Ton. VIII. Tr. 2 ♭.

R. Dó-mi-ne, quan-do vé-ne-ris ju-di-cá-re ter-ram, u-bi me abs-cón-dam a vul-tu i-ræ tu-æ? *

Qui-a pec-cá-vi ni-mis in vi-ta me-a. **V.** Com-mís-sa me-a pa-vé-sco, et ante te e-ru-bé-sco: dum vé-ne-ris ju-di-cá-re, no-li me con-de-mná-re. **Qui-a.**

V. Ré-qui - em æ - tér - nam do - na e - is
 Dó - mi - ne: et lux per - pé - tu - a lú - -
 ce - at e - - is. Qui - a.

In II. Nocturno.

Pro Feria tertia et sexta.

1. Antiphona.

Ton. VIII. Tr. 2 ♭.

In lo - co pá - scu - æ * i - bi me collo - cá - vit.

Ps. 22. Dó - mi - nus re - git me, et ni - hil mi - hi
 dé - e - rit: * in lo - co pá - scu - æ i - bi me
 col - lo - cá - vit.

Super aquam refectiónis educávit me: * ánimam meam convértit.

Dedúxit me super sémitas justítiae, * propter nomen suum.

Nam, et si ambulávero in médio umbræ mortis, non timébo mala: * quóniam tu mecum es.

Virga tua, et báculus tuus: * ipsa me consoláta sunt.

Parásti in conspéctu meo mensam, * advérsus eos, qui tribulant me.

Impinguásti in óleo caput meum: * et calix meus inébríans quam præclárus est!

Et misericórdia tua subse-

quétur me * ómnibus diébus
vitæ meæ:

Et ut inhábitem in domo

Dómini, * in longitúdinem
diérum.

Réquiem ætérnam.


1. Antiphona.




In lo-co pá-scu - æ i - bi me collo-cá-vit.

2. Antiphona.


Ton. VIII. Tr. 2 ♭.




De-lí-cta * ju-ventú-tis me - æ, et igno-rán-ti-



as me - as ne me-mí-ne-ris Dó-mi-ne.



Ps. 24. Ad te Dómi-ne le-vá-vi á-ni-mam me - am: *



De - us me - us in te confi-do, non e - ru - bé - scam.

Neque irrídeant me inimíci
mei: * étenim univérsi, qui sústinent te, non confundéntur.

Confundántur omnes iníqua
agéntes * supervácue.

Vias tuas Dómine demónstra
mihi: * et sémitas tuas édoce me.

Dírige me in veritáte tua,
et doce me: * quia tu es Deus salvátor
meus, et te sustínui tota die.

Reminíscere miseratiónum
tuárum Dómine, * et misericordiárum
tuárum, quæ a sáculo sunt.

Delícta juventútis meæ, *

et ignorántias meas ne memíneris.

Secúndum misericórdiam
tuam meménto mei tu: * propter
bonitátem tuam Dómine.

Dulcis et rectus Dóminus:
* propter hoc legem dabit delinquéntibus
in via.

Díriget mansuétos in iudí-
cio: * docébit mites vias suas.

Univérsæ viæ Dómini, mi-
sericórdia et véritas, * requiréntibus
testaméntum ejus et testimónia ejus.

Propter nomen tuum Dó-
mine propitiáberis peccáto
meo: * multum est enim.

Quis est homo qui timet
Dóminum? * legem státuit ei
in via, quam elégit.

Anima ejus in bonis demo-
rábitur: * et semen ejus hæ-
reditábit terram.

Firmaméntum est Dóminus
timéntibus eum: * et testa-
méntum ipsíus, ut manifestétur
illis.

Oculi mei semper ad Dó-
minum: * quóniam ipse evél-
let de láqueo pedes meos.

Réspice in me, et miserére
mei: * quia únicus et pauper
sum ego.

Tribulatiónes cordis mei

multiplicátæ sunt: * de ne-
cessitatibus meis érué me.

Vide humilitátem meam, et
labórem meum: * et dimítte
univérsta delícta mea.


Réspice inimícos meos, quó-
niam multiplicáti sunt, * et
ódio iníquo odérunt me.


Custódi ánimam meam, et
érué me: * non erubéscam,
quóniam sperávi in te.

Innocéntes et recti adhæ-
sérunt mihi: * quia sustí-
nuí te.

Líbera, Deus, Israël, * ex
ómnibus tribulatió nibus suis.
Réquiem ætérnam.


2. Antiphona.



De-lí-cta ju-ventú-tis me - æ, et igno-ránti - as



me - as ne me-mí-ne-ris Dó-mi-ne.

3. Antiphona.

Ton. IV. Tr. 2 #.


Cre-do vi-dé-re * bo-na Dó-mi-ni in ter-ra


vi - vén - ti - um.


Ps. 26. Dó-mi-nus il-lu-mi-ná-ti-o me-a, et sa-


lus me-a, * quem ti-mé-bo?

Dóminus protéctor vitæ meæ, * a quo trepidábo?

Dum apprópíant super me nocéntes, * ut edant carnes meas.

Qui tríbulant me inimíci mei, * ipsi infirmáti sunt, et cecidérunt.

Si consístant advérsum me castra, * non timébit cor meum.

Si exsúrgat advérsum me prælium, * in hoc ego sperábo.

Unam pétii a Dómino, hanc requíram, * ut inhábitem in domo Dómini ómnibus diébus vitæ meæ:

Ut vídeam voluptátem Dómini, * et vísitem templum ejus.

Quóniam abscondit me in tabernáculo suo: * in die malórum protéxit me in abscondito tabernáculo sui.

In petra exaltávit me: * et nunc exaltávit caput meum super inimícos meos.

Circuívi, et immolávi in tabernáculo ejus hóstiam vociferatiónis: * cantábo, et psallum dicam Dómino.

Exaúdi Dómine vocem meam, qua clamávi ad te: * miserére mei, et exaúdi me.

Tibi dixit cor meum, exquisívit te fácies mea: * fáciem tuam Dómine requíram.

Ne avértas fáciem tuam a me: * ne declínes in ira a servo tuo.

Adjutor meus esto: * ne derelínquas me, neque despicias me Deus salutáris meus.

Quóniam pater meus, et mater mea dereliquerunt me: * Dóminus autem assúpsit me.

Legem pone mihi Dómine in via tua: * et dirige me in sémitam rectam propter inimícos meos.


Ne tradíderis me in ánimas tribulántium me: * quóniam insurrexérunt in me testes iníqui, et mentíta est iníquitas sibi.

Credo vidére bona Dómini * in terra vivéntium.


Exspécta Dóminum, viríliter age: * et confortétur cor tuum, et sústine Dóminum.

Réquiem ætérnam.


3. Antiphona.




Cre-do vi-dé-re bo-na Dó-mi-ni in terra



vi-vén-ti-um.



V. Cól-lo-cet e - os Dó-mi-nus cum prin-cí-pi-bus.



R. Cum prin-cí-pi-bus pó-pu - li su - i.


Pater noster. *totum secreto.*

Lectio IV.


Job 13. d.

Respónde mihi: Quantas hábeo iniquitátes et peccáta, scélera mea et delícta osténde mihi. Cur fáciem tuam abscondís, et arbitráris me inimícum tuum? Contra fólium, quod vento rápítur, osténdis poténtiam tuam, et stípulam siccam perséqueris: scribis enim contra me amaritúdines, et consúmere me vis peccátis adolescéntiæ meæ. Posuísti in nervo pedem meum, et observásti omnes sémitas meas, et vestígia pedum meórum considerásti: qui quasi putrédo consuméndus sum, et quasi vestiméntum, quod coméditur a tinea.

Ton. II. Tr. b.




R. Me-ménto me - i De - us, qui - a ven-tus




est vi-ta me - a, * Nec aspí - ci - at



me vi-sus hó - mi-nis. **V.** De pro-fún -



dis clamá - vi ad te Dó - mi-ne: Dó - mi-ne ex-



Lectio V.

Job 14.

Homo natus de muliere, brevi vivens tempore, replétur multis misériis. Qui quasi flos egréditur et contéritur, et fugit velut umbra, et numquam in eódem statu pérmanet. Et dignum ducis super hujuscémodi aperíre óculos tuos, et addúcere eum tecum in iudícium? Quis potest fácere mundum de immúndo concéptum sémine? nonne tu, qui solus es? Breves dies hóminis sunt, númerus ménsium ejus apud te est: constituísti términos ejus, qui præteríri non póterunt. Recéde paúlulum ab eo, ut quiéscat, donec optáta véniat, sicut mercenárii dies ejus.

Ton. II. Tr. ♭.

R. Hei mi - hi Dó-mi-ne, qui - a pec - cá - vi
ni - mis in vi - ta me - a: Quid fá - ci - am,
mi - ser? u - bi fú - gi - am, ni - si ad te
De - us me - us? * Mi - se - ré - re me - i,
dum vé - ne - ris in no - ví - si - mo

di - e. **V.** A - ni - ma me - a turbá - ta est
 val - de, sed tu Dó - mi - ne suc - cú - re
 e - i. **Mi - se - ré - re. ut supra.**





Lectio VI.

Job 14. c.

Quis mihi hoc tríbuat, ut in inférno prótegas me, et abscóndas me, donec pertránseat furor tuus, et constítuas mihi tempus, in quo recordéris mei? Putásne mórtuus homo rursus vivat? Cunctis diébus, quibus nunc milito, exspécto, donec véniat im - mutátio mea. Vocábis me, et ego respondébo tibi: óperi mánuum tuárum pórriges délixteram. Tu quidem gressus meos dinumerásti, sed parce peccátis meis.

Ton. VI. Tr. #.

R. Ne re - cor - dé - ris pec - cá - ta me - a
 Dó - - - - mi - ne, * Dum vé - ne - ris ju - di -
 cá - re sæ - cu - lum per i - -
 gnem. **V.** Dí - ri - ge Dó - mi - ne De - us
 me - us in conspé - ctu tu - o vi - am




In III. Nocturno.


Pro Feria Quarta et Sabbato.

1. Antiphona.


Ton. II. Tr. ♭.




Complá - ce - at * ti - bi Dó - mi - ne, ut e - rí - pi - as



me: Dó - mi - ne ad ad - ju - vándum me ré - spi - ce.



Ps. 39. Exspéctans exspectá - vi Dómi - num, * et in -



téndit mi - hi.

Et exaudivit preces meas:
* et eduxit me de lacu mi -
sériae, et de luto fecis.

Et stáuit super petram pe -
des meos: * et diréxit gres -
sus meos.

Et immisit in os meum cán -
ticum novum, * carmen Deo
nostro.

Vidébunt multi et timébunt:
* et sperábunt in Dómino.

Beátus vir, cujus est nomen

Dómini spes ejus: * et non respéxit in vanitátes et insánias falsas.

Multa fecísti tu Dómine Deus meus mirabília tua: * et cogitatióibus tuis non est qui símilis sit tibi.

Annuntiávi et locútus sum: * multiplicáti sunt super número.

Sacrificiúm et oblatiõem noluísti: * aures autem perfecísti mihi.

Holocaústum et pro peccáto non postulásti: * tunc dixi: Ecce vénio.

In cápite libri scriptum est de me, ut fácerem voluntátem tuam: * Deus meus vólui, et legem tuam in médio cordis mei.

Annuntiávi justítiam tuam in ecclésia magna, * ecce lábia mea non prohibébo: Dómine tu scisti.

Justítiam tuam non abscondi in corde meo: * veritátem tuam et salutáre tuum dixi.

Non abscondi misericórdiam tuam, et veritátem tuam * a concílio multo.

Tu autem, Dómine, ne longe fácias miseratiónes tuas a me: * misericórdia tua et

véritas tua semper suscepérunt me.

Quóniam circumdedérunt me mala, quorum non est número: * comprehendérunt me iniquitátes meæ, et non pótui ut vidérem.

Multiplicátæ sunt super cápillos cápitis mei: * et cor meum dereliquit me.

Compláceat tibi, Dómine, ut éruas me: * Dómine, ad adjuvándum me réspice.

Confundántur et revereántur simul, qui quærunt ánimam meam, * ut aúferant eam.

Convertántur retrórsum, et revereántur, * qui volunt mihi mala.

Ferant conféstim confusiõem suam, * qui dicunt mihi: Euge, euge.

Exsúltent, et læténtur super te omnes quæréntes te: * et dicant semper: Magnificétur Dóminus: qui díligunt salutáre tuum.

Ego autem mendícus sum, et pauper: * Dóminus sollícitus est mei.


Adjútor meus, et protéctor meus tu es: * Deus meus, ne tardáveris.

Réquiem ætérnam.

1. Antiphona.








Complá-ce-at ti-bi Dómi-ne, ut e-rí-pi-as me:



2. Antiphona.

Ton. II. Tr. b.



Dóminus consérvet eum, et vivíficet eum, et beátum fáciat eum in terra: * et non tradat eum in ánimam inimicórum ejus.

Dóminus opem ferat illi super lectum dolóris ejus: * univérsum stratum ejus versásti in infirmitáte ejus.

Ego dixi: Dómine miserére mei: * sana ánimam meam, quia peccávi tibi.

Inimíci mei dixerunt mala mihi: * Quando moriétur, et períbit nomen ejus?

Et si ingrediebátur, ut vidéret, vana loquebátur, * cor

ejus congregávit iniquitátem sibi.

Egrediebátur foras, * et loquebátur in idípsum.

Advérsum me susurrábant omnes inimíci mei: * advérsum me cogitábant mala mihi.

Verbum iníquum constituérunt advérsum me: * Numquid qui dormit non adjíciet, ut resúrgat?

Etenim homo pacis meæ, in quo sperávi: * qui edébat panes meos, magnificávit super me supplantatiónem.

Tu autem Dómine miserére

mei, et resúscita me: * et re-
tríbuam eis.

In hoc cognóvi, quóniam
voluísti me: * quóniam non
gaudébit inimícus meus su-
per me.


Me autem propter innocén-

tiam suscepísti: * et confir-
másti me in conspéctu tuo in
aetérnum.


Benedíctus Dóminus Deus
Israël a sáeculo, et usque in
sáeculum: * fiat, fiat.

Réquiem aetérnam.

2. Antiphona.




Sa-na Dó-mi-ne á-ni-mam me - am, qui - a




pec-cá - vi ti - bi.

3. Antiphona.


Ton. VIII. Tr. 2 ♭.




Si-tí - vit * á-ni-ma me - a ad De - um vi - vum:




quando vé - ni - am, et appa - ré - bo an - te fá - ci -



em Dómi - ni? **Ps. 41.** Quemád - modum de - sí - de - rat



cervus ad fon - tes a - quá - rum: * i - ta de - sí - de -



rat á - ni - ma me - a ad te De - us.

Sitívit ánima mea ad Deum
fortem, vivum: * quando vé-
niam, et apparebo ante fá-
ciem Dei?

Fuérunt mihi lácrimæ meæ

panes die ac nocte: * dum
dícitur mihi quotidie: Ubi est
Deus tuus?

Hæc recordátus sum, et
effúdi in me ánimam meam:

* quóniam transíbo in locum tabernáculi admirábilis, usque ad domum Dei.

In voce exsultatiónis, et confessiónis: * sonus epulántis.

Quare tristis es ánima mea? * et quare contúrbas me?

Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor illi: * salutáre vultus mei, et Deus meus.

Ad meípsum ánima mea conturbáta est: * proptérea memor ero tui de terra Jordánis, et Hermóniim a monte mó dico.

Abýssus abýssum ínvo cat, * in voce cataractárum tuárum.

Omnia excélsa tua, et fluctus tui * super me transié runt.

In die mandávit Dóminus misericórdiam suam: * et nocte cánticum ejus.

Apud me orátio Deo vitæ meæ, * dicam Deo: Suscéptor meus es.

Quare oblítus es mei? * et quare contristátus incédo, dum affligit me inimícus?


Dum confringúntur ossa mea, * exprobravérunt mihi, qui tríbulant me inimíci mei.

Dum dicunt mihi per síngulos dies: Ubi est Deus tuus? * quare tristis es ánima mea, et quare contúrbas me?


Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor illi: * salutáre vultus mei, et Deus meus.

Réquiem ætérnam.


3. Antiphona.



Si - tí - vit á - ni - ma me - a ad De - um vi - vum:




quando vé - ni - am, et appa - ré - bo an - te fá -




ci - em Dó - mi - ni.



Y. Ne tra - das bé - sti - is á - ni - mas con - fi - tén - tes



ti - bi. R. Et á - ni - mas páu - pe - rum tu - ó - rum ne



ob-li-vi-sca-ris in fi-nem.


Pater noster. *totum secreto.*

Lectio VII.


Job 17.

Spíritus meus attenuábitur, dies mei breviabúntur, et solum mihi súperest sepúlchrum. Non pec-cávi, et in amaritudínibus moráitur óculus meus. Líbera me Dómine, et pone me juxta te, et cujúsvis manus pugnet contra me. Dies mei transiérunt, cogitátiones meæ dissipátæ sunt, torquéntes cor meum. Noctem vertérunt in diem, et rursus post ténebras spero lucem. Si sustinúero, inférnus domus mea est, et in ténebris stravi léctulum meum. Putrédini dixi: Pater meus es, mater mea, et soror mea, vérmibus. Ubi est ergo nunc præstolátio mea, et patiéntiam meam quis considérat?


Ton. I. Tr. #.




R. Pec-cán-tem me quo-tí-di-e, et non me




pœ-ni-tén - tem, ti-mor mor - tis con-túr-



bat me: * Qui - a in in-férno nulla est red-



émpti - o, mi-se-ré-re me - i De - us,



et sal-va me. **V.** De - us in nó-mi-ne

tu - o sal-vum me fac, et in vir-tú - te
 tu - a lí - be - ra me. **Qui** - a in
 in-fér-no. **ut supra.**

Lectio VIII.

Job 19. c.

Pelli meæ, consúptis cárnibus, adhæsit os meum, et derelicta sunt tantúmmodo lábia circa dentes meos. Miserémini mei, miserémini mei, saltem vos amici mei, quia manus Dómini tétigit me. Quare persequímini me sicut Deus, et cárnibus meis saturámini? Quis mihi tríbuat, ut scribántur sermónes mei? quis mihi det ut exaréntur in libro stylo férreo, et plumbi lámína, vel celte sculpántur in sílice? Scio enim quod Redéptor meus vivit, et in novísimo die de terra surrectúrus sum: et rursum circúmdabor pelle mea, et in carne mea vidébo Deum meum. Quem visúrus sum ego ipse, et óculi mei conspectúri sunt, et non álius: repósita est hæc spes mea in sinu meo.

Ton. VIII. Tr. 2 ♭.

R. Dó-mi-ne se-cúndum actum me - um no-li
 me ju-di-cá - re: ni-hil dignum in con-
 spé - ctu tu - o e - gi: íd - e - o dé -

pre - cor ma - je-stá-tem tu - am, *

Ut tu De - us dé - le - as in-i-qui-

tá - tem me - am. *V.* Ampli-us

la-va me Dó-mi-ne ab in-ju-stí - ti - a

me - a, et a de-lí-cto me - - o mun-

da me. Ut tu De - us. *ut supra.*

Lectio IX.

Job 10. d.

Quare de vulva eduxísti me? qui útinam consúmptus essem, ne óculus me vidéret. Fúissem quasi non essem, de útero translátus ad túmulum. Numquid non paúctas diérum meórum finiétur brevi? Dimítte ergo me, ut plangam paúlulum dolórem meum: ántequam vadam et non revértar, ad terram tenebrósam, et opértam mortis calígine: terram mi-sériæ et tenebrárum, ubi umbra mortis, et nullus ordo, sed sempitérnus horror inhábitat.

Ton. I. Tr. #

R. Lí-be-ra me Dó-mi-ne de vi - is in-fér-

ni, qui por-tas æ-re-as con-fre-gí -

sti: et vi - si-tá - sti in-fér-num,

et de-dí-sti e-is lu - men, ut vi-dé-rent

te: * Qui e-rant in pœ-nis te-ne-

brá - - - rum. *℣.* Cla-mán-tes

et di-cén - tes: Adve-ní - sti Red-émptor

no - ster. *Qui e-rant. ut supra.*


℣. Ré-qui - em æ-tér-nam do-na e - is Dó-

mi-ne: et lux per-pé - tu - a lú-ce - at

e - is. *Qui e-rant. ut supra.*

5. Sequens Responsorium dicitur in die Commemorationis omnium Defunctorum, et quando dicuntur pro Defunctis novem Lectiones.

Ton. I. Tr. 2 #



R. Lí-be-ra me Dó-mi-ne de mor-te æ-tér-na in di-e il-la tre-mén-da: *

Quando cœ-li mo-vén-di sunt et ter-ra: * Dum vé - - - ne-ris ju-di-cá - - re sœ - - cu-lum per i - gnem. V. Tre-mens factus sum e-go, et tí-me-o, dum dis-cús-si-o vé-ne-rit, at-que ven-tú-ra i-ra. Rep. Quando cœ-li mo-véndi sunt et ter-ra. V. Di-es il-la, di-es

i - ræ, ca-la-mi-tá-tis et mi-sé-ri-æ,

di-es magna et a-má-ra val-de. **Rep.** Dum

vé - - ne-ris ju-di-cá - - -

re sá - - cu-lum per i - gnem.

Ψ. Ré-qui-em æ-tér-nam do-na e - is Dó - mi-ne:

et lux per-pé-tu-a lú-ce-at e - is.

Lí-be-ra me.

Rep. Líbera me Dómine. **usque ad Ψ.** Tremens.

Ad Laudes.


Absolute incipitur.

1. Antiphona.

Ton. IV. Tr. 2 #.

Ex-sul-tá-bunt Dómi-no * os-sa humi-li-á-ta.

Ps. 50. Mi-se-ré-re me - i De - us * se-cúndum



magnam mi-se-ri-cór-di-am tu-am.

Et secúndum multitudínem miseratiónum tuárum: * dele iniquitátem meam.

Amplius lava me ab iniquitáte mea: * et a peccáto meo munda me.

Quóniam iniquitátem meam ego cognóscó: * et peccátum meum contra me est semper.

Tibi soli peccávi, et malum coram te feci: * ut justificéris in sermónibus tuis, et vincas cum iudicáris.

Ecce enim in iniquitátibus concéptus sum: * et in peccátis concépit me mater mea.

Ecce enim veritátem dilexísti: * incérta et occúlta sapiéntiæ tuæ manifestásti mihi.

Aspérges me hyssópo, et mundábor: * lavábis me, et super nivem dealbábor.

Audítui meo dabis gáudium et lætítiam: * et exsultábunt ossa humiliáta.

Avérte faciém tuam a peccátis meis: * et omnes iniquitátes meas dele.

Cor mundum crea in me

Deus: * et spíritum rectum innova in viscéribus meis.

Ne projicias me a fácie tua: * et Spíritum Sanctum tuum ne aúferas a me.

Redde mihi lætítiam salutáris tui: * et spíritu principiáli confirma me.

Docébo iníquos vias tuas: * et impii ad te converténtur.

Líbera me de sanguínibus, Deus, Deus salutis meæ: * et exsultábit lingua mea justítiam tuam.

Dómine, lábia mea apéries: * et os meum annuntiábit laudem tuam.

Quóniam si voluísset sacrificium, dedíssem útique: * holocaustis non delectáberis.


Sacrificium Deo spíritus contribulátus: * cor contrítum et humiliátum Deus non despícies.

Benigne fac Dómine in bona voluntáte tua Sion: * ut ædificéntur muri Jerúsalem.

Tunc acceptábis sacrificium justítiae, oblatiões, et holocausta: * tunc impónent super altáre tuum vítulos.

Réquiem ætérnam.

1. Antiphona.




Ex-sul-tá-bunt Dómi-no os-sa hu-mi-li-á-ta.

2. Antiphona.


Ton. VIII. Tr. 2 ♭.




Ex-áudi Dó-mi-ne * o-ra-ti-ó-nem me-



am: ad te omnis ca-ro vé-ni-et.



Ps. 64. Te de-cet hymnus De-us in Si-on * et



ti-bi reddé-tur vo-tum in Je-rú-sa-lem.

Exaúdi oratiónem meam:
* ad te omnis caro véniet.

Verba iniquórum præva-
luérunt super nos: * et impi-
pietátibus nostris tu propi-
tiáberis.

Beátus, quem elegísti, et
assumpsísti: * inhabitábit in
átriis tuis.

Replébimur in bonis do-
mus tuæ: * sanctum est tem-
plum tuum, mirábile in æqui-
táte.

Exaúdi nos Deus salutáris
noster: * spes ómnium fínium
terræ, et in mari longe.

Præparans montes in vir-
túte tua, accíntus potén-
tia: * qui contúrbas profún-
dum maris sonum flúctuum
ejus.

Turbabúntur gentes, et ti-
mébunt qui hábitant térmi-
nos a signis tuis: * éxitus

matutíni et véspere delectá-
bis.

Visitásti terram et inebriá-
sti eam: * multiplicásti locu-
pletáre eam.

Flumen Dei replétum est
aquis, parásti cibum illórum:
* quóniam ita est præparatio
ejus.

Rivos ejus inébria, multí-
plica genímína ejus: * in stil-
licídiis ejus lætábitur gérmi-
nans.


Benedíces coronæ anni be-
nignitátis tuæ: * et campi tui
replebúntur ubertáte.

Pinguéscent speciósa de-
sérti: * et exsultatióne colles
accingéntur.


Indúti sunt aríetes óvium,
et valles abundábunt frumén-
to: * clamábunt, étenim hy-
mnum dicent.

Requíem ætérnam.

2. Antiphona.




Ex-áudi Dó-mi-ne o-ra-ti-ó-nem me - am:




ad te omnis ca-ro vé-ni - et.

3. Antiphona.


Ton. V. Tr. 3 ♭.



Me sus-cé - pit * déx-te-ra tu - a Dó-mi-ne.



Ps. 62. De - us De - us me - us * ad te de lu-ce



ví-gi-lo.

Sitívit in te ánima mea, *
quam multipliciter tibi caro
mea.

In terra desérta, et ínvia,
et inaquósa: * sic in sancto
appáruí tibi, ut vidérem vir-
tútem tuam, et glóriam tuam.

Quóniam mélior est mise-
ricórdia tua super vitas: * lá-
bia mea laudábunt te.

Sic benedícam te in vita
mea: * et in nómine tuo le-
vábó manus meas.

Sicut ádipe et pinguédine
repleátur ánima mea: * et
lábiis exsultatiónis laudábit
os meum.

Si memor fui tui super stra-
tum meum, in matutínis me-

ditábó in te: * quia fuísti
adjútor meus.

Et in velaménto alárum
tuárum exsultábo, adhæsit
ánima mea post te: * me sus-
cépit déxtera tua.

Ipsi vero in vanum quæ-
siérunt ánimam meam, intro-
fíbunt in inferióra terræ: *
tradéntur in manus gládii,
partes vúlpium erunt.

Rex vero lætábitur in Deo,
laudabúntur omnes qui ju-
rant in eo: * quia obstrúctum
est os loquéntium iníqua.

(*Psalmus 66.*)

Deus misereátur nostri et
benedícat nobis: * illú-

minet vultum suum super nos, et misereatur nostri.

Ut cognoscamus in terra viam tuam: * in omnibus Géntibus salutare tuum.

Confiteantur tibi pópuli Deus: * confiteantur tibi pópuli omnes.

Lætentur et exsultent Gentes: * quóniam júdicas pópu-


los in æquitáte, et Gentes in terra dírigis.

Confiteantur tibi pópuli Deus, confiteantur tibi pópuli omnes: * terra dedit fructum suum.

Benedícat nos Deus, Deus noster, benedícat nos Deus: * et métuant eum omnes fines terræ.

Réquiem ætérnam.)


3. Antiphona.




Me sus-cé - pit dex-te-ra tu - a Dó-mi-ne.

4. Antiphona.


Ton. I. Tr. 2 #




A por-ta ín - fe-ri * é-ru - e Dó-mi-ne



á-ni-mam me - am.



Cant. Ezech. E-go di-xi in di-mí-di-o di-é-rum



me-ó-rum * va-dam ad por-tas ín-fe-ri.

Quæsiui resíduum annórum meórum: * dixi: Non vidébo Dóminum Deum in terra vivéntium.

Non aspíciam hómínem ultra, * et habitatórem quiétis.

Generátio mea abláta est, et convolúta est a me, * quasi tabernáculum pastórum.

Præcísá est velut a texénte, víta mea: dum adhuc ordírer, succídít me: * de mane usque ad vésperam fínies me.

Sperábam usque ad mane,
* quasi leo sic contrívit ó-
mnia ossa mea:

De mane usque ad véspe-
ram fínies me: * sicut pullus
hirúndinis sic clamábo, me-
ditábor ut colúmba:

Attenuáti sunt óculi mei, *
suspiciéntes in excélsum:

Dómine vim pátiór, re-
spónde pro me. * Quid di-
cam, aut quid respondébit
mihí, cum ipse fécerit?

Recogitábo tibi omnes an-
nos meos * in amaritúdine
ánimæ meæ.

Dómine si sic vívitur, et
in tálibus víta spíritus mei,
corrípies me, et vivificábis

me. * Ecce in pace amari-
túdo mea amaríssima:

Tu autem eruísti ánimam
meam ut non períret: * pro-
jecísti post tergum tuum ó-
mnia peccáta mea.



Quia non inférnus confité-
bitur tibi, neque mors lau-
dábit te: * non exspectábunt,
quí descéndunt in lacum, ve-
ritátem tuam.

Vivens vivens ipse confi-
tébitur tibi, sicut et ego hó-
die: * pater fíliis notam fá-
ciet veritátem tuam.

Dómine salvum me fac, *
et psalmos nostros cantábi-
mus cunctis diébus vítæ no-
stræ in domo Dómini.


Réquiem aetérnam.

4. Antiphona.




5. Antiphona.

Ton. VII. Tr. ♯.



Ps. 148. Lau-dá-te Dó-mi-num de cœ-lis: * lau-



Laudáte eum omnes Angeli ejus: * laudáte eum omnes virtútes ejus.

Laudáte eum sol et luna: * laudáte eum omnes stellæ, et lumen.

Laudáte eum cœli cœlórum: * et aquæ omnes, quæ super cœlos sunt, laudent nomen Dómini.

Quia ipse dixit, et facta sunt: * ipse mandávit, et creata sunt.

Státuit ea in ætérnum, et in sæculum sæculi: * præcéptum pósuit, et non præteríbit.

Laudáte Dóminum de terra, * dracónes, et omnes abyssi.

Ignis, grando, nix, glácies, spíritus procellárum: * quæ faciunt verbum ejus:

Montes, et omnes colles: * ligna fructífera, et omnes cedri.

Béstiæ, et univérsa pécora: * serpéntes, et vólucres pennatæ:

Reges terræ, et omnes pópuli: * príncipes, et omnes júdices terræ.

Júvenes, et vírgines: senes cum junióribus laudent nomen Dómini: * quia exaltátum est nomen ejus solíus.

Conféssio ejus super cœlum, et terram: * et exaltávit cornu pópuli sui.

Hymnus ómnibus sanctis ejus: * fíliis Israël, pópulo appropinquánti sibi.

Psalmus 149.

Cantáte Dómino cánticum novum: * laus ejus in Ecclésia sanctórum.

Lætétur Israël in eo, qui fecit eum: * et filii Sion exsúltent in rege suo.

Laudent nomen ejus in choro: * in týmpano, et psaltério psallant ei.

Quia beneplácitum est Dómino in pópulo suo: * et exaltábit mansuétos in salutem.

Exsultábunt Sancti in glória: * lætabúntur in cubilibus suis.

Exaltatiónes Dei in gútture eórum: * et gládii ancípites in mánibus eórum.

Ad faciéndam vindíctam in natióibus: * increpatiónes in pópulis.

Ad alligándos reges eórum in compédibus: * et nóbiles eórum in mánicis férreis.

Ut faciánt in eis júdicium conscríptum: * glória hæc est ómnibus sanctis ejus.

Psalmus 150.

Laudáte Dóminum in sanctis ejus: * laudáte eum in firmaménto virtútis ejus.

Laudáte eum in virtútibus ejus: * laudáte eum secúndum multitúdinem magnitudinis ejus.

Laudáte eum in sono tubæ: * laudáte eum in psaltério et cíthara.

Laudáte eum in týmpano

et choro: * laudáte eum in chordis et órgano.

Laudáte eum in cýmbalis benesonántibus, laudáte eum


in cýmbalis jubilatiónis: * omnis spíritus laudet Dómi-num.

Réquiem ætérnam.


5. Antiphona.




Omnis spí - ri - tus lau - det Dó - mi - num.



Ψ. Au - dí - vi vo - cem de cœ - lo di - cén - tem mi -




hi. R̄. Be - á - ti mór - tu - i qui in Dó - mi - no




mo - ri - ú - ntur.

Ad Benedictus Antiphona.


Ton. II. Tr. ♮.




E - go sum * re - sur - ré - cti - o, et vi - ta: qui




cre - dit in me, e - ti - ámsi mór - tu - us fú - e -




rit, vi - vet: et o - mnis qui vi - vit, et cre - dit in




me, non mo - ri - é - tur in æ - tér - num.




Cant. Zach. Be - ne - dí - ctus Dó - mi - nus De - us Is - ra -




ël, * qui - a vi - si - tá - vit, et fe - cit red - em -



pti - ó - nem ple - bis su - æ.



Et e - ré - xit cornu sa - lú - tis no - bis: * in domo



Da - vid pú - e - ri su - i.

Sicut locútus est per os
sanctórum, * qui a sæculo
sunt, prophétarum ejus:

Salútem ex inimícis nostris,
* et de manu ómnium qui
odérunt nos:

Ad faciéndam misericórdi-
am cum pátribus nostris: *
et memorári testaménti sui
sancti.

Jusjurándum, quod jurávit
ad Abraham patrem nostrum,
* datúrum se nobis:

Ut sine timóre, de manu
inimicórum nostrórum libe-
ráti, * serviámus illi.

In sanctitáte et justítia co-

ram ipso, * ómnibus diébus
nostris.

Et tu puer, Prophéta Al-
tíssimi vocáberis: * præibis
enim ante fáciem Dómini, pa-
ráre vias ejus:


Ad dandam sciéntiam sa-
lútis plebi ejus: * in remis-
siónem peccatórum eórum:

Per víscera misericórdiæ
Dei nostri: * in quibus visi-
távit nos, óriens ex alto.


Illumináre his, qui in téne-
bris, et in umbra mortis se-
dent: * ad dirigéndos pedes
nostros in viam pacis.

Réquiem ætérnam.


Antiphona.




E-go sum re - surrecti - o, et vi - ta: qui cre - dit



in me, e - ti - ám - si mór - tu - us fú - e - rit



vi - vet: et o - mnis qui vi - vit, et cre - dit in me,



non mo-ri-é-tur in æ-tér-num. → Str 146

Deinde: Pater noster.

Psalmus De profundis. cum Precibus et Orationibus Officio congruentibus, ut supra in Vesperis, pag. 160.

CAPUT 5.

ORDO EXSEQUIARUM BREVIOR EX USU DIOECESIS CULMENSIS.

Exportatio. Cum corpus defuncti e domo vel statione quadam effertur, via directa ad cœmeterium, Sacerdos accedens ad feretrum aspersione facta dicit vel cantat Antiphonam: Si iniquitates. cum Ps. 129: De profundis., et repetitur Antiph. tota (pag. 142). Deinde procedens intonat Antiphonam: Exsultabunt Dómino. cum Ps. 50: Miserére. et prope sepulchrum repetitur tota Antiph. (pag. 143). Denique sequitur Kýrie eléison. cum ceteris ut pag. 152.

2. *Conductus minor.* Quando autem corpus defuncti jam delatum fuerit usque ad portam cœmeterii, Sacerdos accedens et stans ibi aspergit cadaver aqua benedicta et dicit vel cantat Antiphonam: Si iniquitates. cum Ps. 129: De profundis. et repetitur tota Antiph. (pag. 142). Deinde procedens intonat Antiphonam: Ego sum. cum Cantico: Benedictus. et peragit cetera ut pag. 151.

3. Si denique Sacerdos vocatur *ad aspergendum* („Pokropne“, „Beispregung“) defuncti corpus, quod ad sepulchrum vel alió loco depositum fuerit, penes feretrum consistens dicit vel cantat Antiphonam: Si iniquitates. cum Ps. 129: De profundis. et repetitur tota Antiph. (pag. 142). Denique sequitur Kýrie eléison. cum ceteris ut pag. 152.

CAPUT 6.

DE OFFICIO FACIENDO

IN EXSEQUIIS ABSENTE CORPORE DEFUNCTI
ET IN DIE TERTIO, SEPTIMO, TRIGESIMO ET ANNIVERSARIO.

Si faciendæ sint Exsequiæ absente corpore, eo die, quo bene visum fuerit, in Ecclesia dicatur Officium Mortuorum cum tribus Nocturnis, et Laudibus, et Antiphonis duplicatis, vel saltem unum Nocturnum cum tribus

Lectionibus, et Laudibus, et Missa. Post Missam Celebrans deponit manipulum et planetam, accipit pluviale nigri coloris, et præcedentibus Subdiacono cum cruce, et Clero, et duobus ceroferariis cum luminaribus accensis, et duobus acolythis, uno cum navicula incensi et thuribulo, et altero cum vasculo aquæ benedictæ et aspersorio, et hoc libro Rituali, accedit cum Diacono a sinistris ad locum tumuli, et ibi a circumstante Clero cantatur *R. Libera me Dómine, etc.* ut supra. pag. 147. Interim ministratur incensum, benedicitur, et imponitur in thuribulum.

2. Postea dicitur: *Kýrie eléison. Christe eléison. Kýrie eléison.* Sacerdos dicit: *Pater noster, etc.* et dum secreto dicitur, accipit aspersorium, circuit tumbam aspergens, deinde incensat eodem modo, ut dictum est et prosequitur:

V. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

R. Sed libera nos a malo.

V. A porta ínferi. R. Erue Dómine ánimam ejus.

V. Requiéscat in pace. R. Amen.

V. Dómine exaúdi oratiónem meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum. R. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

Absólve, quæsumus Dómine, ánimam fámuli tui (vel fámulæ tuæ) *N.*, ut defúnctus (vel defúncta) sæculo tibi vivat, et peccáta, quæ per fragilitátem carnis humana conversatióne commísit, tu vénia misericordíssimæ pietátis abstérge. Per Christum Dóminum nostrum. *R. Amen.*

Vel dicatur Oratio, quæ dicta est in Missa, vel alia conveniens.


V. Réquiem ætérnam dona ei Dómine.

R. Et lux perpétua lúceat ei.

V. Requiéscat in pace. R. Amen.

3. Si Officium fuerit pro pluribus defunctis, Oratio et Versus dicantur in plurali numero: si fuerit mulier, in genere feminino: si fuerit Sacerdos, vel Episcopus, in Oratione exprimitur nomen dignitatis, etc.

4. Prædictus autem Officii ritus pro defunctis adultis tam Sacerdotibus et Clericis, quam sæcularibus et laicis, servari debet in Officio sepulturæ in die depositionis, sive in die tertio, septimo, trigesimo, et anniversario.



CAPUT 7.
DE EXSEQUIIS PARVULORUM.



IN primis admonendi sunt Parochi, ut juxta vetustam et laudabilem Ecclesiarum consuetudinem, parvulorum corpuscula non sepeliantur in communibus et promiscuis Cœmeteriorum et Ecclesiarum sepulturis; sed ut pro illis in parochialibus Ecclesiis, aut illarum Cœmeteriis, quatenus commode fieri potest, speciales et separatos ab aliis loculos et sepulturas habeant, seu fieri curent, in quibus non sepeliantur, nisi qui baptizati fuerint infantes, vel pueri, qui ante annos discretionis obierunt.

2. In funere parvulorum ut plurimum non pulsantur campanæ; quod si pulsentur, non sono lugubri, sed potius festivo pulsari debent.

CAPUT 8.
ORDO SEPELIENDI PARVULOS.




Cum igitur infans vel puer baptizatus defunctus fuerit ante usum rationis, induitur juxta ætatem, et imponitur ei corona de floribus, seu de herbis aromaticis, et odoriferis, in signum integritatis carnis et virginitatis; et Parochus superpelliceo et stola alba indutus, et alii de Clero, si adsint, præcedente cruce, quæ sine hasta deferitur, accedunt ad domum defuncti, cum Clerico aspersorium deferente.


Sacerdos aspergit corpus, deinde dicit:

Antiphona.

Ton. II. Tr. 7.



Sit nomen Dómi-ni. Ps. 112. Lau-dá-te pú-e-ri



Dó-mi-num: * lau-dá-te no-men Dó-mi-ni.

Sit nomen Dómini benedíctum, * ex hoc nunc, et usque in sæculum.

A solis ortu usque ad oc-cásum: * laudábile nomen Dómini.

Excélsus super omnes Gen-

tes Dóminus: * et super cœlos glória ejus.

Quis sicut Dóminus Deus noster, qui in altis hábitat, * et humília respicit in cœlo et in terra?


Súscitans a terra ínopem, *

et de stércore érigens paúperem:


Ut cóllocet eum cum princípibus, * cum princípibus pópuli sui.

Qui habitáre facit stérilem

Antiphona.



Sit nomen Dómi-ni be-ne-dí-ctum, ex hoc nunc,




et us-que in sæ-cu-lum.

2. Hic Psalmus cum pausis cantatur ita, ut, si absolveretur, antequam ad Ecclesiam pervenerit funus, possit in vita repeti; ita tamen, ut ad ingressum Ecclesiæ finiatur, subjuncta Antiphona.


3. Cum autem pervenerit ad Ecclesiam, dicatur:

Antiphona.


Ton. VI. Tr. #



Hic ac-cí-pi-et. Ps. 23. Dó-mi-ni est terra



et ple-ni-tú-do e-jus: * or-bis ter-rá-rum, et



u-ni-vér-si qui há-bi-tant in e-o.

Quia ipse super mária fundávit eum: * et super flúmina præparávit eum.

Quis ascéndet in montem Dómini? * aut quis stabit in loco sancto ejus?

Innocens mánibus et mundo

corde, * qui non accépit in vano ánimam suam, nec jurávit in dolo próximo suo.

Hic accípiet benedictiónem a Dómino: * et misericórdiam a Deo salutári suo.

Hæc est generátio quærén-

† In hebdomada majori Psalmi dicuntur sine Glória Patri. S. R. C. 4. Sept. 1745.

tium eum, * quærentium faci-
ciem Dei Jacob.

Attollite portas principes
vestras, et elevamini portæ
æternales: * et introibit Rex
glóriæ.


Quis est iste Rex glóriæ? *
Dóminus fortis et potens: Dó-
minus potens in prælio.

Attollite portas principes
vestras, et elevamini portæ
æternales: * et introibit Rex
glóriæ.


Quis est iste Rex glóriæ? *
Dóminus virtutum ipse est
Rex glóriæ.

Glória Patri.
Sicut erat.


Antiphona.




Hic ac-cí-pi-et be-ne-di-cti-ó-nem a Dómi-no,



et mi-se-ri-cór-di-am a De-o sa-lu-tá-ri



su-o: qui-a hæc est ge-ne-rá-ti-o quæ-rén-



ti - um Dó-mi - num.

4. *Postea dicitur:*

Kýrie eléison. **Christe** eléison. **Kýrie** eléison.
Pater noster. *secreto.*

Interim corpus aspergit.

V. Et ne nos indúcas in tentatió-nem.

R. Sed líbera nos a malo.

V. Me autem propter innocéntiam suscepísti.

R. Et confirmásti me in conspéctu tuo in ætérnum.

V. Dóminus vobíscum. **R.** Et cum spírítu tuo.

Orémus.


Omnípotens et mitíssime Deus, qui ómnibus pár-
vulis renátis fonte Baptísmatis, dum migrant a
sæculo, sine ullis eórum méritis, vitam íllico largís
ætérnam, sicut ánimæ hujus párvuli hódie crédimus

te fecisse: fac nos, quæsumus Dómine, per intercessionem beátæ Mariæ semper Vírginis, et ómnium Sanctórum tuórum, hic purificáti tibi méntibus famulári, et in paradíso cum beátis párvulis perénniter sociári. Per Christum Dóminum nostrum. *R.* Amen.


5. Dum portatur ad tumulum, et etiamsi tunc non portetur, dicitur:

Antiphona.

Ton. IV. Tr. 2 \sharp .



Jú - ve-nes. Ps. 148. Laudá-te Dó-mi-num de



cœ - lis: * lau-dá - te e - um in ex-cél-sis.

Laudáte eum omnes Angeli ejus: * laudáte eum omnes virtútes ejus.

Laudáte eum sol et luna: * laudáte eum omnes stellæ, et lumen.

Laudáte eum cœli cœlórum: * et aquæ omnes, quæ super cœlos sunt, laudent nomen Dómini.

Quia ipse dixit, et facta sunt: * ipse mandávit, et creáta sunt.

Státuit ea in ætérnum, et in sæculum sæculi: * præcéptum pósuit, et non præteríbit.

Laudáte Dóminum de terra, * dracónes, et omnes abyssi.

Ignis, grando, nix, glácies, spíritus procellárum: * quæ faciunt verbum ejus:

Montes, et omnes colles: * ligna fructífera, et omnes cedri.

Béstiæ, et univérsa pécora: * serpéntes, et vólucres penátæ:

Reges terræ, et omnes pópuli: * príncipes, et omnes júdices terræ.

Júvenes, et vírgines: senes cum junióribus laudent nomen Dómini: * quia exaltátum est nomen ejus solus.

Conféssio ejus super cœlum, et terram: * et exaltávit cornu pópuli sui.

Hymnus ómnibus sanctis ejus: * fliis Israël, pópulo appropinquánti sibi.


Glória Patri.

Sicut erat.

Antiphona.



Jú - ve-nes, et vírgi-nes, se-nes cum ju-ni - ó-ri-



bus lau-*dent* no-*men* Dó-*mi*-*ni*.

Kýrie eléison. **Christe** eléison. **Kýrie** eléison.
Pater noster. *secreto*.

Ÿ. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

R. Sed líbera nos a malo.

Ÿ. Sínite párvulos veníre ad me.

R. Tálium est enim regnum cœlórum.

Ÿ. Dóminus vobíscum. **R.** Et cum spírítu tuo.

Orémus.

Omnípotens, sempitérne Deus, sanctæ puritátis amátor, qui ánimam hujus párvuli ad cœlórum regnum hódie misericórditer vocáre dignátus es: dignéris étiam Dómine, ita nobíscum misericórditer ágere, ut méritis tuæ sanctíssimæ passiónis, et intercessióne beátæ Mariæ semper Vírginis, et ómnium Sanctórum tuórum, in eódem regno nos cum ómnibus Sanctis et Eléctis tuis semper fácias congaudére: Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitáte Spírítus Sancti Deus, per ómnia sœcula sœculórum.


R. Amen.

6. Deinde Sacerdos corpus aspergat aqua benedicta et thurificat. Postea pala aliquantulum terræ ter injiciendo dicit:


De terra formásti me Dómine, et carne induísti me, resúscita me in novíssimo die, Redémptor meus, Dómine.

Denique, dum perficitur sepultura, ubi consuetudo est, canitur stando: Ave maris stella. vel congruens cantilena in lingua vernacula.

Ton. I. Tr. 2 #



A-*ve* ma-*ris* stel-*la*, De-*i* ma-*ter* al-*ma*, atque



semper vir-*go*, Fe-*lix* cœ-*li*, fe-*lix* cœ-*li* porta.

Sumens illud Ave
Gabiēlis ore,
Funda nos in pace,
Mutans Evæ, mutans Evæ
nomen.

Solve vincla reis,
Profer lumen cæcis,
Mala nostra pelle,
Bona cuncta, bona cuncta
posce.

Monstra te esse matrem,
Sumat per te preces,
Qui pro nobis natus,
Tulit esse, tulit esse tuus.

Virgo singulâris,
Inter omnes mitis,
Nos culpâs solutos,
Mites fac, et mites fac et castos.

Vitam præsta puram,
Iter para tutum,
Ut vidētes Jesum
Semper collæ-, semper collæ-
témur.

Sit laus Deo Patri,
Summo Christo decus,
Spirítui Sancto,
Tribus honor, tribus honor
unus. Amen.

7. Cum autem a sepultura revertuntur in Ecclesiam, dicatur
Antiphona. Benedícite.

Canticum trium puerorum.

Dan. 3.

Benedícite ómnia ópera
Dómini Dómino: * lau-
dáte et superexaltáte eum in
sæcula.

Benedícite Angeli Dómini
Dómino: * benedícite cœli
Dómino.

Benedícite aquæ omnes,
quæ super cœlos sunt, Dó-
mino: * benedícite omnes vir-
tútes Dómini Dómino.

Benedícite sol, et luna Dó-
mino: * benedícite stellæ cœli
Dómino.

Benedícite omnis imber, et
ros Dño: * benedícite omnes
spíritus Dei Dómino.

Benedícite ignis, et æstus
Dómino: * benedícite frigus,
et æstus Dómino.

Benedícite rores, et pruina
Dómino: * benedícite gelu, et
frigus Dómino.

Benedícite gláciēs, et nives
Dómino: * benedícite noctes,
et dies Dómino.

Benedícite lux, et ténebræ
Dómino: * benedícite fúlgura,
et nubes Dómino:

Benedícat terra Dóminum:
* laudet, et superexáltet eum
in sæcula.

Benedícite montes, et colles
Dómino: * benedícite univér-
sa germinántia in terra Dómino.

Benedícite fontes Dómino:
* benedícite mária, et flúmina
Dómino.

Benedícite cete, et ómnia,
quæ movéntur in aquis, Dó-
mino: * benedícite omnes vó-
lucres cœli Dómino.

Benedícite omnes béstiæ,
et pécora Dómino: * benedí-
cite filii hóminum Dómino.

Benedícat Israël Dóminum:

* laudet et superexáltet eum in sæcula.

Benedícite sacerdótes Dómini Dómino: * benedícite servi Dómini Dómino.

Benedícite spíritus, et ánimæjustórum Dño: * benedícite sancti, et húmiles corde Dño.

Benedícite Ananía, Azaría, Mísaël Dómino: * laudáte et

superexaltáte eum in sæcula.

Benedicámus Patrem et Fílium cum Sancto Spíritu: * laudémus et superexaltémus eum in sæcula.

Benedíctus es Dómine in firmaménto cœli: * et laudábilis, et gloriósus, et superexaltátus in sæcula.

Antiphona. Benedícite Dóminum omnes elécti ejus, ágite dies lætítiæ, et confitémini illi.

Deinde ante Altare dicit Sacerdos:

Ÿ. Dóminus vobíscum. R̄. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Deus, qui miro órdine Angelórum ministéria, hominúmque dispénsas: concéde propítius; ut a quibus tibi ministrántibus in cœlo semper assístitur, ab his in terra vita nostra muniátur. Per Christum Dóminum nostrum. R̄. Amen.


CAPUT 9.

DE SEPULTURA PARVULORUM
NON BAPTIZATORUM.

Pueruli vel Christianorum hominum filii et quicumque alii, ex hac vita sine Baptismo migrantes, in loco sacro sepe-
liri non debent. Estque in iis observandus Canon 35. Concilii I. Braccarensis. Catechumenis sine redemptione Baptismi defunctis, non oblationis sanctæ commemoratio, nec psallendi impendatur officium. Nec tamen sunt illorum corpora insepulta projicienda, more belluarum, sed in loco honesto, propter naturæ humanæ dignitatem, recondenda, quod fiat sine ullis precibus, ac solemnitatibus, a laico, nec quisquam ex Clero, etiam vocatus, profanæ sepulturæ intersit.

Isaac . . . Introduxit eam in

tabernaculum. Gen. 24, 67.



Et apprehendens dexteram

filiae suae . . . Tob. 7, 15.



TITULUS VIII.

CAPUT 1.

DE SACRAMENTO MATRIMONII.

Parochus admonitus de aliquo Matrimonio in sua parochia contrahendo, primum cognoscat ex his ad quos spectat, qui et quales sint, qui Matrimonium contrahere volunt: An inter eos sit aliquod canonicum impedimentum: Utrum sponte, libere et secundum honestatem Sacramenti velint contrahere: Utrum sint in ætate legitima, ut vir saltem quatuordecim, mulier duodecim annos expleverit; et uterque sciat rudimenta fidei, cum ea deinde filios suos docere debeant.

2. Noverit ex probatis auctoribus, quæ sint canonica impedimenta Matrimonii contrahendi, et quæ contractum dirimant; et qui sint gradus consanguinitatis et affinitatis, et item cognationis spiritualis ex Baptismi vel Confirmationis Sacramento contractæ.

3. Habeat in primis ipse bene cognita præcepta illa omnia, quæ in Matrimoniis rite conficiendis servari oportere, sacri Canonis, sancta Synodus Tridentina et præcipue Decretum „Ne temere“ die 2. Augusti 1907 a S. Congr. Concilii editum jusserunt; dabitque operam, ut illa in parochia sua accurate exacteque serventur.

4. Præsertim vero meminerit, Matrimonia inter raptorem et raptam, dum ipsa in raptoris potestate manserit, inita, nec non clandestina, et quælibet Matrimonia, quæ aliter quam præsentem Parocho, vel alio Sacerdote de ipsius Parochi, vel Ordinarii licentia, et duobus, vel tribus testibus contrahuntur, irrita omnino ac nulla esse.

5. Est autem proprius Parochus, qui adesse debet, is, in cujus parochia Matrimonium celebratur, sive viri, sive mulieris.

6. Caveat præterea Parochus, ne facile ad contrahendum Matrimonium admittat vagos ac peregrinos, et qui incertas habent sedes; neque item eos, qui antea conjugati fuerunt, ut sunt uxores militum, vel captivorum, vel aliorum qui peregrinantur; nisi dili-

genter de iis omnibus facta inquisitione, et re ad Ordinarium delata, ab eoque habita ejusmodi Matrimonii celebrandi licentia, quæ gratis concedatur.

7. Antequam Matrimonium contrahatur, ter a proprio contrahentium Parocho continuis diebus festis in Ecclesia intra Missarum solemniam, ad ipsius Concilii præscriptum, publice denuntietur, inter quos Matrimonium sit contrahendum.

8. Si vero vir et mulier parochiæ sint diversæ, in utraque parochia fiant denuntiationes: quibus denuntiationibus factis, si nullum legitimum opponatur impedimentum, ad celebrationem Matrimonii procedatur. Sed si quid obstat, ultra Parochus non procedat.

9. Quod si aliquando probabilis fuerit suspicio, vel alia rationabilis causa subsit, arbitrio Episcopi, Matrimonium malitiose impediri posse, si tot præcesserint denuntiationes, tunc de licentia Ordinarii, vel una tantum fiat denuntiatio, vel saltem Parocho, et duobus, vel tribus testibus præsentibus, Matrimonium celebretur. Deinde ante illius consummationem denuntiationes in Ecclesia fiant: ut, si aliqua subsunt impedimenta, facilius detegantur, nisi aliter Ordinarius ipse expedire judicaverit.

10. Has autem denuntiationes Parochus facere non aggrediat, nisi prius de utriusque contrahentis libero consensu sibi bene constet.

11. Si vero infra duos menses post factas denuntiationes Matrimonium non contrahatur, denuntiationes repetantur, nisi aliter Episcopo videatur.

12. Denuntiationes autem fiant hoc modo. Inter Missarum solemniam Parochus populum admoneat in hanc sententiam vulgari sermone:

Notum sit omnibus hic præsentibus, quod N. vir, et N. mulier, ex tali, vel tali familia, et parochia, Deo adjuvante, intendunt inter se contrahere Matrimonium. Proinde admonemus omnes et singulos, ut si quis noverit aliquod consanguinitatis, vel affinitatis, aut cognationis spiritualis, vel quodvis aliud impedimentum inter eos esse, quod Matrimonium contrahendum invicem impediatur, illud quamprimum nobis denuntiare debeat; et hoc admonemus primo, si fuerit prima; vel secundo, si fuerit secunda; vel tertio, si fuerit tertia denuntiatio.

13. Moneat Parochus conjuges, ut ante benedictionem sacerdotalem in templo suscipiendam, in eadem domo non cohabitent, neque Matrimonium consumment, nec etiam simul maneant, nisi aliquibus propinquis, vel aliis præsentibus; quæ benedictio a nullo alio, quam ab ipso Parocho, seu ab alio Sacerdote de ipsius Parochi, vel Ordinarii licentia, fieri debet.

14. Caveat etiam Parochus, ne quando conjuges in primis nuptiis benedictionem acceperint, eos in secundis benedicat, sive mulier, sive etiam vir ad secundas nuptias transeat. Sed ubi ea

viget consuetudo, ut si mulier nemini umquam nupserit, etiamsi vir aliam uxorem habuerit, nuptiæ benedicantur, ea servanda est. Sed viduæ nuptias non benedicat, etiamsi ejus vir numquam uxorem duxerit.

15. Matrimonium in ecclesia maxime celebrari decet: sed si domi celebratum fuerit præsentem Parocho et testibus, sponsi veniant ad Ecclesiam benedictionem accepturi, et tunc caveat Sacerdos, ne iterum a contrahentibus consensum exigat; sed tantum benedictionem illis conferat, celebrata Missa, ut infra dicitur.

16. Admoneantur præterea conjuges, ut antequam contrahant, sua peccata diligenter confiteantur, et ad Ss. Eucharistiam, atque ad Matrimonii Sacramentum suscipiendum pie accedant; et quomodo in eo recte et christiane conversari debeant, diligenter instruantur ex divina Scriptura, exemplo Tobiae et Saræ, verbisque Angeli Raphaëlis eos edocentis, quam sancte conjuges debeant convivere.

17. Postremo meminerint Parochi, a Dominica prima Adventus usque ad diem Epiphaniæ, et a Feria quarta Cinerum usque ad Octavam Paschæ inclusive, solemnitates nuptiarum prohibitas esse, ut nuptias benedicere, sponsam traducere, nuptialia celebrare convivium. Matrimonium autem omni tempore contrahi potest. Nuptiæ vero qua decet modestia et honestate fiant: sancta enim res est Matrimonium, sancteque tractandum.

CAPUT 2.

DECRETUM

DE SPONSALIBUS ET MATRIMONIO JUSSU ET AUCTORITATE SS. D. N. PII PP. X. A S. CONGREGATIONE CONCILII EDITUM.

Ne temere inirentur clandestina conjugia, quæ Dei Ecclesia justissimis de causis semper detestata est atque prohibuit, provide cavit Tridentinum Concilium, *cap. 1. Sess. XXIV. de reform. matrim.* edicens: „Qui aliter quam præsentem Parocho vel alio Sacerdote de ipsius Parochi seu Ordinarii licentia et duobus vel tribus testibus Matrimonium contrahere attentabunt, eos Sancta Synodus ad sic contrahendum omnino inhabiles reddit, et hujusmodi contractus irritos et nullos esse decernit.“

Sed cum idem Sacrum Concilium præcepisset, ut tale decretum publicaretur in singulis parœciis, nec vim haberet, nisi iis in locis, ubi esset promulgatum; accidit, ut plura loca, in quibus publicatio illa facta non fuit, beneficio tridentinæ legis caruerint, hodieque careant, et hæitationibus atque incommodis veteris disciplinæ adhuc obnoxia maneant.

Verum nec ubi viguit nova lex, sublata est omnis difficultas. Sæpe namque gravis exstitit dubitatio in decernenda persona

Parochi, quo præsentem matrimonium sit contrahendum. Statuit quidem canonica disciplina, proprium Parochum eum intelligi debere, cujus in parœcia domicilium sit, aut quasi-domicilium alterutrius contrahentis. Verum quia nonnunquam difficile est iudicare, certo ne constet de quasi-domicilio, haud pauca matrimonia fuerunt objecta periculo ne nulla essent: multa quoque, sive incitiam hominum sive fraude, illegitima prorsus atque irrita deprehensa sunt.

Hæc dudum deplorata, eo crebrius accidere nostra ætate videmus, quo facilius ac celerius comœtus cum gentibus, etiam disjunctissimis, perficiuntur. Quamobrem sapientibus viris ac doctissimis visum est expedire, ut mutatio aliqua induceretur in iure circa formam celebrandi connubii. Complures etiam sacrorum Antistites omni ex parte terrarum, præsertim e celebrioribus civitatibus, ubi gravior appareret necessitas, supplices ad id preces Apostolicæ Sedi admovent.

Flagitatum simul est ab Episcopis, tum Europæ plerisque, tum aliarum regionum, ut incommodis occurreretur, quæ ex Sponsalibus, idest mutuis promissionibus futuri Matrimonii privatim initis, derivantur. Docuit enim experientia satis, quæ secum pericula ferant ejusmodi Sponsalia: primum quidem incitamenta peccandi causamque cur inexpertæ puellæ decipiantur; postea dissidia ac lites inextricabiles.

His rerum adjunctis permotus SSmus D. N. Pius PP. X. pro ea quam gerit omnium Ecclesiarum sollicitudine, cupiens ad memorata damna et pericula removenda temperatione aliqua uti, commisit S. Congregationi Concilii, ut de hac re videret, et quæ opportuna æstimaret, Sibi proponeret.

Voluit etiam votum audire Consilii ad jus canonicum in unum redigendum constituti, nec non Eñorum Cardinalium, qui pro eodem codice parandò speciali commissione delecti sunt: a quibus, quemadmodum et a S. Congregatione Concilii, conventus in eum finem sæpius habiti sunt. Omnium autem sententiis obtentis, SSmus Dominus S. Congregationi Concilii mandavit, ut decretum ederet, quo leges a Se, ex certa scientia et matura deliberatione probatæ, continerentur, quibus Sponsalium et Matrimonii disciplina in posterum regeretur, eorumque celebratio expedita, certa atque ordinata fieret.

In executionem itaque Apostolici mandati S. Concilii Congregatio præsentibus litteris constituit atque decernit ea quæ sequuntur.

DE SPONSALIBUS.

1. Ea tantum Sponsalia habentur valida et canonicos sortiuntur effectus, quæ contracta fuerint per scripturam subsignatam a partibus et vel a Parocho, aut a loci Ordinario, vel saltem a duobus testibus.

Quod si utraque vel alterutra pars scribere nesciat, id in ipsa scriptura adnotetur; et alius testis addatur, qui cum Parocho, aut loci Ordinario, vel duobus testibus, de quibus supra, scripturam subsignet.

II. Nomine Parochi hic et in sequentibus articulis venit non solum qui legitime præest parœciæ canonice erectæ; sed in regionibus, ubi parœciæ canonice erectæ non sunt, etiam Sacerdos cui in aliquo definito territorio cura animarum legitime commissa est, et Parocho æquiparatur; et in missionibus, ubi territoria necdum perfecte divisa sunt, omnis Sacerdos a missionis Moderatore ad animarum curam in aliqua statione universaliter deputatus.

DE MATRIMONIO.

III. Ea tantum Matrimonia valida sunt, quæ contrahuntur coram Parocho vel loci Ordinario vel Sacerdote ab alterutro delegato, et duobus saltem testibus, juxta tamen regulas in sequentibus articulis expressas, et salvis exceptionibus quæ infra n. VII et VIII ponuntur.

IV. Parochus et loci Ordinarius valide Matrimonio adsistunt,

§ 1. a die tantummodo adeptæ possessionis beneficii vel initi officii, nisi publico decreto nominatim fuerint excommunicati vel ab officio suspensi;

§ 2. intra limites dumtaxat sui territorii: in quo Matrimoniis nedum suorum subditorum, sed etiam non subditorum valide adsistunt;

§ 3. dummodo invitati ac rogati, et neque vi neque metu gravi constricti requirant excipiantque contrahentium consensum.

V. Licite autem adsistunt,

§ 1. constituto sibi legitime de libero statu contrahentium, servatis de jure servandis;

§ 2. constituto insuper de domicilio, vel saltem de menstrua commoratione alterutrius contrahentis in loco Matrimonii;

§ 3. quod si deficiat, ut Parochus et loci Ordinarius licite Matrimonio adsint, indigent licentia Parochi vel Ordinarii proprii alterutrius contrahentis, nisi gravis intercedat necessitas, quæ ab ea excuset.

§ 4. Quoad *vagos*, extra casum necessitatis Parocho ne liceat eorum Matrimoniis adsistere, nisi re ad Ordinarium vel ad Sacerdotem ab eo delegatum delata, licentiam adsistendi impetraverit.

§ 5. In quolibet autem casu pro regula habeatur, ut Matrimonium coram sponsæ Parocho celebretur, nisi aliqua justa causa excuset.

VI. Parochus et loci Ordinarius licentiam concedere possunt alii Sacerdoti determinato ac certo, ut Matrimoniis intra limites sui territorii adsistat.

Delegatus autem, ut valide et licite adsistat, servare tenetur limites mandati, et regulas pro Parocho et loci Ordinario n. IV et V superius statutas.

VII. Imminente mortis periculo, ubi Parochus, vel loci Ordinarius, vel Sacerdos ab alterutro delegatus, haberi nequeat, ad consulendum conscientiae et (si casus ferat) legitimationi prolis, Matrimonium contrahi valide ac licite potest coram quolibet Sacerdote et duobus testibus.

VIII. Si contingat, ut in aliqua regione Parochus locive Ordinarius, aut Sacerdos ab eis delegatus, coram quo Matrimonium celebrari queat, haberi non possit, eaque rerum conditio a mense jam perseveret, Matrimonium valide ac licite iniri potest emissio a sponsis formali consensu coram duobus testibus.

IX. § 1. Celebrato Matrimonio, Parochus, vel qui ejus vices gerit, statim describat in libro matrimoniorum nomina conjugum ac testium, locum et diem celebrati Matrimonii, atque alia, juxta modum in libris ritualibus vel a proprio Ordinario praescriptum; idque licet alius Sacerdos vel a se vel ab Ordinario delegatus Matrimonio adstiterit.

§ 2. Praeterea Parochus in libro quoque baptizatorum adnotet, conjugem tali die in sua parochia Matrimonium contraxisse. Quod si conjux alibi baptizatus fuerit, Matrimonii Parochus notitiam initi contractus ad Parochum baptismi sive per se, sive per curiam episcopalem transmittat, ut Matrimonium in baptismi librum referatur.

§ 3. Quoties Matrimonium ad normam n. VII aut VIII contrahitur, Sacerdos in priori casu, testes in altero, tenentur in solidum cum contrahentibus curare, ut initum conjugium in praescriptis libris quam primum adnotetur.

X. Parochi qui heic hactenus praescripta violaverint, ab Ordinariis pro modo et gravitate culpae puniantur. Et insuper si alicujus Matrimonio adstiterint contra praescriptum § 2 et 3 num. V, emolumenta *stolae* sua ne faciant, sed proprio contrahentium Parocho remittant.

XI. § 1. Statutis superius legibus tenentur omnes in catholica Ecclesia baptizati et ad eam ex haeresi aut schismate conversi (licet sive hi, sive illi ab eadem postea defecerint), quoties inter se Sponsalia vel Matrimonium ineant.

§ 2. Vigent quoque pro iisdem de quibus supra catholicis, si cum acatholicis sive baptizatis, sive non baptizatis, etiam post obtentam dispensationem ab impedimento mixtae religionis vel disparitatis cultus, Sponsalia vel Matrimonium contrahunt; nisi pro aliquo particulari loco aut regione aliter a S. Sede sit statutum.*

* In universo hodierno Imperio Germaniae Matrimonia mixta, quae a catholicis cum haereticis vel schismaticis contrahuntur, graviter sunt manentque prohibita, nisi accedente justa gravique causa canonica, datis integre, formiter,

§ 3. A catholici sive baptizati sive non baptizati, si inter se contrahunt, nullibi ligantur ad catholicam Sponsalium vel Matrimonii formam servandam.

Præsens decretum legitime publicatum et promulgatum habeatur per ejus transmissionem ad locorum Ordinarios: et quæ in eo disposita sunt ubique vim legis habere incipiant a die solemnæ Paschæ Resurrectionis D. N. J. C. proximi anni 1908.

Interim vero omnes locorum Ordinarii curent hoc decretum quamprimum in vulgus edi, et in singulis suarum diœcesum parochialibus ecclesiis explicari, ut ab omnibus rite cognoscatur.

Præsentibus valituris de mandato speciali SSmi D. N. PP. Pii X., contrariis quibuslibet etiam peculiari mentione dignis minime obstantibus.

Datum Romæ die 2. mensis Augusti anni 1907.

† Vincentius Card. Ep. Prænest., *Præfectus*.

C. De Lai, *Secretarius*.

CAPUT 3.

DE EXAMINE SPONSORUM.

Proclamationibus et copulationi debet præmitti examen sponsorum, quod numquam ad ultimos ante copulationem dies differatur.

2. Quantum intersit, ut hoc examen solertia quanta fieri possit maxima instituat, ad oculum patet. Etenim hac speciali desponsatorum interrogatione junctaque instructione pastor animarum

utrimque legitimis cautionibus, per partem catholicam dispensatio super impedimento mixtæ religionis rite fuerit obtenta. Quæ quidem Matrimonia, dispensatione licet impetrata, omnino in facie Ecclesiæ coram Parocho ac duobus tribusve testibus celebranda sunt, adeo ut graver delinquant qui coram ministro acatholico vel coram solo civili magistratu vel alio quolibet modo clandestino contrahunt. Imo si qui catholici in Matrimoniis istis mixtis celebrandis ministri acatholici operam exquirunt vel admittunt, aliud patrant delictum et canonicis censuris subjacent.

Nihilominus Matrimonia mixta in quibusvis Imperii Germanici provinciis et locis, etiam in iis quæ juxta Romanarum Congregationum decisiones vi irritanti capitis *Tametsi* certo hucusque subjecta fuerunt, non servata forma Tridentina jam contracta vel (quod Deus avertat) in posterum contrahenda, dummodo nec aliud obstet canonicum impedimentum, nec sententia nullitatis propter impedimentum clandestinitatis ante diem festum Paschæ hujus anni legitime lata fuerit, et mutuus conjugum consensus usque ad dictam diem perseveraverit, pro validis omnino haberi volumus, idque expresse declaramus, definimus atque decernimus. (Constitutio „*Provida*“ Pii PP. X. 18. Jan. 1906.)

prudens et sancto muneris sui ardore inflammatus primum quidem matrimonii, si quæ subsint, impedimenta quem facillime et certissime investigabit; deinde qualem illi religionis suæ cognitionem sibi comparaverint, comperiet, scilicet defectum scientiæ supplementurus, errores correcturus, præjudicia refutaturus; tertio qua intentione, quo fine, qua casta inter se conversatione et pura conscientia matrimonium a Christo ad sacramenti dignitatem elevatum inire debeant, quæ gravissima conjugalioris, sanctæ thori fidei, mutui ad extremum halitum adjutorii, prolis christiano modo educandæ famulitii debite gerendi officia explenda habeant, et quibus mediis hæc omnia præstare possint, diligenter edocebit; denique etiam quem statum conscientiæ habeant, si non edoctus saltem suspicatus, de necessitate et modo eandem confessione generali antea expiandi atque de methodo vitæ in posterum more hominis vere christiani instituendæ et continuandæ monita saluberrima dabit, vix ullo umquam tempore majori fructu et animo magis docili excipienda.

3. Hæc instructio (quam prorsus piam, brevem, castam, cautam, circumspectam et opportunam esse oportet) non minus quod summa ejus capita quam quod modum respicit, captui, ætati, indigentis ac conditioni personarum rite accommodari debet, adeo ut alia sane ratione cum rudioribus, alia respectu personarum cultioris et nobilioris conditionis agendum sit.

4. Comparentibus sponsis eorumque testibus, egressa ad tempus sponsa cum testibus, interrogat sacerdos sponsum prudenter de impedimentis; ac deinde egresso ad tempus sponso, vocat sponsam, et omni, qua decet, gravitate et modestia similiter interrogat. Præsertim percontetur, an sponsi nullo castitatis voto ligentur, an nupturi fidem alteri jam antea dederint, an exinde impedimentum publicæ honestatis non evenerit, an impedimentum aliquod cognationis (etiam spiritualis) vel affinitatis non intercedat? Debita quoque cum prudentia et verbis modestis advertat ad impedimentum affinitatis ex copula illicita etc. Quibus peractis advocet testes et ex iis similiter quærat, num de aliquo impedimento inter sponso intercedente notitiam habeant.

5. Postea statim vel tempore opportuno peraget parochus sponsæ instructionem debitam cum sponso et sponsa de præcipuis fidei articulis atque præceptis et hic et nunc sponsum sponsamque pro conditione personarum interroget.

6. Subjungat etiam motiva et media, sanctæ matri Ecclesiæ Catholicæ tum fide, tum moribus usque ad ultimum vitæ halitum fideliter adhærendi.

7. Quodsi parochus circa quædam fidei vel morum dogmata sponso invenerit non satis instructos, edoceat illos, sæpius, si opus fuerit, ad se advocans, usque dum certus sit de necessaria ipsorum christianæ religionis cognitione.

8. Denique de ipso sacramento matrimonii caute et caste instruat et adhortetur sponso:

Quem ad finem matrimonium sit a Deo ordinatum, et a Christo Domino ad Sacramenti dignitatem elevatum; qua sancta intentione matrimonium debeat iniri;

Quænam sint officia conjugum mutua, et in specie officia mariti erga uxorem et vicissim;

Quænam officia conjugum qua parentum erga liberos, quorum curam habere obligantur a momento conceptionis respectu corporis et animæ eorum salutis, tempore, quo se ipsos nutrire poterunt, non excluso;

Quænam officia conjugum erga parentes utriusque partis et cognatos;

Quænam officia conjugum erga domesticos quoscumque, erga servos scilicet, ancillas etc.;

Quænam officia erga vicinos.

CAPUT 4.

FORMULA JURAMENTI LIBERTATIS CANONICÆ.

Ja **N. N.** przysięgam Bogu w prawdzie i bez podstępny, że jestem jeszcze wolnym (wolną) i niezonatym (niezameżną) i że żadnym innym przyrzeczeniem małżeńskim nie jestem związanym (związaną) prócz tego, które dałem mojej tu obecnej narzeczonej (które dałam memu tu obecnemu narzeczonemu) i że żadna inna przeszkoda kościelna nie jest mi wiadomą, dla którejby ten nasz związek małżeński był niewa-

Ich **N. N.** schwöre zu Gott in Wahrheit und ohne Arglist, daß ich noch frei und unverheiratet, und mit niemandem ehelich versprochen bin, als mit meiner hier gegenwärtigen Braut (meinem hier gegenwärtigen Bräutigam), und daß mir auch kein anderes kirchliches Hindernis bewußt ist, wegen dessen diese unsere Verheirathung ungültig oder unerlaubt wäre. So wahr mir

żnym albo niedozwolonym. — Tak niech mi Bóg dopomoże i ta Jego święta Ewangelia!

Gott helfe und Sein heiliges Evangelium!

Pronuntiantes ultima verba manus dexteras imponant libro Evangeliorum.

CAPUT 5.

RITUS CELEBRANDI MATRIMONII SACRAMENTUM.

Prochus Matrimonium celebraturus, superpelliceo et stola alba in Ecclesia indutus coram tribus aut duobus testibus, virum et mulierem, quos parentum vel propinquorum suorum præsentia cohonestari decet, moneat de dignitate ac fructu hujus Sacramenti, ac de Officiis Conjugum, idque breviter et cum facilitate sermonis et ad ædificationem audientium. Utatur his vel similibus verbis:

Najmilsi w Panu!

Obecna tutaj para narzeczonych przyjąć pragnie podług ustaw Kościoła katolickiego św. Sakrament Małżeństwa.

Małżeństwo nie jest urządzeniem ludzkim, lecz pochodzi od samego Boga; już bowiem w raju ustanowił Pan Bóg, Stwórca i Ojciec nasz, związek małżeński między mężem i niewiastą. „Nie dobrze być człowiekowi samemu“ (I Mojż. 2, 18), tak rzekłszy Pan Bóg dał Adamowi pomocnicę z własnego jego ciała. Lecz stan mał-

Geliebte im Herrn!

Das hier gegenwärtige Brautpaar begehrt nach der Ordnung der katholischen Kirche das heilige Sakrament der Ehe zu empfangen.

Die Ehe ist keine von Menschen, sondern eine von Gott selbst getroffene Einrichtung; denn schon im Paradiese hat der Schöpfer und Vater der Menschen die eheliche Verbindung zwischen Mann und Frau eingesetzt. „Es ist nicht gut für den Menschen, daß er allein sei“ (I. Mos. 2, 18), so sprach er und gab dem Manne aus dessen eigenem Fleische eine Gehilfin. Dieser

żeński, przez Boga samego ustanowiony, miał w Kościele Chrystusowym otrzymać jeszcze większą zacność i godność. Chrystus Pan bowiem podniósł Małżeństwo do rzędu sakramentów świętych. Dlatego też wypowiada apostoł św. Paweł, kiedy mówi o małżeństwie, te wzniosłe i ważne słowa: „Sakrament to wielki jest, a ja mówię w Chrystusie i w Kościele“ (Ef. 5, 32).

Ażeby więc, kochani narzeczeni, ten wasz związek małżeński Bogu był przyjemny, wstępujcie do tego stanu nie inaczej, jak w tej intencji, w której Pan Bóg go ustanowił i w której Chrystus Pan podniósł go do godności Sakramentu.

Po pierwsze ma św. Sakrament Małżeństwa służyć do tego, ażeby przez prawowite i nabożne wspólne pożycie małżeńskie ród ludzki utrzymywać i rozmnażać. Małżonkowie powinni chować swe dzieci w bojaźni Bożej i nie tylko starać się dla nich o majątek doczesny, lecz przedewszyst-

Stand, welchen Gott selbst begründet hat, sollte aber in der christlichen Kirche eine noch höhere Weihe und Würde erhalten. Jesus Christus erhob nämlich die Ehe zu einem heiligen Sakramente. Darum spricht auch der Apostel, indem er von der Ehe redet, so erhaben und bedeutungsvoll: „Es ist dieses ein großes Geheimnis, ich sage aber: in Christus und in der Kirche“ (Eph. 5, 32).

Damit nun, geliebte Verlobte, eure eheliche Verbindung eine gottgefällige sei, so denket diesen christlichen Stand nicht anders anzutreten, als in der Absicht, in welcher derselbe von Gott eingesetzt und von Christus zum Sakramente erhoben worden ist.

Erstens soll nämlich nach Gottes Absicht durch eine rechtmäßige und gottgefällige Gemeinschaft des Mannes und der Frau das Menschengeschlecht auf Erden erhalten und vermehrt werden. Die Eheleute sollen ihre Kinder in Gottesfurcht erziehen und in ihnen nicht nur Erben für ihre zeitlichen Güter hinterlassen, sondern vor allem Gott fromme Diener und gute

kiem wychować je na dobrych sług Bożych, na wzorowych chrześcian, aby się pomnożyła nie tylko liczba ludzi na ziemi, ale także liczba wybranych w niebie.

Po drugie zostaje przez św. Sakrament Małżeństwa wspólne pożycie małżeńskie między mężem i niewiastą od Boga uprawione i uświęcone i oddane jego służbie, i zarazem przez związek małżeński mają być usunięte te niedozwolone pożądliwości, który hańbią lud przez Chrzt święty służbie Bożej poświęcony.

Po trzecie został stan małżeński od Boga ustanowiony, ażeby przez tę wspólną małżeńską między mężczyzną i niewiastą dać obraz obfitującego w łaski połączenia między Chrystusem a Kościołem Jego. Jak bowiem Chrystus Pan ustanowił na ziemi jeden tylko Kościół, który odkupił drogą krwią swoją i który wspiera codzień z zasług swego odkupienia, tak powinien każdy małżonek swojej małżonki i każda małżonka swo-

Christen heranbilden, damit nicht allein die Zahl der Menschen auf Erden, sondern auch die der Auserwählten im Himmel durch sie vermehrt werde.

Zweitens, wie durch das Sakrament der Ehe das Zusammenleben von Mann und Frau von Gott besonders genehmigt und geheiligt und in dessen Dienst gestellt wird, so sollen durch die eheliche Gemeinschaft jene unerlaubten Gelüste beseitigt werden, welche ein Volk entehren, das durch die heilige Taufe dem Herrn geweiht ist.

Drittens hat Gott den Ehestand eingesetzt, um in der Verbindung des Mannes mit der Frau ein Abbild jener gnadenreichen Vereinigung darzustellen, welche zwischen Christus und seiner Kirche besteht. Gleichwie nun Christus nur eine Kirche auf Erden hat, die er mit seinem Blute erkaufte hat und Tag für Tag aus den Verdiensten seiner Erlösung unterstützt, so soll jeder Ehemann seiner Ehefrau, und jede Ehefrau ihrem Ehemanne die eheliche

jemu małżonkowi docho-
wać małżeńskiej czci i
wiary. Dalej, tak samo
jak połączenie Chrystusa
z Kościołem jest nierozer-
walne, tak i małżeństwo;
co bowiem „Bóg złączył,
człowiek niech nie rozłą-
cza“ (Mat. 19, 6). I jak Chry-
stus Pan jako głowa Ko-
ścioła otacza go swoją
opieką, tak i małżonek
chrześcijański ma obowią-
zek jako głowa rodziny
opiekować się żoną i ro-
dziną swoją; żona zaś po-
winna być posłuszna mę-
żowi swemu we wszyst-
kiem, co dobre i uczciwe.
Jak wreszcie Chrystus
Pan miłuje Kościół miło-
ścią jak najgorętszą, ofia-
rując się zań nieustannie
na ołtarzu, tak i małżon-
kowie chrześcijańscy mają
należec do siebie w miło-
sci szczerzej, cichej i ofiar-
nej aż do śmierci.

To jest podług zamiaru
Boga i Chrystusa Pana
celem Małżeństwa chrze-
ściańskiego. Szczęśliwi-
ście, kochani narzeczeni,
kiedy z tym pobożnym
zamiarem wstępujecie do
tego świętego stanu mał-
żeńskiego. Bóg zesła wam

Liebe und Treue bewahren.
Gleichwie ferner die Vereini-
gung zwischen Christus und
der Kirche unauflöslich ist, so
soll auch in der Ehe „der
Mensch nicht trennen, was
Gott verbunden hat“ (Matth.
19, 6). Gleichwie sodann Chri-
stus das Haupt seiner Kirche
ist, so ist auch der christliche
Ehemann verpflichtet, als
Haupt seine Ehefrau und seine
ganze Familie zu beschützen
und zu ernähren; dagegen soll
die Ehefrau ihrem Ehemann
in allem, was recht und ehr-
bar ist, gehorsam sein. Gleich-
wie endlich Christus seine
Kirche auf das innigste liebt
und sich beständig auf dem
Altare für sie opfert, so sol-
len auch christliche Eheleute
sich gegenseitig in inniger,
sanftmütiger und opfervoller
Liebe bis zum Tode ange-
hören.

Das ist die Absicht Gottes
und Jesu Christi in betreff
des heiligen Bundes der Ehe.
Wohl euch, geliebte Verlobte,
wenn ihr in dieser gottgefäl-
ligen Absicht in den heiligen
Stand der Ehe tretet. Gott
wird seinen Engel euch mit-

wtedy aniola swego jako towarzysza i opiekuna na wspólnej waszej drodze żywota. I błogosławieństwo Boże zawsze będzie na was spoczywać, kiedy pozostaniecie wierni postanowieniom dzisiejszym i kiedy wytrwacie w wypełnieniu obowiązków stanu waszego, w bojaźni Bożej i w modlitwie.

Na przygotowanie do godnego przyjęcia św. Sakramentu Małżeństwa zmówmy na klęczkach po cichu nabożnie Ojczy nasz i Zdrowaś Marya.

geben als Begleiter und Beschützer auf eurem gemeinsamen Lebenswege. Und wenn ihr den heute gemachten Vorsätzen treu bleibet und in Erfüllung eurer Standespflichten, in Gottesfurcht und Gebet verharret, so wird Gott jederzeit mit seinem Segen bei euch bleiben.

Zur Vorbereitung auf den würdigen Empfang des heiligen Sakramentes der Ehe wollen wir kniend in der Stille ein andächtiges Vaterunser und Begrüßet seist du, Maria, beten.

2. Deinde statuat sponsum ad dexteram suam, sponsam ad sinistram, et quærat de nomine sponsi et sponsæ; hoc facto dicit:

V. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit coelum et terram.

Deinde interrogat Sponsum.

Lingua vernacula:

N. Masz dobrą, szczerą a nieprzymuszoną wolę: tę **N.** tu obecną za małżonkę sobie pojąć?

R. Mam.

Deinde similiter interrogat Sponsam.

Lingua vernacula:

Także i ty **N.** masz też dobrą, szczerą a nieprzymuszoną wolę, tego **N.** tu obecnego za małżonka sobie pojąć?

R. Mam.

N. Ist es dein (Ihr) ernstlicher, freier und ungezwungener Wille, diese hier gegenwärtige **N.** zu deiner (Ihrer) Ehefrau zu nehmen? **R.** Ja.

N. Ist es auch dein (Ihr) ernstlicher, freier und ungezwungener Wille, diesen hier gegenwärtigen **N.** zu deinem (Ihrem) Ehemanne zu nehmen? **R.** Ja.

3. Utroque istud affirmante, dicat Sacerdos:

Aúgeat in vobis Deus grátiam suam, ut, quod dicitis ore, ópere impleátis. Per Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

Lingua vernacula:

Niech Bóg raczy w was rozmnożyć łaskę swoją, abyście w uczynku wykonali, co ustami wy-mawiacie. Przez Chrystusa Pana naszego. **R.** Amen.

Gott vermehre in Euch seine Gnade, auf daß Ihr, was Ihr mit dem Munde zusaget, im Werke erfüllen möget. Durch Christum, unseren Herrn. **R.** Amen.

4. Accipiat annulos sponsorum et positos in pellicula benedicat sic:

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

R. Qui fecit cœlum et terram.

V. Dómine exaúdi oratióem meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

Benedic ✠ Dómine, ánnulos hos, quos nos in tuo nómine benedicimus ✠, ut, qui eos gestáverint, fidelitátem íntegram sibi tenétes, in pace et voluntáte tua permáneant atque in mútua caritáte semper vivant. Per Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

5. Mox aspergit annulos aqua benedicta in modum Crucis. Deinde anulum sponsæ imponat in digitum dexterum penultimum sponsi, et e converso; dicendo singillatim utrique:

Accipe ánnulum fidei matrimoniális in nómine Sanctíssimæ Trinitátis, ut illum portans arméris virtúte cœléstis defensiónis, et proficiat tibi ad salútem ætérrnam.

Lingua vernacula:

Oto masz pierścień wierności małżeńskiej w Imię Trójcy Przenajświętszej, abys go nosząc uz-

Nimm hin den Ring ehelicher Treue im Namen der allerheiligsten Dreieinigkeit, damit, während du ihn trägst,

brojonym (uzbrojoną) się stał (stała) siłą niebieskiej obrony i aby stał się tobie pożytecznym do żywota wiecznego.

du mit himmlischer Kraft gestärkt werdest und er dir zum ewigen Leben gedeihlich werde.

6. Deinde jubeat illos jungere dexteras denudatas, quas Minister involvat extremitate stolæ in formam Crucis, et verba sequentia de præsentī, quæ Matrimonium constituunt, jubeat singulos eorum, se præeunte, integre et clare dicere, incipiendo a sponso.

7. Postea ergo dicat sponso:

Lingua vernacula:

Mów za mną.

Ja **N.** biorę sobie ciebie **N.** za małżonkę, i ślubuję ci miłość, wiarę i uczciwość małżeńską, a iż cię nie opuszczę aż do śmierci. Tak mi dopomóż Panie Boże Wszechmogący w Trójcy jedyny, i wszyscy Święci.

Sprich mir nach: (Sprechen Sie mir nach:)

Ich **N.** nehme dich **N.** mir zur Ehefrau, und gelobe dir Liebe, Treue und Ehre, dich auch nicht zu verlassen, bis uns der Tod scheidet, so wahr mir Gott helfe und alle seine lieben Heiligen.

8. Similiter jubeat dicere sponsam:

Lingua vernacula:

Mów za mną.

Ja **N.** biorę sobie ciebie **N.** za małżonka, i ślubuję ci miłość, wiarę, uczciwość i posłuszeństwo małżeńskie, a iż cię nie opuszczę aż do śmierci. Tak mi dopomóż Panie Boże Wszechmogący w Trójcy jedyny i wszyscy Święci.

Sprich mir nach: (Sprechen Sie mir nach:)

Ich **N.** nehme dich **N.** mir zum Ehemann und gelobe dir Liebe, Treue und Ehre, und gebührenden Gehorsam, dich auch nicht zu verlassen, bis uns der Tod scheidet, so wahr mir Gott helfe, und alle seine lieben Heiligen.

9. Postea Sacerdos matrimonium confirmando, si sponsi in prioribus nuptiis benedictionem acceperunt, vel si agitur de matrimonio mixto, dicat:

Quos ergo Deus conjúnxit, homo non séparet. Et ídeo matrimónium inter vos contráctum ego auctoritáte Ecclésiæ Cathólicæ confirmo et ratifico, in nómine Patris, ✠ et Filii et Spíritus Sancti.

R. Amen.

10. Si autem uterque, vel sola sponsa in prioribus nuptiis non erat benedicta, dicat:

Quos ergo Deus conjúnxit, homo non séparet. Et ídeo matrimónium inter vos contráctum ego auctoritáte Ecclésiæ Cathólicæ confirmo et benedíco, in nómine Patris, ✠ et Filii et Spíritus Sancti.

R. Amen.

11. Alloquatur adstantes Sacerdos sic vel similiter:

Lingua vernacula:

Was, kórzyście tu obecní, bioreę sobie na świadectwo, abyście świadczyli o niniejszem Małżeństwie, między osobami temi w obliczu Boga i Kościoła prawnie zawarłem.

Euch alle, die ihr hier gegenwärtig seid, nehme ich zu Zeugen, daß dieser Ehebund vor Gott und der Kirche gültig ist geschlossen worden.

12. Jubeat desponsatos ad Altare conversos genua flectere, dicendo super illos:

Orémus.

Propitiare, Dómine, supplicatióibus nostris et institútis tuis, quibus propagatióem humáni géneris ordinásti, benignus assiste: ut quod te auctóre júngitur, te auxiliánte servétur. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

Et Benedictio Dei omnipoténtis Patris, ✠ et Filii et Spíritus Sancti, descéndat super vos, et máneat semper. R. Amen.

13. Quando conjuges in primis nuptiis benedictionem acceperunt, eos Parochus in secundis non benedicat, sive mulier sive etiam vir ad secundas nuptias transeat. Sed ubi ea viget consuetudo, ut si mulier nemini umquam nupserit, etiamsi vir aliam uxorem habuerit, nuptiæ benedicantur, ea servanda est. Viduæ vero nuptias numquam benedicat, etiamsi ejus vir numquam uxorem duxerit.

14. Benedictio nuptiarum Canonica fit in Missa pro sponso et sponsa ritu in Missali Romano descripto.

15. Benedictio hæc in Missæ sacrificio adhiberi solita, est illa solemnis Benedictio, quæ prohibetur non tantum, quando conjuges in primis nuptiis benedictionem acceperunt, verum etiam, quoties de licentia speciali tempore Adventus vel Quadragesimæ prima vice contrahunt, necnon in matrimoniis mixtis.

16. Quodsi talis Missa non celebratur, et suscipientes affectant benedictionem ex laudabili Diœcesis consuetudine, quam S. Tridentina Synodus retineri optat, perficiat illam Sacerdos hoc modo:

Absoluta præterita Oratione: Propitiare, Dómine, etc. usque ad initium: Et Benedictio Dei etc. Dicat:

Psalmus 127.

Beati omnes, qui timent
Dóminum, * qui ambulat in viis ejus.

Labóres mánuum tuárum
quia manducábis: * beátus es, et bene tibi erit.

Uxor tua sicut vitis abúndans,
* in latéribus domus tuæ.

Fílii tui sicut novéllæ oli-

várum, * in circúitu mensæ tuæ.

Ecce sic benedicétur homo,
* qui timet Dóminum.

Benedícat tibi Dóminus ex Sion:
* et vídeas bona Jerúsalem ómnibus diébus vitæ tuæ.

Et vídeas filios filiórum tuórum,
* pacem super Israël.

Glória Patri, etc.

Deinde:

V. Salvum fac servum et ancillam tuam, Dómine.

R. Deus meus sperántes in te.

Orémus.

Omnípotens sempitérne Deus, qui primos paréntes nostros pia societáte copulásti: bénedic et sanctífica istos tui Sacraménti fœdere desponsátos, et sémina in eis semen vitæ ætérnæ. Corda eórum tui Sancti Spíritus munda infusióne, et sincéri amoris cópules nexu perpétuo. Angelo pacis comitánte eos

a mortífera dáemonum infestatióne custódias: et omnes mentis et córporis adversitatés ab eis repéllas: ut munímine tuo protécti, et te donánte, devóte laudent nomen tuum, quod est benedíctum in sácula sæculórum. **R.** Amen.

Orémus.

Deus Abraham, Deus Isaac, et Deus Jacob sit vobíscum: et ipse adímpleat benedictiónem suam in vobis: ut videátis filios filiórum vestrórum usque in tértiam et quartam generatióem, et póstea vitam ætérrnam habeátis sine fine, in sácula sæculórum.

R. Amen.

17. Demum concludat ut supra:

Et Benedíctio Dei omnipoténtis Patris, ✠ et Filii et Spíritus Sancti, descéndat super vos, et máneat semper. R. Amen.

Lingua vernacula:

Psalmus 127.

Błogosławieni wszyscy, którzy się boją Pana: którzy chodzą drogami jego.

Prace rąk twoich że pożywać będziesz: szczęśliwyś jest, i dobrze się mieć będziesz.

Zona twoja jako winna macica: płodna w kąciech domu twego.

Synowie twoi jako latrostki oliwne: około stołu twego.

Oto tak błogosławiony będzie człowiek: który się boi Pana.

Niechżeć błogosławi

Glücklich alle, die den Herrn fürchten: die da wandeln auf seinen Wegen.

Denn von der Arbeit deiner Hände wirst du essen: Heil dir, es wird gut gehen.

Dein Weib ist wie ein fruchtbarer Weinstock an den Wänden deines Hauses:

Deine Kinder wie Ölbaumpflanzen um deinen Tisch herum.

Siehe, also wird der Mann gesegnet: der den Herrn fürchtet.

Der Herr segne dich aus

Pan z Syonu: i oglądaj
dobra Jeruzalem po wszy-
stkie dni żywota twego.

I oglądaj syny synów
twoich: pokój nad Izrae-
lem.

Chwała Ojcu i t. d.

Deinde:

V. Zbaw sługę i słu-
żebnicę Twoję, Panie!

R. Boże mój, ufających
w Tobie.

Módlmy się.

Wszchemogący, wieczny
Boże! któryś pierwszych
rodziców naszych w świę-
te towarzystwo zjedno-
czył, pobłogosław i po-
święć tych, którzy przez
Twój Sakrament zostali
połączeni, a zasięj z nich
nasienie wiecznego ży-
wota. Oczyść ich serca
rosą Ducha Świętego, i po-
łącz stałym węzłem uprzej-
mej miłości. Daj im na to-
warzysza Anioła pokoju,
i broń ich od napaści
śmiertelnych ducha złego;
oddal od nich wszelkie
przeciwności duszy i ciała,
aby przy Twej wielowła-
dnej obronie i opiece,
Twoje święte Imię chwalić
i wielbić mogli, które po

Sion, und lasse dich sehen
das Glück Jerusalems alle
Tage deines Lebens!

Und lasse dich sehen die
Kinder deiner Kinder und
Frieden über Israel!

Ehre sei dem Vater &c.

V. Mache selig, o Herr,
deinen Diener und deine Die-
nerin!

R. Mein Gott, die auf
dich hoffen.

Rasset uns beten.

Allmächtiger, ewiger Gott!
der du unsere Stammeltern
in heiligem Bunde vereinigt
hast, segne und heilige diese
durch das Band deines Sa-
kramentes Vermählten und
streue in sie den Samen des
ewigen Lebens. Reinige ihre
Herzen durch die Eingießung
deines Heiligen Geistes und
verbinde sie durch die immer-
währende Gemeinschaft auf-
richtiger Liebe. Unter dem
Geleite des Friedensengels
bewahre sie vor tödtlicher An-
fechtung der bösen Geister,
und allen Schaden der Seele
und des Leibes halte fern von
ihnen, damit sie unter deinem
machtvollen Schutze und mit
Hilfe deiner Gnade innigst
loben mögen deinen heiligen

wszystkie wieki jest błogosławione.

R. Amen.

Módlmy się.

Bóg Abrahama, Bóg Izaaka, Bóg Jakóba niech będzie z wami: i niech zjści na was błogosławieństwo Swoje, abyście dzieci waszych dzieci aż do trzeciego i czwartego pokolenia oglądali, a potem wieczne zbawienie otrzymali po wszystkie wieki wieków.

R. Amen.

A Błogosławieństwo Boga Wszechmogącego Ojca, ✠ i Syna i Ducha Świętego niech zstąpi na was i zawsze z wami będzie. **R.** Amen.

Namen, der gebenedeit ist in alle Ewigkeit.

R. Amen.

Lasset uns beten.

Der Gott Abrahams, der Gott Isaaks, der Gott Jakobs sei mit Euch: und er erfülle seinen Segen an Euch, auf daß Ihr sehet die Kinder Eurer Kinder bis zum dritten und vierten Geschlecht und danach das ewige Leben haben möget in alle Ewigkeit.

R. Amen.

Und der Segen Gottes, des allmächtigen Vaters, ✠ und des Sohnes und des Heiligen Geistes komme über Euch herab und bleibe allzeit.

R. Amen.

CAPUT 6.

BENEDICTIO NOVÆ NUPTÆ POST NUPTIAS.

Sacerdos superpelliceo et stola alba indutus, ante limen Ecclesiæ muliere constituta, dicat:

V. Adjutorium nostrum in nómine Dómini.

R. Qui fecit cœlum et terram.

Psalmus 66.

Deus misereatur nostri, et benedicat nobis: * illúminet vultum suum super nos, et misereatur nostri.

Ut cognoscámus in terram viam tuam: * in ómnibus Géntibus salutáre tuum.

Confiteántur tibi pópuli Deus: * confiteántur tibi pópuli omnes.

Læténtur et exsúltent Gentes: * quóniam júdicas pópulos in æquitáte, et Gentes in terra dírigis.

Confiteántur tibi pópuli Deus: confiteántur tibi pópuli

2. Deinde

Psalmus 127.

Beáti omnes, qui timent Dóminum, * qui ámbulant in viis ejus.

Labóres mánuum tuárum quia manducábis: * beátus es, et bene tibi erit.

Uxor tua sicut vitis abúndans, * in latéribus domus tuæ.

Fílii tui sicut novéllæ oli-

omnes: * terra dedit fructum suum.

Benedícat nos Deus, Deus noster, benedícat nos Deus: * et métuant eum omnes fines terræ. — Glória Patri etc.

várum, * in circúitu mensæ tuæ.

Ecce sic benedicétur homo, * qui timet Dóminum.

Benedícat tibi Dóminus ex Sion: * et vídeas bona Jerúsalem ómnibus diébus vitæ tuæ.

Et vídeas filios filiórum tuórum, * pacem super Israël.

Glória Patri. Sicut erat.

3. Postea jubeat feminam cum sociis, si adsunt, genuflectere, et ipse stans dicat.

Kýrie eléison. **C**hriste eléison. Kýrie eléison. Pater noster. *secreto.*

V. Et ne nos indúcas in tentatióem.

R. Sed líbera nos a malo.

V. Salvam fac ancíllam tuam, Dómine.

R. Deus meus, sperántem in te.

V. Nihil profíciat inimícus in ea.

R. Et filius iniquitátis non appónat nocére ei.

V. Esto ei Dómine turris fortitúdinis.

R. A fácie inimíci.

V. Dómine exaúdi oratióem meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum. **R.** Et cum spírítu tuo.

Orémus.

Præténde, Dómine, fámulæ tuæ dexteram coeléstis auxilií: ut te toto corde perquírat, et quæ digne póstulat, cónsequi mereátur. Per Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

4. Tunc porrigens ad manum mulieris extremam partem stolæ, eam introducit in Ecclesiam, dicens:

Ingredere in domum Dei, et adóra Fílium Vírginis, qui tibi fœcunditátem prolis tribúere dignétur, ipsum, inquam, Dóminum nostrum Jesum Christum, mediatórem Dei et hóminum, qui cum Patre et Spírítu Sancto vivit et regnat in sæcula sæculórum.

R. Amen.

5. Postea ad Altare genuflexam benedicat Sacerdos dicens:

Orémus.

Omnípotens, sempitérne Deus, Creátor cœli et terræ, qui ómnia de níhilo creásti, quique Adam protoplástum de limo terræ formásti, et Evam illi in adjutórium dedísti, eisque benedixísti dicens: cre-scite et multiplicámini, et repléte terram. Ne respí-cias ad peccáta nostra, sed ad fidem Ecclésiæ tuæ: et bene ✠ dícere dignéris hanc fámulam tuam una cum maríto suo, et da ei fœcunditátem sóbolis, atque de rore cœli, et de pinguédine terræ abun-dántiam. Bénedic eis tam in dómibus, quam in agris et ubíque in juméntis, pecóribus, omníque posses-sióne et re familiári. Et tandem omni pietáte, castitáte et morum honestáte ornátos in timóre tuo perduc eos in vitam ætérnam. Per Christum Dó-minum nostrum. **R.** Amen.

Et benedíctio Dei omnipoténtis Patris, ✠ et Fílii et Spírítus Sancti descéndat super te, et máneat semper. R. Amen.

6. Postremo aspergens illam aqua benedicta dicat:

Per hujus aquæ aspersionem det tibi Dóminus grátiam et benedictiónem.



CAPUT 7.

BENEDICTIO MULIERIS POST PARTUM.*

SI qua puerpera post partum, juxta piam ac laudabilem consuetudinem, ad Ecclesiam venire voluerit, pro incolunitate sua Deo gratias actura, petieritque a Sacerdote benedictionem, ipse superpelliceo et stola alba indutus, cum ministro aspergillum deferente, ad fores Ecclesiæ accedat, ubi illam foris ad limina genuflectentem, et candelam accensam in manu tenentem, aqua benedicta aspergat, deinde dicat:

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

R. Qui fecit cœlum et terram.

Antiphona. Hæc accípiet.

Psalmus 23.

Dómini est terra, et plenitúdo ejus: * orbis terrárum, et univérsi, qui hábitant in eo.

Quia ipse super mária fundávit eum: * et super flúmina præparávit eum.

Quis ascéndet in montem Dómini? * aut quis stabit in loco sancto ejus?

Innocens mánibus et mundo corde, * qui non accépit in vano ánimam suam, nec jurávit in dolo próximo suo.

Hic accípiet benedictiónem a Dómino: * et misericórdiam a Deo salutári suo.

Hæc est generátio quæréntium eum, * quæréntium fáciem Dei Jacob.

Attóllite portas príncipes vestras, et elevámini portæ æternáles: * et introíbit Rex glóriæ.

Quis est iste Rex glóriæ? * Dóminus fortis et potens: Dóminus potens in prælio.

Attóllite portas príncipes vestras, et elevámini portæ æternáles: * et introíbit Rex glóriæ.

Quis est iste Rex glóriæ? * Dóminus virtútum ipse est Rex glóriæ.

Glória Patri. Sicut erat.

Antiphona. Hæc accípiet benedictiónem a Dómino, et misericórdiam a Deo salutári suo: quia hæc est generátio quæréntium Dóminum.

2. Deinde porrigens ad manum mulieris extremam partem stolæ, eam introducit in Ecclesiam, dicens:

* Ad benedictionem post partum jus tantummodo habent mulieres, quæ ex legitimo matrimonio pepererunt. S. R. C. 18. Junii 1859.

Ingrédere in templum Dei, adóra Fílium beátæ Maríæ Vírginis, qui tibi fœcunditatem tríbuit prolis.

3. Et ipsa ingressa, genuflectit coram Altari, et orat, gratias agens Deo pro beneficiis sibi collatis; et Sacerdos dicit:

Kýrie eléison. Christe eléison. Kýrie eléison.
Pater noster. *secreto.*

V. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

R. Sed líbera nos a malo.

V. Salvam fac ancíllam tuam, Dómine.

R. Deus meus sperántem in te.

V. Mitte ei, Dómine, auxiliúm de sancto.

R. Et de Sion tuére eam.

V. Nihil proficiat inimícus in ea.

R. Et filius iniquitátis non appónat nocére ei.

V. Dómine exaúdi oratiónem meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

Omnípotens, sempitérne Deus, qui per beátæ Maríæ Vírginis partum fidélium pariéntium dolóres in gáudium vertísti: réspice propítius super hanc fámulam tuam, ad templum sanctum tuum pro gratiárum actióne lætam accedéntem, et præsta; ut post hanc vitam ejúsdem beátæ Maríæ méritis, et intercessióne, ad ætérnæ beatitúdinis gáudia cum prole sua perveníre mereátur. Per Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

4. Deinde illam aspergít iterum aqua benedicta in modum crucis, dicens:

Pax et benedictio Dei omnipoténtis, Patris ✠, et Fílii, et Spírítus Sancti, descéndat super te, et máneat semper. **R.** Amen.



Hydria farinae non deficiet, nec




lecythus olei . . . III. Reg. 17. 14.



Illi offerbant vasa, et illa in-



fundebat. Cumque . . . IV. Reg. 4.



TITULUS IX.

CAPUT 1.

DE BENEDICTIONIBUS REGULÆ GENERALES.



overit Sacerdos, quarum rerum benedictiones ad ipsum, et quæ ad Episcopum suo jure pertineant, ne majoris dignitatis munera temere, aut imperite umquam usurpet propria auctoritate.

2. In omni benedictione extra Missam, Sacerdos saltem superpelliceo, et stola pro ratione temporis utatur, nisi aliter in Missali notetur.

3. Stando semper benedicat, et aperto capite.

4. In principio cujusque benedictionis dicat:

Ÿ. **Adjutórium nostrum in nómine Dómini.**

R. **Qui fecit cœlum et terram.**

Ÿ. **Dóminus vobiscum.** R. **Et cum spíritu tuo.**

5. Deinde dicatur Oratio propria una, vel plures, prout suo loco notatum fuerit.

6. Postea rem aspergat aqua benedicta, et ubi notatum fuerit, pariter incenset, nihil dicendo.

7. Cum Sacerdos aliquid benedicturus est, habeat ministrum cum vase aquæ benedictæ et aspergillo, et cum hoc Rituali libro, seu Missali.

8. Caveat, ne benedictionis causa ponat aliquid indecens super Altare, veluti esculenta; sed quod ejusmodi est, ponatur super mensam, commodo loco paratam.

CAPUT 2.
ORDO AD FACIENDAM
AQUAM BENEDICTAM.

Diebus Dominicis, et quandocumque opus fuerit,* præparato sale et aqua munda benedicenda in Ecclesia, vel in Sacristia, Sacerdos superpelliceo et stola violacea indutus, primo dicit:

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

R. Qui fecit cœlum et terram.

2. Deinde absolute incipit Exorcismum salis.

Exorcízo te, creatúra salis, per Deum ✠ vivum, per Deum ✠ verum, per Deum ✠ sanctum, per Deum, qui te per Eliséum Prophétam in aquam mitti jussit, ut sanarétur sterilitas aquæ: ut efficiáris sal exorcizátum in salútem credéntium: et sis ómnibus suméntibus te sánitas ánimæ et córporis: et effúgiat, atque discédât a loco, in quo aspérsus fúeris, omnis phantásia, et nequítia, vel versútia diabólicæ fraudis, omnisque spíritus immúndus, adjurátus per eum, qui ventúrus est judicáre vivos et mórtuos, et sæculum per ignem. **R.** Amen.

Orémus.

Imménsam cleméntiam tuam, omnípotens, ætérne Deus, humíliter implorámus, ut hanc creatúram salis, quam in usum géneris humáni tribuísti, bene ✠ dicere, et sancti ✠ ficáre tua pietáte dignéris: ut sit ómnibus suméntibus salus mentis et córporis; et quidquid ex eo tactum, vel respérsus fúerit, cáreat omni immundítia, omníque impugnatione spirituális nequítie. Per Dóminum nostrum. **R.** Amen.

3. Exorcismus aquæ, et dicitur sine Orémus.

Exorcízo te creatúra aquæ, in nómine Dei Patris ✠ omnípoténtis, in nómine Jesu ✠ Christi Filii ejus Dómini nostri, et in virtúte Spíritus ✠ Sancti.

* Aqua benedicta singulis saltem hebdomadibus renovetur. Cærem. Episc. I, 6.

ut fias aqua exorcizáta ad effugándam omnem potestátem inimíci, et ipsum inimicum eradicáre et explantáre váleas cum ángelis suis apostáticis, per virtútem ejúsdem Dómini nostri Jesu Christi: qui ventúrus est judicáre vivos et mórtuos, et sæculum per ignem. **R.** Amen.

Orémus.

Deus, qui ad salútem humáni géneris, máxima quæque sacraménta in aquárum substántia condidísti: adésto propítius invocatióibus nostris, et eleménto huic multímodis purificatióibus præparáto, virtútem tuæ bene ✠ dictionis infúnde: ut creatúra tua mystériis tuis sérvians, ad abigéndos dæmones, morbósque pelléndos divínæ grátiae sumat efféctum, ut quidquid in dómibus, vel in locis fidélium, hæc unda respéserit, cáreat omni immundítia, liberétur a noxa: non illic resídeat spíritus péstilens, non aura corrúmpens: discédant omnes insídiæ laténtis inimíci, et si quid est, quod aut incolumitáti habitántium ínvidet aut quiéti, aspersione hujus aquæ effúgiat; ut salúbritas per invocatióem sancti tui nóminis expetíta, ab ómnibus sit impugnationibus defénsa. Per Dóminum nostrum. **R.** Amen.

4. *Hic ter mittat sal in aquam in modum crucis, dicendo semel:*

Commíxtio salis et aquæ páriter fiat, in nómine Pa ✠ tris, et Fí ✠ lii, et Spíritus ✠ Sancti. **R.** Amen.

V. Dóminus vobíscum. **R.** Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Deus invíctæ virtútis auctor, et insuperábilis impérii Rex, ac semper magníficus triumphátor: qui advérsæ dominationis vires réprimis: qui inimíci rugiéntis sævítiám súperas: qui hostíles nequítias poténter expúgnas: te, Dómine, treméntes et súpplices deprecámur, ac pétimus: ut hanc creatúram salis et aquæ dignánter aspicias, benígnus illústres, pietátis tuæ rore sanctífices; ut ubicúmque fúerit aspérsa, per invocatióem sancti nóminis tui, omnis

infestatio immundi spiritus abigatur, terrorque venenosi serpentis procul pellatur: et presentia Sancti Spiritus nobis misericordiam tuam poscentibus, ubique adesse dignetur. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitate ejusdem Spiritus Sancti Deus, per omnia secula seculorum. **R.** Amen.

5. Post benedictionem aquae Sacerdos Dominicis diebus, antequam incipiat Missam, aspergit Altare, deinde se, et ministros, ac populum, prout in Missali et infra cap. 3. praescribitur.

6. Postea Christifideles possunt de ista aqua benedicta in vasculis suis accipere, et secum deferre ad aspergendos aegros, domos, agros, vineas, et alia, et ad eam habendam in cubiculis suis, ut ea quotidie et saepius aspergi possint.

—◆◆◆—
CAPUT 3.


ASPERSIO AQUÆ BENEDICTÆ
IN DOMINICIS PER ANNUM.

Sacerdos celebraturus indutus pluviali coloris Officio convenientis accedit ad Altare, et ibi ad gradus cum ministris genuflexus, etiam tempore Paschali, accipit a Diacono aspersorium, et primo ter aspergit Altare, deinde se, et erectus ministros, incipiens Antiphonam: *Aspérge me.* Et Chorus prosequitur: *Dómine hyssópo etc.* ut infra. Interim Celebrans aspergit Clerum; deinde populum, dicens submissa voce cum ministris Psalmum *Miserere mei Deus.*


Intonatio 1.*

Chorus.

Ton. VII. Tr. ♯.




A-spér - ges me, * Dó - mi - ne, hys - só - po, et




mundá - bor: la - vá - bis me, et su - per ni - vem

* Intonatio 2.



A-spér - ges me.




de - al-bá-bor. **Ps.** Mi-se-ré - re me - i, De -
 us, se-cún-dum magnam mi-se-ri-cór - di - am
 tu - am. **V.** Gló - ri - a Pa-tri et Fí - li - o, et
 Spi - ri - tu - i Sancto, sic - ut e-rat in prin-cí -
 pi - o, et nunc, et sem-per, et in sæ - cu - la
 sæ - cu - ló - rum. A-men. **Repet.** Aspérges me.

2. Hæc Antiphona prædicto modo dicitur ad aspersionem aquæ benedictæ in Dominicis per totum annum: excepta Dominica de Passione, et Dominica Palmarum, in quibus non dicitur Glória Patri, sed post Psalmum Miserére repetitur immediate Antiphona Aspérges me, quæ talis est:

Intonatio. *no. in du. bC in - r.* Chorus. *Ton. IV. Tr. 2 #*



Aspérges me, * Dó - mi - ne, hys - só - po et mun -
 dá - bor: la - vá - bis me et su - per ni - vem de -
 al - bá - bor. **Ps. 50.** Mi-se-ré-re me - i, De - us,



se-cúndum magnam mi-se-ri-cór-di-am tu-am.


Repet. Aspérges me.

3. Tempore paschali, scilicet a Dominica Paschæ usque ad Pentecosten inclusive cantatur sequens Antiphona:


Intonatio.

Chorus.


Ton. VIII. Tr. 2 ♭.




Vi-di a-quam * e-gre-di-én-tem de




tem-plo a lá-te-re dex-tro, al-le-




lú-ja. Et omnes ad quos per-vé-nit




a-qua i-sta sal-vi-fa-cti sunt,




et di-cent: Al-le-lú-ja, al-le-lú-ja.




Ps.117. Confi-té-mi-ni Dó-mi-no quó-ni-am bo-nus:




quó-ni-am in sæ-cu-lum mi-se-ricór-di-a e-jus.



∨. Gló-ri-a Pa-tri, et Fí-li-o, et Spi-rí-tu-i



San-cto: Sic-ut e-rat in prin-cí-pi-o, et



4. Finita Antiphona supradicto modo, Sacerdos qui aspersit aquam, reversus ad Altare, stans ante gradus Altaris junctis manibus dicat:

Ÿ. Osténde nobis, Dómine, misericórdiam tuam.

Tempore paschali additur: Allelúja.

R. Et salutáre tuum da nobis.

Ÿ. Dómine exaúdi oratióem meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.


Ÿ. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Exáudi nos, Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: et mittere dignéris sanctum Angelum tuum de cœlis, qui custódiat, fóveat, prótegat, visitet atque deféndat omnes habitántes in hoc habitáculo. Per Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.



CAPUT 4.

BENEDICTIO DOMORUM

in Sabbato Sancto Paschæ.

Parochus, seu alius Sacerdos, superpelliceo et stola alba indutus, cum ministro deferente vas aquæ ex benedictione Fontium ante perfusionem Chrismatis acceptæ, visitat domos suæ parochiæ, aspergens eas eadem aqua benedicta.

2. Ingrediens domum dicit:

Pax huic dómui, et ómnibus habitántibus in ea.

3. Deinde aspergens loca præcipua domus, et eos qui habitant in ea, dicit Antiphonam:

Vidi aquam egrediéntem de templo a látere dextro, allelúja: et omnes, ad quos pervénit aqua ista, salvi facti sunt, et dicent: allelúja, allelúja.

Psalmus. Confitémini Dómino, quóniam bonus: quóniam in sáeculum misericórdia ejus.

Y. Glória Patri, etc.

Repetitur Antiphona. Vidi aquam, etc.

Y. Osténde nobis Dómine misericórdiam tuam, allelúja.

R. Et salutáre tuum da nobis, allelúja.

Y. Dómine exaúdi oratióem meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

Y. Dóminus vobíscum. *R.* Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Exáudi nos, Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: et sicut domos Hebræórum in éxitu de Ægýpto, agni sángine linítas (quod pascha nostrum, in quo immolátus est Christus, figurábat), ab Angelo percutiénte custodísti: ita mittere dignéris sanctum Angelum tuum de cœlis, qui custódiat, foveat, próteget, vísitet, atque deféndat omnes habitántes in hoc habitáculo. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. *R.* Amen.

CAPUT 5.

BENEDICTIO DOMORUM

alio tempore facienda cum aspersione aquæ benedictæ.

Prochus seu alii Sacerdotes volentes aliquam particularem domum, vel generaliter domus Fidelium alio tempore infra annum aspergere aqua benedicta, ingredientes domum, dicant:

Pax huic dómui, et ómnibus habitántibus in ea.

2. Deinde loca aspergendo dicant Antiphonam:

Aspérges me Dómine hyssópo, et mundábor: lavábis me, et super nivem dealbábor.

Psalmus: **Miserére mei, Deus, secúndum magnam misericórdiam tuam.**

V. Glória Patri, etc.

Et repetitur Antiphona: **Aspérges me, etc.**

V. Dómine exaúdi oratióem meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Exáudi nos, Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: et mittere dignéris sanctum Angelum tuum de cœlis, qui custódiat, fóveat, protégat, visitet, atque deféndat omnes habitántes in hoc habitáculo. Per Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

3. Deinde aspergat aqua benedicta.

CAPUT 6.

ALIA BENEDICTIO DOMUS NOVÆ.

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

R. Qui fecit cœlum et terram.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Te Deum Patrem omnípoténtem suppliciter exorámus pro hac domo, et habitatóribus ejus, ac rebus: ut eam bene ✠ dícere, et sancti ✠ ficáre, ac bonis ómnibus ampliáre dignéris: tríbue eis, Dómine, de rore cœli abundántiam, et de pinguédine terræ vitæ substántiam, et desidéria voti eórum ad efféctum tuæ miseratiónis perdúcas. Ad intróitum ergo nostrum bene ✠ dícere, et sancti ✠ ficáre dignéris hanc domum, sicut benedícere dignátus es domum Abraham, Isaac, et Jacob: et intra paríetes domus istíus Angeli tuæ lucis inhábitent, eámque,

et ejus habitatores custodiant. Per Christum Dominum nostrum.

R. Amen.

Deinde aspergatur aqua benedicta.

CAPUT 7.

BENEDICTIO LOCI.

V. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit cœlum et terram.

V. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Orémus.

Benedic ✠ Domine, Deus omnipotens, locum istum (vel domum istam): ut sit in eo (vel in ea) sanctitas, castitas, victoria, virtus, humilitas, bonitas, et mansuetudo, plenitudo legis, et gratiarum actio Deo Patri, et Filio, et Spiritui Sancto; et hæc benedictio maneat super hunc locum (vel super hanc domum) et super habitantes in eo (vel in ea) nunc et in omnia sæcula sæculorum. **R.** Amen.

Et aspergat aqua benedicta.

CAPUT 8.

BENEDICTIO VINI

in festo S. Joannis Evangelistæ.

In festo sancti Joannis Evangelistæ, expleta omnino Missa majore, hoc est post ultimum Evangelium, Sacerdos retentis omnibus paramentis, excepto manipulo, vinum a populo oblatum, in memoriam et honorem S. Joannis, qui venenum innocue sumpsit, benedicit hoc modo:

V. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit cœlum et terram.

V. Dómine exaúdi oratióem meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum. **R.** Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Bene ✠ dicere et conse ✠ crare dignéris, Dómine Deus, dextera tua hunc cálicem vini, et cuiuslibet potus: et præsta; ut per mérita sancti Joánnis Apóstoli et Evangelistæ, omnes in te credentes et de cálice isto bibentes benedicántur, et protegántur. Et sicut beátus Joánnes de cálice bibens venenum, illæsus omnino permánsit, ita omnes, hac die in honórem beáti Joánnis de cálice isto bibentes, méritis ipsíus ab omni ægritúdine venéni, et nóxiis quibúsvís absolvántur, et córpore ac ánima se offerentes, ab omni culpa liberéntur. Per Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

Béne ✠ dic, Dómine, hanc creatúram potus: ut sit remédium salutáre ómnibus suméntibus: et præsta per invocatióem sancti nóminis tui; ut quicúmque ex eo gustáverint, tam animæ quam córporis sanitátem te donánte percípiant. Per Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

Concludendo:

Et benedictio Dei omnipotentis, Pa ✠ tris, et Fí ✠ lii, et Spíritus ✠ Sancti, descéndat super hanc creatúram vini, et cuiuslibet potus, et máneat semper. **R.** Amen.

Postremo aqua benedicta aspergat.

¶ Quod si benedictio illa fiat privatim extra Missam, Sacerdos, superpelliceo et stola indutus, eam conficiat modo superius tradito.

CAPUT 9.

BENEDICTIO VINI PRO INFIRMIS.

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

R. Qui fecit cœlum et terram.

V. Dóminus vobíscum. **R.** Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Dómine Jesu Christe, Fili Dei vivi, qui in Cana Galilææ ex aqua vinum fecisti; bene ✠ dicere et sanctificáre dignéris hanc creatúram vini, quam ad sustentatióem servórum tuórum tribuisti; ut ubicúmque fusum fúerit, vel a quólibet potátum, divína opuléntiæ tuæ bene ✠ dictione repleátur.

Omnípotens sempitérne Deus, salus æténa credéntium, exáudi nos pro fámulo tuo infirmo (vel fámula tua infirma, seu fámulis tuis infirmis, si fuerint plures), pro quo (vel pro qua, sive pro quibus) misericórdiæ tuæ implorámus auxiliúm; ut, réddita sibi sanitáte, gratiárum tibi in Ecclésia tua réferat (vel réferant) actiões. Per Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

Deinde aspergatur aqua benedicta.

CAPUT 10.

BENEDICTIO AQUÆ

in Vigilia Epiphaniæ Domini.

(S. R. C. d. 6. Decembris 1890.)

Statuta hora Sacerdos celebrans (tenens Mitram, si sit Episcopus, quam ad preces deponit) cum Diacono et Subdiacono, ille pluviali, isti dalmaticis induti albi coloris, præcedentibus Acolythis cum cereis accensis et Cruce (quæ ponuntur ad loca sua) aliisque de Clero, veniunt ad locum prope altare majus, ubi paratum est vas cum sale et alveolus cum aqua.

Primum, omnibus genuflectentibus, dicuntur cum cantu Litanæ Sanctorum. (Vid. pag. 101.)

Postquam autem dictum fuerit in Litanis:

Ut ómnibus fidélibus defúntis réquiem ætéram donáre dignéris, te rogámus, audi nos.

Celebrans surgens et gradatim elevando vocem canit:

Ut hanc aquam bene ✠ dicere dignéris, te rog.

Ut hanc aquam bene ✠ dicere et sancti ✠ ficáre dignéris, te rog.

Tum perficiantur Litanïæ:

Ut nos exaudire digneris, te rog.
 Fili Dei, te rog.
 Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, parce nobis Dómine.
 Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, exaudi nos, Dómine.
 Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis.
 Christe, audi nos. Christe, exaudi nos. Kýrie eléison.
 Christe eléison. Kýrie eléison.

Celebrans canendo dicit: Pater noster. (quod secreto prosequitur.)

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℞. Sed libera nos a malo.

Deinde canuntur sequentes Psalmi Toni VI.

Psalmus 28.

Afferre Dómino filii Dei: *
 afferre Dómino filios arí-
 etum:

Afferre Dómino glóriam et
 honórem, afferre Dómino gló-
 riam nómini ejus: * adoráte
 Dóminum in átrio sancto ejus.

Vox Dómini super aquas,
 Deus majestátis intónuit: *
 Dóminus super aquas multas.

Vox Dómini in virtúte: *
 vox Dómini in magnificéntia.

Vox Dómini confringéntis
 cedros: * et confrínget Dómi-
 nus cedros Líbani.

Et commínuet eas tamquam
 vítulum Líbani: * et diléctus
 quemádmódu flius unicór-
 nium.

Vox Dómini intercidéntis
 flammam ignis: * vox Dómini
 concutiéntis desértum, et
 commovébit Dóminus desér-
 tum Cades.

Vox Dómini præparántis
 cervos, et revelábit condénsa:

* et in templo ejus omnes
 dicent glóriam.

Dóminus dilúvium inhabi-
 táre facit: * et sedébit Dómi-
 nus Rex in ætérnum.

Dóminus virtútem pópulo
 suo dabit: * Dóminus bene-
 dícet pópulo suo in pace.

Glória Patri. Sicut erat.

Psalmus 45.

Deus noster refúgium et
 virtus: * adjútor in tri-
 bulatió nibus, quæ invenérunt
 nos nimis.

Proptérea non timébimus,
 dum turbábitur terra: * et
 transferéntur montes in cor
 maris.

Sonuérunt, et turbátæ sunt
 aquæ eórum: * conturbáti sunt
 montes in fortitúdine ejus.

Flúminis ímpetus lætíficat
 civitátem Dei: * sanctificávit
 tabernáculum suum Altíssi-
 mus.

Deus in médio ejus non

commovébitur: * adjuvabit eam Deus mane dilúculo.

Conturbátæ sunt gentes, et inclináta sunt regna: * dedit vocem suam, mota est terra.

Dóminus virtútum nobiscum: * suscéptor noster, Deus Jacob.

Veníte, et vidéte ópera Dómini, quæ pósuit prodígia super terram, * aúferens bella usque ad finem terræ.

Arcum cónteret et confrínget arma: * et scuta combúret igni.

Vacáte et vidéte, quóniam ego sum Deus: * exaltábor in géntibus, et exaltábor in terra.

Dóminus virtútum nobiscum: * suscéptor noster, Deus Jacob.

Glória Patri. Sicut erat.

Psalmus 146.

Laudáte Dóminum, quóniam bonus est psalmus: * Deo nostro sit jucúnda, decóraque laudátio.

Ædificans Jerúsalem Dóminus: * dispersiónes Israëlís congregábit.

Qui sanat contrítos corde: * et álligat contritiónes eórum.

Qui númerat multitudínem stellárum: * et ómnibus eis nómina vocat.

Magnus Dóminus noster, et magna virtus ejus: * et sapiéntiæ ejus non est númerus.

Suscípiens mansuétos Dóminus: * humilians autem peccatóres usque ad terram.

Præcínite Dómino in confessiône: * psállite Deo nostro in cithara.

Qui óperit cælum núbibus: * et parat terræ plúviam.

Qui producít in móntibus fœnum: * et herbam servitúti hóminum.

Qui dat juméntis escam ipsórum: * et pullis corvórum invocántibus eum.

Non in fortitúdine equi voluntátem habébit: * nec in tíbiis viri beneplácitum erit ei.

Beneplácitum est Dómino super tíméntes eum: * et in eis, qui sperant super misericórdia ejus.

Glória Patri.

Sicut erat.

Deinde Celebrans canendo dicit:

EXORCISMUS

CONTRA SATANAM ET ANGELOS APOSTATICOS.

Exorcizámus te, omnis immúnde spíritus, omnis satánica potéstas, omnis incúrsio infernális adversárii, omnis légio, omnis congregátio et secta diabólica, in nómine et virtúte Dómini Nostri Jesu ✠

Christi, eradicâre et effugâre a Dei Ecclésiâ, ab omnibus ad imâginem Dei cõnditis ac pretiõso divini Agni sânguine redemptis ✠. Non ultra audeas, serpens callidissime, decipere humânum genus, Dei Ecclésiâ pèrsequi, ac Dei eléctos excùtere et cribrâre sicut tríticum ✠. Imperet tibi Deus altíssimus ✠, cui in magna tua supèrbia te símilem habèri adhuc præsumis; qui omnes hómines vult salvos fieri et ad agnitiõnem veritâtis venire (*I. Tim. II*). Imperat tibi Deus Pater ✠: Imperat tibi Deus Fílius ✠: Imperat tibi Deus Spíritus Sanctus ✠. Imperat tibi majéstas Christi, ætérnum Dei Verbum caro factum ✠, qui pro salúte géneris nostri tua invidiâ pèrditi, humiliávit semetípsum factus obédiens usque ad mortem (*Phil. II*); qui Ecclésiâ suam ædificávit supra firmam petram, et portas ínferi advèrsus eam numquam esse prævalitúras edixit, et cum ea ipse permansúrus omnibus diébus usque ad consummationem sæculi (*Matth. XXVIII, 20*). Imperat tibi sacraméntum Crucis ✠ omniumque cristiánæ fide Mysteriórum virtus ✠. Imperat tibi excélsa Dei Génitrix Virgo María ✠, quæ superbíssimum caput tuum a primo instánti immaculatæ suæ conceptiõnis in sua humilitáte contrívit. Imperat tibi fides Sanctórum Apostolórum Petri et Pauli et ceterórum Apostolórum ✠. Imperat tibi Mártyrum sanguis ac pia Sanctórum et Sanctárum ómnium intercèssio ✠.

Ergo, draco maledicte et omnis légio diabólica, adjurámus te per Deum ✠ vivum, per Deum ✠ verum, per Deum ✠ sanctum, per Deum, qui sic diléxit mundum, ut Fílium suum unigénitum daret, ut omnis, qui credit in eum, non péreat, sed hábeat vitam ætérnam (*Joann. III*); cessa decipere humânas creatúras eisque ætérnæ perditionis venenum propináre: désine Ecclésiæ nocére et ejus libertáti láqueos injicere. Vade, sátana, invéntor et magister

omnis falláciæ, hostis humánæ salútis. Da locum Christo, in quo nihil invenísti de opéribus tuis; da locum Ecclésiæ, uni, sanctæ, cathólicæ et apostólicæ, quam Christus ipse acquisívit sángine suo. Humiliáre sub poténti manu Dei; contremísce et éffuge, invocáto a nobis sancto et terríbili nómine Jesu, quem ínferi tremunt, cui Virtútes et Potestátes et Dominationés subjécta sunt; quem Chérubim et Séraphim indeféssis vóciis laudant, dicéntes: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dóminus Deus Sábaoth.

Postea a Cantoribus canitur:

Antiphona. Tom. VIII. Fin. 1. Hódie * coelésti sponso juncta est Ecclésia, quóniam in Jordáne lavit Christus ejus crímina: currunt cum munéribus Magi ad regáles núptias, et ex aqua facto vino lætántur convívæ, allelúja.

Canticum Zachariæ.

Luc. 1. c.

Benedíctus Dóminus Deus Israël: * quia visitávit et fecit redemptiónem plebis suæ.

Et eréxit cornu salútis nobis: * in domo David púeri sui.

Sicut locútus est per os sanctórum, * qui a sáculo sunt, prophetárum ejus:

Salútem ex inimícis nostris, * et de manu ómnium qui odérunt nos:

Ad faciéndam misericórdiam cum pátribus nostris: * et memorári testaménti sui sancti.

Jusjurándum, quod jurávit ad Abraham patrem nostrum, * datúrum se nobis:

Ut sine timóre, de manu

inimicórum nostrórum liberáti, * serviámus illi.

In sanctitáte et justítia coram ipso, * ómnibus diébus nostris.

Et tu puer, Prophéta Altíssimi vocáberis: * præbis enim ante fáciem Dómini, paráre vias ejus:

Ad dandam sciéntiam salútis plebi ejus: * in remissionem peccatórum eórum:

Per víscera misericórdiæ Dei nostri: * in quibus visitávit nos, óriens ex alto.

Illumináre his, qui in ténebris, et in umbra mortis sedent: * ad dirigéndos pedes nostros in viam pacis.

Glória Patri.

Sicut erat.

vel

Canticum B. Mariæ Virg.

Luc. 1. c.

Magnificat * ánima mea
Dóminum.

Et exsultávit spíritus meus
* in Deo salutári meo.

Quia respéxit humilitátem
ancillæ suæ: * ecce enim ex
hoc beátam me dicent omnes
generatiónes.

Quia fecit mihi magna qui
potens est: * et sanctum no-
men ejus.

Et misericórdia ejus a pro-
génie in progénies * timénti-
bus eum.

Et repetitur Antiphona.

Deinde Celebrans canit:

V. Dóminus vobíscum. **R.** Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Deus, qui hodiérna die Unigénitum tuum Géntibus
stella duce revelásti: concéde propítius; ut, qui
jam te ex fide cognóvimus, usque ad contemplándam
spéciem tuæ celsitudinis perducámur. Per eúmdem
Dóminum nostrum.

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

R. Qui fecit cœlum et terram.

Exorcismus salis.

Exorcízo te, creatúra salis, per Deum ✠ vivum,
per Deum ✠ verum, per Deum ✠ sanctum, per
Deum, qui te per Eliséum prophétam in aquam
mitti jussit, ut sanarétur sterilitas aquæ, ut efficiáris
sal exorcizátum in salutem credéntium: et sis ómni-
bus suméntibus te sánitas ánimæ et córporis: et
effúgiat, atque discédât a loco, in quo aspésum
fúeris, omnis phantásia et nequítia, vel versútia dia-
bólicæ fraudis, omnisque spíritus immúndus, adju-
rátus per eum, qui ventúrus est judicáre vivos et
mórtuos et sæculum per ignem. **R.** Amen.

Orémus.

Imménsam cleméntiam tuam, omnipotens ætérne Deus, humíliter implorámus: ut hanc creatúram salis, quam in usum géneris humáni tribuísti, bene ✠ dicere et sancti ✠ ficáre tua pietáte dignéris; ut sit ómnibus suméntibus salus mentis et córporis: et quidquid ex eo tactum vel respérsum fúerit, cáreat omni immundítia, omníque impugnatione spiritalis nequítiae. Per Dóminum.

Exorcismus aquæ.

Exorcízo te, creatúra aquæ, in nómine Dei ✠ Patris omnipoténtis, et in nómine Jesu ✠ Christi Filii ejus Dómini nostri, et in virtúte Spíritus ✠ Sancti: ut fias aqua exorcizáta ad effugándam omnem potestátem inimíci, et ipsum inimícum eradicáre et explantáre váleas cum ángelis suis apostáticis, per virtútem ejúsdem Dómini nostri Jesu Christi: qui ventúrus est judicáre vivos et mórtuos et sæculum per ignem. **R.** Amen.

Orémus.

Deus, qui ad salútem humáni géneris máxima quæque sacraménta in aquárum substántia condidísti: adésto propítius invocatióibus nostris, et eleménto huic multímodis purificatióibus præparáto, virtútem tuæ bene ✠ dictionis infúnde: ut creatúra tua mystériis tuis sérvians, ad abigéndos dæmones, morbósque pelléndos, divínæ grátiae sumat efféctum, ut quidquid in dómibus vel in locis fidélium hæc unda respérsit, cáreat omni immundítia, liberétur a noxa: non illic resídeat spíritus péstilens, non aura corrúmpens: discédant omnes insídiæ laténtis inimíci: et si quid est, quod aut incolumitáti habitántium ínvidet aut quiéti, aspersione hujus aquæ effúgiat; ut salúbritas per invocatióem sancti tui nóminis expetíta ab ómnibus sit impugnationibus defénsa. Per Dóminum.

Hic ter mittat sal in aquam in modum crucis, dicendo semel sine cantu:

Commixtio salis et aquæ páriter fiat: in nómine Pa ✠ tris, et Fí ✠ lii, et Spíritus ✠ Sancti. *R.* Amen.

Canit deinde:

Ÿ. Dóminus vobíscum. *R.* Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Deus invíctæ virtútis auctor, et insuperábilis impérii rex, ac semper magníficus triumphátor: qui advérsæ dominationis vires réprimis, qui inimíci rugiéntis sævítiám súperas, qui hostíles nequítias poténter expúgnas: te, Dómine, treméntes et súpplices deprecámur ac pétimus: ut hanc creatúram salis et aquæ dignánter aspicias, benígnus illústres, pietátis tuæ rore sanctífices: ut ubicúmque fúerit aspérsa, per invocatióem sancti nóminis tui, omnis infestatio immúndi spíritus abigátur: terrórque venenósi serpéntis procul pellátur, et præsentia Sancti Spíritus nobis misericórdiam tuam poscéntibus, ubique adesse dignétur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitáte ejúsdem Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. *R.* Amen.

Expleta benedictione per Celebrantem aspergatur populus aqua benedicta.

Tandem solemniter canitur Te Deum.

Ÿ. Dóminus vobíscum. *R.* Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Deus, cujus misericórdiæ non est númerus, et bonitátis infínitus est thesaúrus, piússimæ Majestáti tuæ pro collátis donis grátias ágimus, tuam semper cleméntiam exorántes: ut qui peténtibus postuláta concédis, eósdem non déserens, ad præmia futúra dispónas. Per Christum Dóminum nostrum. *R.* Amen.

Aqua benedicta, uti supra, dispensatur fidelibus, ut ea devote utantur in suis cubiculis, et etiam pro infirmis.

CAPUT 11.

BENEDICTIO AURI, THURIS ET MYRRHÆ
in die Epiphaniæ.

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

R. Qui fecit cœlum et terram.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

Súscipe, sancte Pater, a me indígno fámulo tuo hæc múnera, quæ in honórem nóminis tui sancti, et in título omnipoténtiæ tuæ Majestátis, humíliter tibi óffero; sicut suscepísti sacrificium Abel justí, et sicut éadem múnera a tribus Magis tibi quondam offeréntibus suscepísti.

Exorcízo te, creatúra auri, myrrhæ et thuris, per Patrem ✠ omnipoténtem, per Jesum Christum ✠ Fílium ejus unigénitum, et per Spírítum Sanctum ✠ Paráclítum: ut a te discédant omnis fraus, dolus, et nequítia diabóli, et sis remédium salutáre humano géneri contra insídias inimíci; et quicúmque divíno freti auxílio te in suis lóculis, dómibus, aut circa se habúerint, per virtútem et mérita Dómini et Salvatóris nostri, ac intercessiónem ejus sanctíssimæ Genitrícis et Vírginis Mariæ, ac eórum, qui hódie simílibus munéribus Christum Dóminum veneráti sunt, omniúmque Sanctórum, ab ómnibus perículis ánimæ et córporis liberéntur, et bonis ómnibus pérfrui mereántur. **R.** Amen.

Deus invisíbilis et interminábilis, pietátem tuam per sanctum et treméndum Fílii tui nomen, supplicíter deprecámur: ut in hanc creatúram auri, thuris, myrrhæ bene ✠ dictionem ac operatióem tuæ virtútis infúndas: ut qui ea penes se habúerint, ab omni ægrítudinis et læsiónis incúrsu tuti sint; et omnes morbos córporis et ánimæ effúgiant, nullum dominé-

tur eis periculum, et læti, ac incólumes tibi in Ecclé-
sia tua desérviat: Qui in Trinitáte perfécta vivis et
regnas Deus per ómnia sæcula sæculórum.

R. Amen.

Postea aspergantur aqua benedicta.

Et benedictio Dei omnipoténtis, Pa ✠ tris, et
Fí ✠ lii, et Spíritus ✠ Sancti, descéndat super hanc
creatúram auri, thuris et myrrhæ, et máneat sem-
per. **R.** Amen.

CAPUT 12.

BENEDICTIO CRETÆ

in festo vel vigilia Epiphaniæ.

Béne ✠ dic, Dómine Deus, creatúram istam cretæ:
ut sit salutáris humáno géneri; et præsta per
invocatióem nóminis tui sanctíssimi, ut quicúmque
ex ea sumpserint, vel ea in domus suæ portis scrí-
pserint nómina sanctórum tuórum Gáspari, Melchió-
ris et Baltássar, per eórum intercessiÓem et mérita,
córporis sanitátem et ánimæ tutelam percípiant. Per
Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

Aspergatur aqua benedicta.

CAPUT 13.

BENEDICTIO IN VISITATIONE DOMORUM

tempore Epiphaniæ adhibenda.

Sacerdos ingressus domum dicat:

V. Pax huic dómui.

R. Et ómnibus habitántibus in ea.

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

R. Qui fecit cœlum et terram.

Kýrie eléison. Christe eléison. Kýrie eléison.

Pater noster. secreto.

V. Et ne nos indúcas in tentatiÓnem.

R. Sed libera nos a malo.

V. Aspérge me hyssópo et mundábor.

R. Lavábis me et super nivem dealbábor.

V. Dómine exaúdi oratióne[m] meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum. **R.** Et cum spírítu tuo.

Orémus.

Intróeat, Dómine Jesu Christe, domum hanc sub nostræ humilitátis ingrèssu ætérna felicitas, divína prospéritas, seréna lætítia, cáritas fructuósa, sánitas sempitérna; effúgiat ex hoc loco accéssus dæmonum, adsint Angeli pacis domúmque hanc déserat omnis máli[m]a discórdia.

Magnífica, Dómine, super nos nomen sanctum tuum et bédedic ✠ nostræ conversatióni: sanctífica nostræ humilitátis ingrèssum, qui sanctus et pius es, et pérmanes cum Patre et Spírítu Sancto in sæcula sæculórum. **R.** Amen.

Orémus et deprecémur Dóminum nostrum Jesum Christum, ut bédicéndo bédicat ✠ hoc tabernáculum et omnes habitánte[s] in eo, et det eis Angelum bonum custódem, et fáciat eos sibi servíre ad considerándum mirábilia de lege sua: avértat ab eis omnes contrárias potestátes, erípiat eos ab omni formídine et ab omni perturbatióne, ac sanos in hoc tabernáculo custodíre dignétur. Qui cum Patre et Spírítu Sancto vivit et regnat Deus in sæcula sæculórum. **R.** Amen.

Orémus.

Exáudi nos, Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus, et mittere dignéris sanctum Angelum tuum de cœlis, qui custódiat, fóveat, prótegat, vísitet atque deféndat omnes habitánte[s] in hoc habitáculo. Per Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

2. Postremo aqua benedicta aspergat et crucem adstantibus deosculandam porrigat.

3. Eadem Benedictio in lingua vernacula.

Sacerdos domum ingressus dicat:

V. Pokój temu domowi.**R.** I wszystkim w nim mieszkającym.**V.** Wspomożenie nasze w Imieniu Pańskim.**R.** Który stworzył niebo i ziemię.**V.** Panie, zmiłuj się nad nami!**R.** Chryste, zmiłuj się nad nami, Panie, zmiłuj się nad nami!
Ojcze nasz.**V.** I nie wódź nas na pokuszenie.**R.** Ale nas zbaw ode złego.**V.** Pokropisz mnie, Panie, hyzopem, a będę oczyszczony,**R.** Omyjesz mnie, a będę nad śnieg wybielony.**V.** Panie wysłuchaj modlitwę moję:**R.** A wołaniemojenich do Ciebie przyjdzie.**V.** Pan z wami.**R.** I z duchem twoim.

Módlmy się.

Panie Jezu Chryste, przy pokornem wstąpieniu naszym niechaj razem wnijdzie do tego domu wiekusta szczęśliwość, błogo-

V. Friede diesem Hause.**R.** Und allen darin Wohnenden.**V.** Unsere Hilfe im Namen des Herrn.**R.** Der Himmel und Erde erschaffen hat.**V.** Herr, erbarme Dich unser.**R.** Christus, erbarme Dich unser. Herr, erbarme Dich unser.
Vater unser.**V.** Und führe uns nicht in Versuchung.**R.** Sondern erlöse uns von dem Übel.**V.** Besprenge mich, Herr, mit Hyop, und ich werde rein;**R.** Wasche mich, und weißer werde ich als der Schnee.**V.** Herr, erhöre mein Gebet.**R.** Und laß mein Rufen zu Dir kommen.**V.** Der Herr sei mit euch.**R.** Und mit deinem Geiste.

Lasset uns beten!

Es komme, o Herr Jesus Christus, in dieses Haus bei unserm demütigen Eintritte bleibendes Glück, göttlicher Segen, dauernde Heiterkeit,

sławieństwo Boże, prawdziwa wesołość, owocna miłość i trwałe zdrowie; niechaj nie mają do tego miejsca przystępu złe duchy, ale niech przybędą Aniołowie pokoju, a wszelkie szkodliwe przeciwności niech ten dom opuszczą.

Uczyn wielkie nad nami, Panie, święte Imię Twoje, i pobłogosław ✠ odwiedzenie nasze: poświęć pokorne wejście nasze, który święty i dobrotliwy jesteś i zostajesz z Ojcem i Duchem Świętym na wieki wieków. **R.** Amen.

Prośmy i błagajmy Pana naszego Jezusa Chrystusa, aby błogosławieństwem Swojem ✠ pobłogosławił ten dom i wszystkich w nim mieszkających, i dał im dobrego Anioła Stróża, a sprawił, żeby Mu służyli w rozmyślaniu cudów świętego zakonu Jego; niech precz oddali od nich wszelkie przeciwne mocy, niech ich od wszelkiej trwogi i od wszystkiego zamieszania uwolni, a zdrowych w tem pomieszaniu zachowa, — który z Ojcem i Duchem Świę-

fruchtbringende Liebe und immervährende Gesundheit; es weichen von diesem Orte die bösen Geister, es walten die Engel des Friedens, und es verlasse dieses Haus jede unheilvolle Zwietracht.

Mache groß, o Herr, über uns Deinen heiligen Namen und segne ✠ unsern Besuch; heilige unsern demütigen Eingang, der Du heilig und gnädig bist und bleibst mit dem Vater und dem Heiligen Geiste in alle Ewigkeit.

R. Amen.

Lasset uns beten und zu unserm Herrn Jesus Christus flehen, daß er mit seinem Segen dieses Gemach und alle darin Wohnenden segne ✠, ihnen zum Beschützer seinen guten Engel gebe und es bewirke, daß sie ihm in Betrachtung der Wunder seines heiligen Gesetzes dienen. Er wende ab von ihnen alle feindlichen Gewalten, befreie sie von aller Furcht und aller ängstlichen Sorge, und erhalte sie gesund in diesem Wohnemach. Er, der mit dem Vater und dem Heiligen Geiste

tym żyje i króluje, Bóg na wieki wieków.

R. Amen.

Módlmy się.

Wysłuchaj nas, Panie święty, Ojcie wszechmogący, wieczny Boże, a racz z nieba przysłać świętego Anioła Twego, któryby strzegł, zachował, pilnował, nawiedził i bronił wszystkich w tym domu mieszkających. Przez Chrystusa Pana naszego.

R. Amen.

Postremo aqua benedicta aspergit et crucem adstantibus de-
osculandam porrigit.

lebt und regiert wahrer Gott von Ewigkeit zu Ewigkeit.

R. Amen.

Passet uns beten!

Erhöre uns, Herr, heiliger Vater, allmächtiger, ewiger Gott, und sende gnädig Deinen heiligen Engel, daß er behüte, erhalte, schirme, heimsuche und beschütze alle an diesem Orte Wohnenden. Durch Christum, unsern Herrn. **R.** Amen.

CAPUT 14.

BENEDICTIO CANDELARUM

extra diem Purificationis Beatæ Mariæ Virginis.

V. Adjutorium nostrum in nómine Dómini.

R. Qui fecit cœlum et terram.

V. Dóminus vobiscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Dómine Jesu Christe, Fili Dei vivi, béne ✠ dic candélas istas supplicatióibus nostris, infúnde eis, Dómine, per virtútem sanctæ Cru ✠ cis benedictiÓNem cœlestem, qui eas ad repelléndas ténebras humano géneri tribuísti, talémque benedictiÓNem signáculo sanctæ Cru ✠ cis accípiant, ut, in quibuscúmque locis accénsæ, sive pósitæ fúerint, discédant príncipes tenebrárum et contremíscant, et fúgiant pávidi cum ómnibus minístris suis ab habitatióibus

illis; nec præsúmant ámplius inquietáre aut molestáre serviéntes tibi omnipoténti Deo. Qui vivis etc.

Postmodum aspergantur aqua benedicta.

CAPUT 15.

BENEDICTIO CANDELARUM IN FESTO S. BLASII.

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

R. Qui fecit cœlum et terram.

V. Dómine exaúdi oratióem meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum. **R.** Et cum spírítu tuo.

Orémus.

Omnípotens et mitíssime Deus, qui ómnium mundi rerum diversitátes solo verbo creásti, et ad hóminum reformatiõem, illud idem verbum, per quod facta sunt ómnia, incarnári voluísti: qui magnus es et imménsus, terribilis atque laudábilis, ac fáciens mirabilia; pro cuius fidei confessiõe gloriósus Martyr et Póntifex Blásius, diversórum tormentórum génera non pavéscens, martýrii palmam feliciter est adéptus: quique eidem inter céteras grátias hanc prærogatívam contulísti, ut quoscúmque gútturis morbos tua virtúte curáret; Majestátem tuam suppliciter exorámus, ut non inspéctu reátus nostri, sed ejus placátus méritis et précibus hanc ceræ creatúram bene ✠ dicere ac sanctificáre tua venerábili pietáte dignéris tuam grátiam infundéndo, ut omnes, quorum colla per eam ex bona fide tacta fúerint, a quocúmque gútturis morbo ipsíus passióis méritis liberéntur, et in Ecclesia sancta tua sani et hílares tibi gratiárum réferant actiões, laudéntque nomen tuum gloriósum, quod est benedíctum in sæcula sæculórum. Per Dóminum nostrum Jesum Christum etc.

Aspergatur aqua benedicta.

Deinde Sacerdos terminata Missa, deposita casula et manipulo, accensis duobus cereis ac in modum crucis aptatis, apponens

illa sub mento gutturi cujusvis benedicendorum, ipsis ante altare genuflectentibus, dicit:

Per intercessionem S. Blásii Epíscopi et Mártyris, liberet te Deus a malo gútturis, et a quocúmque álio, in nómine Patris ✠, et Fílii, et Spíritus Sancti. Amen.*

CAPUT 16.

BENEDICTIO THALAMI.

Ÿ. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

R. Qui fecit cœlum et terram.

Ÿ. Dóminus vobíscum. R. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

Benedic, ✠ Dómine, thálamum hunc: ut omnes habitántes in eo, in tua pace consístant, et in tua voluntáte permáneant, et senéscant, et multiplícéntur in longitúdine diérum, et ad regna cœlórum pervéniant. Per Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

Postea aspergat thalamum aqua benedicta.

CAPUT 17.

BENEDICTIO NOVÆ NAVIS.

Ÿ. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

R. Qui fecit cœlum et terram.

Ÿ. Dóminus vobíscum. R. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

Propitiáre, Dómine, supplicatióibus nostris, et béne ✠ dic navem istam dextera tua sancta, et omnes qui in ea vehéntur, sicut dignátus es benedicere arcam Noë ambulántem in dilúvio: pórrige eis Dómine dexteram tuam, sicut porrexísti beáto Petro ambulánti super mare; et mitte sanctum Angelum tuum de cœlis, qui liberet, et custódiat eam semper a periculis univérsis, cum ómnibus quæ in

* Licet uti breviori formula: Per intercessionem B. Blásii liberet te Deus a malo gútturis. Amen. S. R. C. 20. Mart. 1869 (3196).

ea erunt: et fámulos tuos, repúlsis adversitatibus, portu semper optábili, cursúque tranquillo tueáris, transactisque, ac recte perféctis negótiis ómnibus, iteráto témpore ad própria cum omni gaúdio revo- cáre dignéris: Qui vivis, etc. **R.** Amen.

Aspergat navim aqua benedicta.

CAPUT 18.

BENEDICTIO COMMUNIS

super fruges et vineas.

- V.** Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
R. Qui fecit cœlum et terram.
V. Dómine exaúdi oratióem meam.
R. Et clamor meus ad te véniat.
V. Dóminus vobíscum. **R.** Et cum spírítu tuo.

Orémus.

Orámus pietátem tuam, omnípotens Deus, ut has primítias creatúræ tuæ, quas áëris et plúviæ temperaménto nutrírè dignátus es, benedictiónis tuæ imbre perfúndas, et fructus terræ tuæ usque ad maturitátem perdúcas. Tríbue quoque pópulo tuo de tuis munéribus tibi semper grátias ágere; ut a fertilitáte terræ esuriéntium ánimas bonis ómnibus affluéntibus répleas, et egénus et pauper laudent nomen glóriæ tuæ. Per Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

Aspergat illas aqua benedicta.

CAPUT 19.

BENEDICTIONES ESCULENTORUM

PRÆSERTIM IN PASCHA.

BENEDICTIO AGNI PASCHALIS.

- V.** Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
R. Qui fecit cœlum et terram.
V. Dóminus vobíscum. **R.** Et cum spírítu tuo.

Orémus.

Deus, qui per fámulum tuum Móysen, in libera-
tióné pópuli tui de Ægýpto, agnum occídi jus-
sísti in similitúdinem Dómini nostri Jesu Christi, et
utrósque postes domórum de sángine ejúsdem agni
perúngi præcepísti: tu bene ✠ dícere, et sancti- ✠
ficáre dignéris hanc creatúram carnis, quam nos fá-
muli tui ad laudem tuam súmere desiderámus, per
resurrectiónem ejúsdem Dómini nostri Jesu Christi:
Qui tecum vivit et regnat in sæcula sæculórum.

R. Amen.

Et mox aspergat aqua benedicta.

CAPUT 20.

BENEDICTIO OVORUM.

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

R. Qui fecit cœlum et terram.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

Subvéniat, quæsumus Dómine, tuæ bene ✠dictió-
nis grátia huic ovórum creatúræ: ut cibus sa-
lúbris fiat fidélibus tuis, in tuárum gratiárum actióne
suméntibus, ob resurrectiónem Dómini nostri Jesu
Christi: Qui tecum vivit et regnat in sæcula sæcu-
lórum. **R.** Amen.

Aspergat aqua benedicta.

CAPUT 21.

BENEDICTIO PANIS.

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

R. Qui fecit cœlum et terram.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

Dómine Jesu Christe, panis Angelórum, panis vivus ætérnæ vitæ, bene ✠ dicere dignáre panem istum, sicut benedixísti quinque panes in desérto: ut omnes ex eo gustántes, inde córporis et ánimæ percípiant sanitátem: Qui vivis, etc.

R. Amen.

Et aspergat aqua benedicta.

CAPUT 22.

ALIA BENEDICTIO PANIS.

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

R. Qui fecit cœlum et terram.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus, bene ✠ dicere dignéris hunc panem tua sancta spirituáli benedictióne: ut sit ómnibus suméntibus salus mentis et córporis; atque contra omnes morbos, et univérsas inimicórum insídias tutámen. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum, panem vivum, qui de cœlo descéndit, et dat vitam et salútem mundo: et tecum vivit et regnat in unitáte Spírítus Sancti Deus, per ómnia sœcula sœculórum. **R.** Amen.

Aspergatur aqua benedicta.

CAPUT 23.

BENEDICTIO AD QUODCUMQUE COMESTIBILE
ET POTABILE.

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

R. Qui fecit cœlum et terram.

V. Dóminus vobíscum. **R.** Et cum spírítu tuo.

Orémus.

Benedic ✠ Dómine creatúram istam **N.**, ut sit ré-
médium salutáre géneri humano: et præsta per
invocatióem sancti nóminis tui, ut quicumque ex
ea sumpserint, córporis sanitátem, et ánimæ tutelam
percípiant. Per Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

Aspergit id aqua benedicta.

CAPUT 24.

BENEDICTIO NOVORUM FRUCTUUM.

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

R. Qui fecit cœlum et terram.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Benedic ✠ Dómine, hos novos fructus **N.**, et præsta:
ut qui ex eis in tuo sancto nómine vescéntur,
córporis et ánimæ salute potiántur. Per Christum
Dóminum nostrum. **R.** Amen.

Aspergantur aqua benedicta.

CAPUT 25.

BENEDICTIO OLEI SIMPLICIS.

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

R. Qui fecit cœlum et terram.

Exorcismus.

Exorcízo te creatúra olei per Deum Patrem ✠
omnipoténtem, qui fecit cœlum et terram, mare,
et ómnia, quæ in eis sunt. Omnis virtus adversárii,
omnis exércitus diáboli, et omnis incúrsus, omne
phantásma sátanæ eradicáre, et effugáre ab hac
creatúra olei, ut fiat ómnibus, qui eo usúri sunt, salus
mentis et córporis, in nómine Dei Patris ✠ omni-

poténtis, et Jesu ✠ Christi Filii ejus Dómini nostri, et Spíritus ✠ Sancti Parácliti, et in caritaté ejúsdem Dómini nostri Jesu Christi, qui ventúrus est judicáre vivos et mórtuos, et sæculum per ignem. **R.** Amen.

V. Dómine exaúdi oratióem meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

Dómine Deus omnípotens, cui astat exércitus Angelórum cum tremóre, quorum servítium spirituále cognóscitur, dignáre respícere, bene ✠ dícere, et sancti ✠ ficáre hanc creatúram ólei, quam ex olivárum succo eduxísti, et ex eo infirmos inúngi mandásti, quátenus sanitáte percépta, tibi Deo vivo et vero grátias ágerent: præsta, quæsumus; ut hi, qui hoc óleo, quod in tuo nómine bene ✠ dícimus, usi fúerint, ab omni languóre, omníque infirmitáte, atque cunctis insídiis inimíci liberéntur, et cunctæ adversitatés separéntur a plásmate tuo, quod pretiósó sángine Filii tui redemísti, ut numquam lædátur a morsu antíqui serpéntis. Per eúmdem Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. **R.** Amen.

Aspergat oleum aqua benedicta.

CAPUT 26.

BENEDICTIO HERBARUM

in festo Assumptionis B. Mariæ Virg.

Absoluta aspersione, si Festum venerit in Dominica, alioquin immediate ante majorem Missam, Officians pluviali solempni indutus ante Altare, conversus ad populum tenentem herbas, vel fructus, incipit voce intelligibili:

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

R. Qui fecit cœlum et terram.

Deinde dicat:

Psalmus 64.

Te decet hymnus Deus in Sion: * et tibi red-detur votum in Jerúsalem.

Exaúdi oratióem meam: * ad te omnis caro véniet.

Verba iniquórum prævalúerunt super nos: * et impietátibus nostris tu propitiáberis.

Beátus, quem elegísti, et assumpsísti: * inhabitábit in átriis tuis.

Replébimur in bonis domus tuæ: * sanctum est templum tuum, mirábile in æquitáte.

Exaúdi nos Deus salutáris noster: * spes ómnium finium terræ, et in mari longe.

Præparans montes in virtúte tua, accíntus poténtia: * qui contúrbas profúndum maris sonum flúctuum ejus.

Turbabúntur gentes, et ti-

mébunt, qui hábitant téminos a signis tuis: * éxitus matutíni et vésperæ delectábis.

Visitásti terram et inebriásti eam: * multiplicásti locupletáre eam.

Flumen Dei replétum est aquis, parásti cibum illórum: * quóniam ita est præparatio ejus.

Rivos ejus inébria, múltiplica genímína ejus: * in stílicidiis ejus lætábitur gérmí-nans.

Benedíces coronæ anni benignitátis tuæ: * et campi tui replebúntur ubertáte.

Pinguéscent speciósa desérti: * et exsultatióne colles accingéntur.

Indúti sunt aríetes óvium, et valles abundábunt fruménto: * clamábunt, étenim hymnum dicent.

Glória Patri. Sicut erat.

V. Dóminus dabit benignitátem.

R. Et terra nostra dabit fructum suum.

V. Rigans montes de superióribus suis.

R. De fructu óperum tuórum satiábitur terra.

V. Producens fœnum juméntis.

R. Et herbam servitúti hóminum.

V. Ut edúcas panem de terra.

R. Et vinum lætíficet cor hóminis.

V. Ut exhílalet fáciem in óleo.

R. Et panis cor hóminis confírmet.

V. Misit verbum suum, et sanávit eos.

R. Et erípuit eos de ómnibus interitióibus eórum.

V. Dómine exaúdi oratióem meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum. **R.** Et cum spírítu tuo.

Orémus.

Omnípotens sempitérne Deus, qui cœlum, terram, mare, visibília et invisibília, verbo tuo ex níhilo creásti, quique herbas, arborésque ad usus hóminum animalíumque terram gígnere, et unumquódque juxta seméntem in semetípso fructum habére præcepísti; atque non solum ut herbæ animántibus ad victum, sed ægris étiam corpóribus prodéssent ad medicaméntum, tua ineffábili pietáte concessísti: te súpplicemente et ore deprecámur, ut has diversí géneris herbas et fructus tua cleméntia bene ✠ dícas, et supra naturálem a te índitam virtútem, eis benedictiónis tuæ novæ grátiam infúndas; ut ad usum homínibus et juméntis in nómine tuo applicatæ, ómnium morborum et adversitátum efficiántur præsidium. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spírítus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. **R.** Amen.

Orémus.

Deus, qui per Móysen fámulum tuum mandásti filiis Israël, ut manípulos novórum frúctuum benedicéndo deférrent ad sacerdotés, tolleréntque fructus árboris pulchérrimæ, et lætaréntur coram te Dómino Deo suo: adésto propítius invocatióibus nostris, et infúnde tuæ bene ✠ dictiónis abundántiam super nos, et super manípulos novárum frugum, novárum herbárum, et frúctuum collectiónem, quæ cum gratiárum actiône tibi repræsentámus, et in nómine tuo in hac solemnitate bene ✠ dicimus; et concéde, ut homínibus, pecóribus, pecúdibus et juméntis contra morbos, pestes, úlceras, malefícia, incantatiónes, venefícia serpéntum, et aliórum venenosórum animálium et bestiárum morsus, nec non quæcúmque venéna, remédiu[m] præstent: atque contra diabólicas illusió-

nes, et machinationes, et fraudes tutamen ferant, in quocumque loco positum vel portatum aut habitum aliquid ex eis fuerit: quatenus cum manipulis bonorum operum, meritis beatae Mariae Virginis, cujus Assumptionis festum colimus, quo ipsa assumpta est, suscipi mereamur. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum: Qui tecum vivit et regnat etc.

R. Amen.

Orémus.

Deus, qui virgam Jesse, Genitricem Filii tui Domini nostri Jesu Christi, hodierna die ad caelorum fastigia ideo evexisti, ut per ejus suffragia et patrocinia fructum ventris illius, eundem Filium tuum, mortalitati nostrae communicares; te supplices exoramus; ut ejusdem Filii tui virtute, ejusque Genitricis glorioso patrocinio, istorum terrae fructuum praesidiis per temporalem ad aeternam salutem disponamur. Per eundem Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia saecula saeculorum. **R.** Amen.

Et benedictio Dei omnipotentis, Pa **✠** tris, et Fi **✠** lii, et Spiritus **✠** Sancti, descendat super has creaturas, et maneat semper. **R.** Amen.

Postea herbæ aqua benedicta aspergantur et thurificentur.

CAPUT 27.

BENEDICTIO VEXILLI PROCESSIONALIS.

V. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit caelum et terram.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum Spiritu tuo.

Orémus.

Domine Jesu Christe, cujus Ecclesia est veluti castrorum acies ordinata: bene **✠** dic hoc vexillum; ut omnes sub eo tibi Domino Deo exercituum

militantes, per intercessionem beati **N.** (vel beatae **N.**) inimicos suos visibiles et invisibiles in hoc saeculo superare, et post victoriam in caelis triumphare mereantur. Per te, Jesu Christe, qui vivis et regnas cum Deo Patre et Spiritu Sancto, in saecula saeculorum. **R.** Amen.

Deinde Vexillum aspergat aqua benedicta.

CAPUT 28.

BENEDICTIO PEREGRINORUM ad loca sancta prodeuntium.

Peregrini ad loca sancta profecturi, antequam discedant, juxta veteris Ecclesiae institutum, debent accipere patentes seu commendatitias litteras a suo Ordinario, seu Parocho. Quibus obtentis, et rebus suis dispositis, facta peccatorum suorum confessione, et audita Missa, in qua dicitur Oratio pro Peregrinantibus, Ss. Eucharistiam devote suscipiant. Expleta Missa, Sacerdos super eos genuflexos dicit sequentes preces:

Antiphona. **In viam pacis.**

Canticum. **Benedictus Dñs.** (pag. 252) in fine **Glória Patri**, etc.

Repetitur **Ant.** **In viam pacis et prosperitatis dirigat vos omnipotens et misericors Dominus: et Angelus Raphaël comitetur vobiscum in via, ut cum pace, salute, et gaudio revertamini ad propria.**

Kýrie eléison. Christe eléison. Kýrie eléison.
Pater noster. secreto.

V. Et ne nos inducas in tentationem.

R. Sed libera nos a malo.

V. Salvos fac servos tuos, Domine.

R. Deus meus, sperantes in te.

V. Mitte eis, Domine, auxilium de sancto.

R. Et de Sion tuere eos.

V. Esto eis, Domine, turris fortitudinis.

R. A facie inimici.

V. Nihil proficiat inimicus in eis.

R. Et filius iniquitatis non apponat nocere eis.

- V.** Benedíctus Dóminus die quotídie.
R. Prósperum íter fáciat nobis Deus salutárium nostrórum.
V. Vias tuas, Dómine, demónstra nobis.
R. Et sémitas tuas édoce nos.
V. Utinam dirigántur viæ nostræ.
R. Ad custodiéndas justificatiónes tuas.
V. Erunt prava in dirécta.
R. Et áspera in vias planas.
V. Angelis suis, Deus, mandávit de te.
R. Ut custódiant te in ómnibus viis tuis.
V. Dómine exáudi oratióem meam.
R. Et clamor meus ad te véniat.
V. Dóminus vobíscum. **R.** Et cum spírítu tuo.

Orémus.

Deus, qui filios Israël per maris médium sicco vestígio ire fecísti, quique tribus Magis iter ad te stella duce pandísti: tríbue eis, quæsumus, iter Prósperum, tempúsque tranquillum; ut Angelo tuo sancto cómite, ad eum, quo pergunt, locum, ac demum ad ætérnæ salutis portum feliciter váleant perveníre.

Deus, qui Abraham púerum tuum de Ur Chaldæórum edúctum, per omnes suæ peregrinatiónis vias illæsum custodísti: quæsumus, ut hos fámulos tuos custodíre dignéris; esto eis Dómine in procíntu suffrágium, in via solátium, in æstu umbráculum, in plúvia et frígore teguméntum, in lassitúdine vehículum, in adversitáte præsidium, in lúbrico báculus, in naufrágio portus: ut te duce, quo tendunt, prospere pervéniant, et demum incólumes ad própria revertántur.

Adésto, quæsumus Dómine, supplicatióibus nostris: et viam famulórum tuórum in salutis tuæ prosperitáte dispóne; ut inter omnes viæ et vitæ hujus varietátes tuo semper protegántur auxílio.

Præsta, quæsumus, omnipotens Deus: ut familia tua per viam salutis incédât; et beáti Joánnis Præcursóris hortaménta sectándo, ad eum, quem prædíxit, secúra pervéníat, Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum.

Exáudi Dómine preces nostras, et iter famulórum tuórum propítius comitáre, atque misericórdiam tuam, sicut ubíque es, ita ubíque largíre: quátenus a cunctis adversitatibus tua opitulatióne defénsi, gratiárum tibi réferant actiόνem. Per Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

Pax et benedictio ✠ Dei omnipoténtis, Patris et Fílii et Spíritus Sancti, descéndat super vos, et máneat semper. Amen.

Deinde aspergantur aqua benedicta.

Quodsi unus fuerit peregrinaturus, omnia dicuntur in numero singulari: ac si Sacerdos ipse, qui benedicit, fuerit socius peregrinationis, dicat in persona prima numeri pluralis, quatenus congruere videbitur.

CAPUT 29.

BENEDICTIO PEREGRINORUM POST REDITUM.

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

R. Qui fecit cœlum et terram.

Antiphona. Ecce sic benedicétur homo, qui timet Dóminum.

Psalmus 127. Beáti omnes. pag. 228.

Antiphona. Ecce sic benedicétur homo, qui timet Dóminum.

Kýrie eléison. Christe eléison. Kýrie eléison.
Pater noster. *secreto.*

V. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

R. Sed libera nos a malo.

V. Benedícti, qui véniunt in nómine Dómini.

R. Benedícti vos a Dómino, qui fecit cœlum et terram.

V. Réspice Dñe in servos tuos, et in ópera tua.

R. Et dirige eos in viam mandatórum tuórum.

V. Dómine exaúdi oratióem meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum. **R.** Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Largíre, quæsumus Dómine, fámulis tuis indulgéntiam placátus et pacem: ut páriter ab ómnibus mundéntur offénsis, et secúra tibi mente desérviant.

Omnípotens sempitérne Deus, nostrórum téporum, vitæque dispósitor, fámulis tuis continúæ tranquillitátis largíre subsidiúm: ut quos incólumes própriis labóribus reddidísti, tua fácias protectióne secúros.

Deus, humílium visitátor, qui nos fratérna dilectióne consoláris: præténde societáti nostræ grátiam tuam; ut per eos, in quibus hábitas, tuum in nobis sentiámus advéntum. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, etc. **R.** Amen.

Deinde aspergantur aqua benedicta a Sacerdote dicente:

Pax et benedictio ✠ Dei omnipoténtis, Patris, et Filii, et Spíritus Sancti, descéndat super vos, et máneat semper. **R.** Amen.

CAPUT 30.

BENEDICTIO DOMUS SCHOLARIS

noviter erectæ.

Die Dominicali vel Festivali, a Curato, et Patrono constituta et rite promulgata, Officians et qui adsunt sacerdotes et ministri, in domo parochiali, vel, si in loco, ubi schola benedicenda sit, domus parochialis non fuerit, in aliqua alia decenti domo, paramentis coloris albi induti, omnibus bene paratis, hora statuta, præcedente scholari juventute cum vexillo suo, choro et subdiacono cum Cruce, et sequente Patrono vel ejus Commisario, cum reliquis fidelibus ad hanc solemnitatem invitatis, bono

ordine in solempni processione, sub pulsu campanarum et cantu Litaniarum ad omnes Sanctos vel piorum hymnorum, ex domo parochiali in ecclesiam se conferunt, ubi Officians ad aram majorem, in infimo gradu genuflexus, tono consueto intonat sequentem Hymnum. Quod si vero ecclesia nulla sit in loco, sequentia dicantur in domo, e qua egrediuntur.

Veni Créator Spíritus: quem chorus prosequitur: **Mentes tuórum vísita, * Imple supérna grátia, * Quæ tu creásti péctora.**

Qui díceris Paráclitus, * Altíssimi donum Dei, * Fons vivus, ignis, caritas, * Et spiritális únctio.

Tu septifórmis múnere, * Dígitus Patérnæ dexteræ, * Tu rite promíssum Patris, * Sermóne ditans gúttura.

Accénde lumen sénsibus, * Infúnde amórem córdibus, * Infirma nostri córporis * Virtúte firmans pérpeti.

Hostem repéllas lóngius, * Pacémque dones prótinus: * Ductóre sic te prævio * Vitémus omne nóxium.

Per te sciámus da Patrem, * Noscámus atque Fílium: * Teque utriúsque Spíritum * Credámus omni témpore.

Deo Patri sit glória, * Et Fílio, qui a mórtuis * Surréxit, ac Paráclito, * In sæculórum sæcula. Amen.

Hoc finito cantatur:

V. Kýrie eléison. **R.** Christe eléison. **V.** Kýrie eléison. **Pater noster. secreto.**

V. Et ne nos indúcas in tentatióne.

R. Sed libera nos a malo.

V. Dómine exaúdi oratióne meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum. **R.** Et cum spírítu tuo.

Orémus.

Deus, qui corda fidélium Sancti Spíritus illustratióne docuísti: da nobis in eódem Spírítu recta sápere, et de ejus semper consolatióne gaudére.

Deus, cui omne cor patet, et omnis voluntas loquitur, et quem nullum latet secretum: purifica per infusionem Sancti Spiritus cogitationes cordis nostri; ut hanc nostram benedictionem digne perficere, et tuis fidelibus perinde optatam salutem procurare valeamus.

Actiones nostras, quæsumus Dómine, aspirando præveni, et adjuvando proséquere: ut cuncta nostra oratio et operatio a te semper incipiat, et per te cœpta finiatur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. **R.** Amen.

V. Sinite párvulos venire ad me.

R. Tálíum est enim regnum cœlórum.

Orémus.

Omnípotens sempitérne Deus, te suppliciter deprecámur, ut respícere dignéris super infántulos tuos: infúnde in corda eórum grátiam Spíritus Sancti; ut per eúmdem illumináti et edócti sciant, quid accéptum sit coram te omni témpore, et proficiant sapiéntia, ætáte et grátia. Per Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

R. Qui fecit cœlum et terram.

Diaconus: **V.** Procedámus in pace.

R. In nómine Christi. Amen.

Nunc Officians in processione solemní, sub cantu scholaris juventutis et pulsu campanarum, vadit ad Scholam benedicendam. Quo cum pervenerit Officians, stans ante januam exteriorem, cantat solus:

V. Pax huic dómui.

R. Et ómnibus habitántibus in ea.

Tunc intonat Antiphonam: **A**spérges me.

Et chorus prosequitur:

Dómine, hyssópo et mundábor: lavábis me, et super nivem dealbábor.

Miserére mei Deus: secúndum magnam miseri-
córdiam tuam.

Glória Patri, et Filio, et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípío, et nunc, et semper: et in
sæcula sæculórum. Amen.

Deinde repetitur Antiph. Aspérges me, Dómine, hys-
sópo et mundábor: lavábis me, et super nivem de-
albábor.

Interim dum hæc cantantur, Officians aspergit parietes ex-
teriores saltem in anteriori parte aqua benedicta.

His finitis, Officians cantat:

Ÿ. Dóminus vobíscum. R. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

Omnípotens et miséricors Deus, qui sacerdotibus
tuis tantam præ céteris grátiam contulísti, ut
quidquid in tuo nómine digne, perfectéque ab iis
ágitur, a te fieri credátur: quæsumus imménsam cle-
méntiam tuam; ut quidquid modo visitatúri sumus,
vísites, et quidquid benedictúri sumus, bene ✠ dicas,
sitque ad nostræ humilitátis intróitum, Sanctórum
tuórum méritis, fuga inimíci, Angeli pacis ingrèssus.

Dómine sancte, Pater omnípotens, per intercessió-
nem sanctórum Ignátii et Aloísii béne ✠ dic
domum istam, béne ✠ dic intróitum nostrum, béne ✠
dic ingrèssum pedum nostrórum: sicut dignátus es
domum Patriarchárum Abraham, Isaac, et Jacob be-
nedícere. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

Nunc sequitur ingressus. Officians intrando amplius Scholæ
cubiculum, cantat:

Ÿ. Pax huic dómui.

Chorus respondet:

R. Et ómnibus habitántibus in ea.

Progrediens cum Clero et choro ad mensam linteo albo tectam,
in qua inter duos cereos accensos Crucifixi imago est posita, cantat:

Ÿ. Dómine exaúdi oratióem meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

Ÿ. Dóminus vobíscum. R. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

Exáudi nos, Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: et mittere dignéris sanctum Angelum tuum de cœlis, qui custódiat, fóveat, prótegat, vísitet, atque deféndat omnes habitántes, docéntes et discéntes in hoc habitáculo. Per Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

Orémus.

Dómine Jesu Christe, qui discípulis tuis dixísti: In quamcúmque domum intravéritis, salutáte eam, dicéntes: Pax huic dómui; véniat quæsumus, pax illa super hanc domum, instituéndæ juventúti destinátam, et super omnes habitántes, docéntes et discéntes in ea; et eos, Dómine, ab omni infirmitáte erípere, et liberáre dignéris: reple docéntes in ea spíritu sciéntiæ, sapiéntiæ, et timóris tui; reple discéntes in ea grátia tua, ut, quæ salutáriter et útiliter edocéntur, intelléctu cápian, corde retíneant, ópere exsequántur, et in ómnibus nomen tuum honorificétur. Ad intróitum ergo nostrum bene ✠ dícere, et sanctificáre dignéris hanc scholam, et intra paríetes domus istíus Angeli tuæ lucis hábitent, eámque et in ea habitántes, docéntes et discéntes custódiant: Qui vivis et regnas in sæcula sæculórum. **R.** Amen.

Postea Officians intonat Antiphonam: Aspérges me, et chorus prosequitur, ut supra pag. 277. Interim fit aspersione cubuli aqua benedicta. Reversus ad mensam Officians imponit thus in thuribulum, et benedicit illud, dicens:

Per intercessiónem sancti Michaélis Archángeli, stantis a dextris altáris incénsi, et ómnium sanctórum Angelórum, incénsus istud dignéris, Dómine, bene ✠ dícere, et in odórem suavitátis accípere. Per Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

Hoc dicto, sumit Officians thuribulum, et incensat cubiculum, choro cantante:

Incénsus istud, a te benedíctus, ascéndat ad te, Dómine: et descéndat super nos misericórdia tua.

Psalmus 140.

Dirigatur, Dómine, oratio mea, sicut incensum in conspectu tuo: * elevatio manuum mearum, sacrificium vespertinum.

Pone Dómine custodiam ori

meo: * et ostium circumstantiæ lábiis meis.

Non declinet cor meum in verba malitiæ, * ad excusandas excusationes in peccatis.

Glória Patri.

Sicut erat.

Incensatione peracta, Officians stans coram imagine Crucifixi, cantat:

Ps. Dóminus vobiscum. **R.** Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Visita, quæsumus Dómine, habitationem istam, et omnes insidias inimici ab ea longe repelle: Angeli tui sancti habitent in ea, qui omnes hic habitantes, docentes et discentes in pace custodiant, et benedictio tua super illos sit semper.

Bene ✠ dic, Dómine, domum istam, et sit ibi sanitas, sanctitas, virtus et glória, humilitas, bonitas, mansuetudo, lenitas, docilitas, et plenitudo legis, obediéntia et gratiarum actio Deo Patri, et Filio, et Spíritui Sancto. Et hæc benedictio sit super hanc domum et locum istum: atque super omnes habitantes, docentes et discentes in eo descendat septiformis grátia Spíritus Sancti. Per Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

Officians nunc affigit sanctam Crucem in loco apto cubiculi, dicendo:

Signum salutis impóne Dómine super hanc domum: et non permittas introire in eam angelum percutientem. In nómine Pa ✠ tris, et Fí ✠ lii, et Spíritus ✠ Sancti. **R.** Amen.

Versus Crucem:

Orémus.

Omnípotens, sempitérne Deus, qui in omni loco dominationis tuæ totus assistis, solus operáris: adesto supplicationibus nostris, ut hujus domus sis protector, et nulla hic nequítia contrariæ potestátis

obsístat; sed in virtúte sanctæ crucis et operatióne Spíritus Sancti fiat tibi hic purum servítium, et devóta libértas exsístat. Per Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

Orémus.

Adésto nobis, Dómine, Deus noster: et eos, qui in sanctæ crucis præsidio confidunt, perpétuis defénde auxiliis. Per Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

Tandem benedicit Officians cubiculo et omnibus præsentibus manu dextera, formans signum crucis, et dicens:

Benedictio Dei omnipoténtis, Pa ✠ tris, et Fí ✠ lii, et Spíritus ✠ Sancti, descéndat super hanc domum, super omnes habitántes, docéntes et discéntes in ea, super nos omnes, et máneat semper. **R.** Amen.

His finitis sub cantu juventutis et pulsu campanarum processionaliter fit reditus in Ecclesiam statuto ordine, ubi celebratur Missa conveniens Officio diei.

CAPUT 31.

BENEDICTIO INSTRUMENTORUM ORGANI IN ECCLESIA.

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

R. Qui fecit cœlum et terram.

Psalmus 150.

Laudáte Dóminum in sanctis ejus: * laudáte eum in firmaménto virtútis ejus.

Laudáte eum in virtútibus ejus: * laudáte eum secúndum multitudínem magnitudínis ejus.

Laudáte eum in sono tubæ:

* laudáte eum in psaltério et cíthara.

Laudáte eum in týmpano et choro: * laudáte eum in chordis et órgano.

Laudáte eum in cýmbalis bene sonántibus, laudáte eum in cýmbalis jubilatiónis: * omnis spíritus laudet Dñm.

Glória Patri. Sicut erat.

V. Laudáte Dóminum in týmpano et choro.

R. Laudáte eum in chordis et órgano.

V. Dóminus vobíscum. **R.** Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Deus, qui per Móysen fámulum tuum tubas ad canéndum super sacrificiis, nómini tuo offeréndis, fácere præcepísti, quique per filios Israël in tubis et cýmbalis laudem tui nóminis decantári voluísti: béne ✠ dic, quæsumus, hoc instruméntum órgani, cúltui tuo dedicátum; et præsta, ut fidéles tui in cánticis spirituálibus jubilántes in terris, ad gaúdia æténa perveníre mereántur in coelis. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. **R.** Amen.

CAPUT 32.

BENEDICTIO LOCI

in quo, licentia ab Ordinario data,
transitorie seu ad tempus Missa celebranda est.

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

R. Qui fecit cœlum et terram.

V. Dóminus vobíscum. **R.** Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Deus, qui loca tuo nómini dicánda sanctíficas, effúnde super hanc oratiónis domum grátiam tuam, ut ab ómnibus hic nomen tuum invocántibus auxiliúm tuæ misericórdiæ sentiátur. Per Dóminum nostrum etc. **R.** Amen.

Et aspergat aqua benedicta.

CAPUT 33.

BENEDICTIO AD OMNIA.

Hæc benedictionis formula adhiberi potest a quovis Sacerdote pro omnibus rebus, de quibus specialis benedictio non habetur in Rituali Romano.

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

R. Qui fecit cœlum et terram.

V. Dóminus vobíscum. **R.** Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Deus, cujus verbo sanctificántur ómnia, benedictiónem tuam effúnde super creatúram istam (vel creatúras istas): et præsta, ut quisquis ea (vel eis) secúndum legem et voluntátem tuam cum gratiárum actióne usus fúerit, per invocatiónem sanctíssimi Nómínis tui, córporis sanitátem, et ánimæ tutelam, te auctóre, percípiat. Per Christum Dóminum nostrum.

R̄. Amen.

Deinde illam (vel illas) Sacerdos aspergit aqua benedicta.

CAPUT 34.

Methodus pro erigendis Stationibus
VIÆ CRUCIS.*Propria Ordinis Minorum Observantium S. Francisci.*

Sacerdos superpelliceo et stola violacei coloris indutus, uno saltem clerico adhibito, qui ei opportuno tempore porrigere possit vasculum aquæ benedictæ cum aspersorio, et thuribulum cum incensi navicula, ascendit Altare, ibique stans brevi sermone super præstantia et utilitate pii exercitii Viæ Crucis populum alloquetur. Deinde genuflexus in infimo gradu intonabit Hymnum: Veni Créator Spíritus etc. ut supra. pag. 276.

V̄. Emítte Spíritum tuum, et creabúntur.

R̄. Et renovábis fáciem terræ.

Orémus.

Deus, qui corda fidélium Sancti Spíritus illustratióne docuísti: da nobis in eódem Spíritu recta sápere, et de ejus semper consolatióne gaudére.

Defénde, quæsumus Dómine, beáta María semper Vírgine intercedénte, pópulum istum (vel familiam istam) ab omni adversitaté: et toto corde tibi prostrátum (vel prostrátam), ab hóstium propítius tuére cleménter insídiis.

Actiões nostras, quæsumus Dómine, aspirándo præveni, et adjuvándo proséquere: ut cuncta nostra oratio et operatio a te semper incípiat, et per te

coepta finiatur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Filium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitate Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. **R.** Amen.

BENEDICTIO TABULARUM PICTARUM

si adsunt.

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

R. Qui fecit cœlum et terram.

V. Dóminus vobíscum. **R.** Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Omnípotens sempitérne Deus, qui Sanctórum tuórum imáges sculpi aut pingi non réprobas, ut quóties illas óculis córporis intuémur, tóties eórum actus et sanctitátem ad imitándum memóriæ óculis meditémur: has, quæsumus, imáges, in honórem et memóriam unigéniti Fílii tui Dómini nostri Jesu Christi adaptátas, bene ✠ dicere, et sancti ✠ ficáre dignéris; et præsta, ut quicúmque coram illis unigénitum Filium tuum suppliciter cólere, et honoráre studérit, illius méritis et obténtu, a te grátiam in præsentí, et ætérnam glóriam obtíneat in futúro. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

Tunc Sacerdos eas aspergit aqua benedicta, et incensat. In Oratorio privato omitti potest incensatio.

BENEDICTIO CRUCIUM

quæ ex ligno esse debent.

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

R. Qui fecit cœlum et terram.

V. Dóminus vobíscum. **R.** Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Rogámus te, Dómine sancte, Pater omnípotens, sempitérne Deus: ut dignéris bene ✠ dicere hæc signa Crucis, ut sint remédia salutária géneri humano; sint solíditas fídei, bonórum óperum proféctus, et redemptio animárum; sint solámen, et pro-

tectio, ac tutelâ contra sæva jácula inimicórum. Per Christum Dóminum nostrum. *R.* Amen.

Orémus.

Béne ✠ dic, Dómine, has Cruces, quia per Crucem sanctam tuam eripuísti mundum a potestáte dáemonum, et superásti passióne tua suggestórem peccáti, qui gaudébat in prævaricatióne primi hóminis per ligni vétiti sumptiónem.

Tunc Sacerdos eas aspergens dicat:

Sanctificéntur ista Crucis signa in nómine Patris ✠, et Fílii ✠, et Spíritus ✠ Sancti: ut orántes, inclinántesque se propter Deum ante istas Cruces, invéniant sanitátem ánimæ, et córporis. Per Christum Dóminum nostrum. *R.* Amen.

Deinde cantatur sequens

Hymnus.

Vexílla Regis pródeunt, * Fulget Crucis mystérium, * Qua vita mortem pértulit, * Et morte vitam prótulit.

Quæ vulneráta lánceæ * Mucróné diro, críminum * Ut nos laváret sórdibus, * Manávit unda, et ságuine.

Impléta sunt, quæ cóncinit * David fidéli cármine, * Dicéndo natióibus: * Regnávit a ligno Deus.

Arbor decóra et fúlgida, * Ornáta regis púrpura, * Elécta digno stípíte * Tam sancta membra tángere.

Beáta, cujus bráchiis * Prétium pepéndit sæculi, * Statéra facta córporis, * Tulítque prædam tártari.

O Crux, ave, spes única, * Hoc passiónis témpore, * Piis adaúge grátiam, * Reisque dele crímina.

Te, fons salútis, Trínitas, * Collaúdet omnis spíritus: * Quibus Crucis victóriam * Largíris, adde præmíum. Amen.

Loco Versus Hoc passionis tempore, qui dicitur tempore Passionis, tempore paschali dicitur: Paschale quæ fers gaudium; alio tempore: In hac triumphi gloria.

Hymnus.

Stabat mater dolorosa * Juxta Crucem lacrimosa,
* Dum pendebat Filius.

Cujus animam gementem, * Contristatam et dolentem,
* Pertransiuit gladius.

O quam tristis et afflicta * Fuit illa benedicta *
Mater Unigeniti!

Quæ moerebat, et dolébat, * Pia mater, dum videbat *
Nati pœnas inclyti.

Quis est homo, qui non fleret, * Matrem Christi si videret *
In tanto supplicio?

Quis non posset contristari, * Christi matrem contemplari *
Dolentem cum Filio?

Pro peccatis suæ gentis * Vidit Jesum in tormentis, *
Et flagellis subditum.

Vidit suum dulcem Natum * Moriendo desolatum, *
Dum emisit spiritum.

Eja mater, fons amoris, * Me sentire vim doloris *
Fac, ut tecum lugeam.

Fac ut ardeat cor meum * In amando Christum Deum, *
Ut sibi compláceam. Amen.

Sacerdos accedens ad locum primæ Stationis, osculatur Crucem et tabulam, easque, vel per se, vel per laicum decenti habitu indutum, collocat in loco ad id præparato; deinde, legit meditationem et preces huic Stationi respondentes: quod et fiet in ceteris Stationibus. Quibus finitis cantatur

Hymnus.

Te Deum laudamus: * te Dóminum confitemur.

Te ætérnum Patrem * omnis terra venerátur.

Tibi omnes Angeli, * tibi cœli, et univérsæ potestates:

Tibi Chérubim et Séraphim * incessábili voce proclamant:

Sanctus, Sanctus, Sanctus * Dóminus Deus Sá-
baóth.

Pleni sunt cœli et terra * majestátis glóriæ tuæ.

Te gloriósus * Apostolórum chorus:

Te Prophetárum * laudábilis númerus:

Te Mártyrum candidátus * laudat exércitus.

Te per orbem terrárum * sancta confitétur Ec-
clésia:

Patrem * imménsæ majestátis:

Venerándum tuum verum: * et únicum Fílium:

Sanctum quoque * Paráclitum Spíritum.

Tu Rex glóriæ, * Christe.

Tu Patris * sempitérnus es Fílius.

Tu ad liberándum susceptúrus hóminem, * non
horruísti Vírginis úterum.

Tu devícto mortis acúleo, * aperuísti credénti-
bus regna cœlórum.

Tu ad dexteram Dei sedes, * in glória Patris.

Judex créderis * esse ventúrus.

Te ergo quæsumus, tuis fámulis súbveni, * quos
pretiósó sángine redemísti.

ÆtéRNA fac cum sanctis tuis * in glória numerári.

Salvum fac pópulum tuum Dómine, * et bédedic
hæreditáti tuæ.

Et rege eos, * et extólle illos usque in ætéRnum.

Per síngulos dies * bédicimus te.

Et laudámus nomen tuum in sæculum, * et in
sæculum sæculi.

Dignáre Dómine die isto * sine peccáto nos
custodíre.

Miserére nostri Dómine, * miserére nostri.

Fiat misericórdia tua Dómine super nos, * quem-
ádmódum sperávimus in te.

In te Dómine sperávi: * non confúndar in ætéRnum.

V. Benedicámus Patrem, et Fílium cum Sancto
Spíritu.

R. Laudémus, et superexaltémus eum in sæcula.

Orémus.

Deus, cujus misericordiæ non est númerus, et bonitátis infínitus est thesáurus, piússimæ majestáti tuæ pro collátis donis grátias ágimus: tuam semper cleméntiam exorántes; ut qui peténtibus postuláta concédis, eósdem non déserens, ad præmia futúra dispónas. Per Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

Tunc Sacerdos benedicit populum cum Cruce.

FORMULA AD FIDEM FACIENDAM
de erectione Viæ Crucis.

Vigore facultatis mihi commissæ Ego **N. N.** Viam Crucis cum annexis Indulgentiis erexi in loco ut supra in precibus etc. juxta regulas a S. Indulgentiarum Congregatione die 10. Maji 1742 præscriptas. In quorum fidem testimonium hoc mea manu exaravi hac die etc.

CAPUT 35.

BENEDICTIO

ROSARIORUM CONFRATERNITATIS ROSARII.

Propria Ordinis Prædicatorum, ab iis facienda, qui habent licentiam.

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

R. Qui fecit cœlum et terram.

V. Dómine exaúdi oratióem meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum. **R.** Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Omnípotens et miséricors Deus, qui propter exímiam caritátem tuam, qua dilexísti nos, Fílium tuum unigénitum, Dóminum nostrum Jesum Christum, de cœlis in terram descéndere, et de Beatíssimæ Vírginis Mariæ Dóminæ nostræ útero sacratíssimo, Angelo nuntiánte, carnem suscípere, crucémque ac mortem subíre, et tértia die glorióse a mórtuis re-

súrgere voluísti, ut nos eríperes de potestáte diá-boli: obsecrámus imménsam cleméntiam tuam; ut hæc signa Rosárii, in honórem et laudem ejúsdem Genitrícis Filii tui ab Ecclésia tua fidéli dicáta, bene ✠ dicas, et sancti ✠ fices, eisque tantam infúndas virtútem Spíritus Sancti, ut quicúmque horum quódlibet secum portáverit, atque in domo sua reverén-ter tenúerit, et in eis ad te, secúndum hujus sanctæ Societátis institúta, divína contempládo mystéria devóte oráverit, salúbri et perseveránti devotióne abúndet, sitque consors et párticeps ómnium gra-tiárum, privilegiórum, et indulgentiárum, quæ eidem Societáti per sanctam Sedem Apostólicam concéssa fuérunt, ab omni hoste visíbili et invisíbili semper et ubíque in hoc sæculo liberétur, et in éxitu suo ab ipsa Beatíssima Vírgine María Dei Genitríce tibi plenus bonis opéribus præsentári mereátur. Per eúndem Dóminum nostrum Jesum Christum Filium tuum, etc. **R.** Amen.

Deinde aspergantur aqua benedicta.

CAPUT 36.

Benedictio habitus ac receptio Confratrum B. MARIE VIRG. DE MONTE CARMELO.

Propria Ordinis Carmelitarum, ab iis facienda, qui habent licentiam.

Sodalitati huic nomen daturus, ipsa die ad Pœnitentiæ atque Eucha-ristiæ Sacramenta accedat, ut plenariam Indulgentiam a Paulo V. concessam lucrari valeat.

Si fieri potest, Scapulare benedicendum est ad Altare Beatis-simæ Virginis Mariæ de monte Carmelo, duobus cereis accensis.

Sacerdos superpelliceum induat, una cum stola albi coloris.

Genuflexo qui habitum recipit, Sacerdos stans dicat:

Suscépinus, Deus, misericórdiam tuam in médio templi tui: secúndum nomen tuum, Deus, sic et laus tua in fines terræ: justítia plena est dextera tua.

Kýrie eléison. Christe eléison. Kýrie eléison.
Pater noster. secreto.

V. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

R. Sed líbera nos a malo.

V. Salvum fac servum tuum, Dómine.

R. Deus meus sperántem in te.

V. Mitte ei, Dómine, auxiliúm de sancto.

R. Et de Sion tuére eum.

V. Nihil proficiat inimícus in eo.

R. Et filius iniquitátis non appónat nocére ei.

V. Dómine exaúdi oratiónem meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

Suscípiat te Christus in número fidélium suórum, et nos, licet indígni, te suscípimus in oratióibus nostris. Concédát tibi Deus per Unigénitum suum, mediatórem Dei et hóminum, tempus bene vivéndi, locum bene agéndi, constántiam bene perseverándi, et ad ætérnæ vitæ hæreditátem felíciter perveniéndi: et sicut nos hódie fratérna cáritas spirituáliter jungit in terris, ita divína píetas, quæ dilectiÓNis est aucatrix et amátrix, nos cum fidélibus suis conjúgere dignétur in cœlis. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

R. Qui fecit cœlum et terram.

V. Sit nomen Dómini benedíctum.

R. Ex hoc nunc, et usque in sœculum.

V. Dómine exaúdi oratiónem meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

Ætérne Pater et omnípotens Deus, qui Unigénitum tuum vestem nostræ mortalitátis indúere voluísti: obsecrámus, imménsam tuæ largitátis be-

ne ✠ dictionem in hoc genus effluere vestimenti, quod sancti Patres ad innocentiae et humilitatis indicium a renuntiantibus saeculo gestari sanxerunt; et sic ipsum bene ✠ dicere digneris, ut quicumque eo usus fuerit, induere mereatur ipsum Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia saecula saeculorum. **R.** Amen.

Orémus.

Suppliciter te, Dómine, rogámus, ut super hunc hábitum servo tuo (**vel** ancillae tuae) imponendum bene ✠ dictio tua benigna descendat: ut sit bene ✠ dictus, atque divina virtute procul pellantur hostium nostrorum visibílium et invisibílium tela nequissima. **R.** Amen.

Aspergat habitum aqua benedicta, et imponendo dicat:

Accipe vir devóte (**vel** devóta mulier) hunc hábitum benedíctum: precántes sanctíssimam Vírginem, ut ejus méritis illum pérferas sine mácula, et te ab omni adversitate deféndat, atque ad vitam perdúcat aetérnam. **R.** Amen.

Adésto, Dómine, supplicatióibus nostris: et hunc fámulum tuum (**vel** hanc ancillam tuam), quem (**vel** quam) Sodalitati sanctae Religiónis Carmelitárum sociámus, perpétua tríbue firmitate corroborári, ut, perseveránti propósito, in omni sanctitate tibi váleat famulári.

Prótege, Dómine, fámulum tuum (**vel** ancillam tuam) subsidiis pacis, et beátæ Mariæ semper Vírginis patrocíniis confidéntem, a cunctis hóstibus redde secúrum (**vel** secúram).

Bene ✠ dicat te cónditor coeli et terrae, Deus omnípotens, qui te eligere dignátus est ad Beatíssimæ Vírginis Mariæ de Monte Carmélo Societátem et Confraternitátem: quam precámur, ut in hora óbitus tui cónterat caput serpéntis, qui tibi est adversárius,

et tandem tamquam victor palmam, et corónam sempiternæ hæreditátis consequáris. Per Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

Si autem habitus solum sit benedicendus, incipitur a **V.** Adjutórium nostrum, usque ad Orationem Suppliciter, inclusive.

Deinde aspergat Confratrem aqua benedicta, et subjungat:

Ego auctoritáte, qua fungor, et mihi concéssa, recípio te ad Confraternitátem sacrae Religiónis Carmelitárum, et invéstio, ac participem te fácio ómnium bonórum spirituálium ejúsdem Ordinis. In nómine Patris, et Fí ✠ lii, et Spíritus Sancti. **R.** Amen.

His expletis describatur Confratris nomen in codice Confraternitatis, et paucis, sed efficacioribus verbis Sacerdos eum adhortetur ad caute, pie, sancteque vivendum, ne Deiparam offendat, quam in posterum peculiari devotionis obsequio et affectu colere, ac veluti singularem ac dulcissimam matrem prosequi fas erit.

—◆—

CAPUT 37.

BENEDICTIONES AB EPISCOPIS

VEL ALIIS FACULTATEM HABENTIBUS FACIENDÆ.*

—◆—

BENEDICTIO SACERDOTALIUM INDUMENTORUM

in genere.

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

R. Qui fecit cælum et terram.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Omnípotens sempitérne Deus, qui per Móysen fámulum tuum pontificália, et sacerdotália, seu levítica vestiménta, ad expléndum in conspéctu tuo ministérium eórum, ad honórem et decórem nóminis tui fieri decrevísti: adésto propítius invocatióibus nostris: et hæc induménta sacerdotália, désuper irri-

* Facultas ad faciendas benedictiones a cap. 37. usque ad cap. 44. incl. assignatas omnibus paróchis delegata est. (Amtl. Kirchenblatt 1899 Nr. 12.)

gánte grátia tua, ingénti benedictióne per nostræ humilitátis servítium puri ✠ ficáre, bene ✠ dícere, et conse ✠ cráre dignéris: ut divínis cúltribus et sacris mystériis apta et benedícta exsístant: his quoque sacris véstibus Pontífices, et Sacerdótes, seu Levítæ tui indúti, ab ómnibus impulsiónibus, seu tentatióibus malignórum spírítuum muníti et defénsi esse mereántur; tuisque mystériis apte et condígne servíre et inhærére, atque in his tibi plácite et devóte perseveráre tribue. Per Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

Orémus.

Deus, invíctæ virtútis triumphátor, et ómnium rerum creátor ac sanctificátor: inténde propítius preces nostras: et hæc induménta levíticæ, sacerdotális, et pontificális glóriæ, ministris tuis frúnda, tuo ore próprio bene ✠ dícere, sancti ✠ ficáre, et conse ✠ cráre dignéris: omnésque eis uténtes, tuis mystériis aptos, et tibi in eis devóte ac laudabíliter serviéntes, gratos effícere dignéris. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, etc. R. Amen.

Orémus.

Dómine Deus omnípotens, qui vestiménta Pontíficibus, Sacerdótibus, et Levítis in usum tabernáculi fœderis necessária, Móysen fámulum tuum ágere jussísti, eúmque spírítu sapiéntiæ ad id peragéndum replevísti: hæc vestiménta in usum et cultum mystérii tui bene ✠ dícere, sancti ✠ ficáre, et conse ✠ cráre dignéris: atque ministros altáris tui, qui ea indúerint, septifórmis Spírítus grátia dignánter repléri, atque castitátis stola, beáta fácias cum bonórum fructu óperum ministérii congruéntis immortalitáte vestíri. Per Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

Deinde aspergit ipsa indumenta aqua benedicta.

Hæc formula generalis a Sacerdotibus absque ulla mutatione et sine nominatione singulorum paramentorum adhibenda est in

benedictione Amictus, Albæ, Manipuli, Stolæ, Casulæ, Pluvialis, Dalmaticæ, Tunicellæ ac Superpellicei. (S. R. C. 7. Sept. 1850.) Purificatorium non debet benedici. (S. R. C. 7. Sept. 1816.)

CAPUT 38.

BENEDICTIO MAPPARUM

sive Linteaminum Altaris.

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

R. Qui fecit cœlum et terram.

V. Dóminus vobíscum. **R.** Et cum spírítu tuo.

Orémus.

Exáudi, Dómine, preces nostras: et hæc linteámina sacri Altáris úsui præparáta, bene ✠ dicere, et sancti ✠ ficáre dignéris. Per Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

Orémus.

Dómine Deus omnípotens, qui Móysen fámulum tuum, ornáménta et linteámina fácere per quadragínta dies docuísti: quæ étiam María téxuit, et fecit in usum ministérii, et tabernáculi fœderis; bene ✠ dicere, sancti ✠ ficáre, et conse ✠ cráre dignéris hæc linteámina ad tegéndum, involvendúmque altáre gloriosíssimi Filii tui Dómini nostri Jesu Christi: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spírítus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. **R.** Amen.

Deinde aspergit ea aqua benedicta.

CAPUT 39.

BENEDICTIO CORPORALIUM.

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

R. Qui fecit cœlum et terram.

V. Dóminus vobíscum. **R.** Et cum spírítu tuo.

Orémus.

Clementíssime Dómine, cujus inenarrábilis est virtus, cujus mystéria arcánis mirábilibus celebrán-

tur: tríbue, quæsumus: ut hoc linteámen tuæ propitiatiónis bene ✠ dictione sanctificétur ad consecrándum super illud corpus et sánguinem Dei, et Dómini nostri Jesu Christi Fílii tui: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, etc. **R.** Amen.

Orémus.

Omnípotens sempitérne Deus, bene ✠ dícere, sancti ✠ ficáre, et conse ✠ cráre dignéris linteámen istud ad tegéndum, involvéndumque corpus et sánguinem Dómini nostri Jesu Christi Fílii tui: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. **R.** Amen.

Orémus.

Omnípotens Deus, mánibus nostris opem tuæ benedictiónis infúnde: ut per nostram bene ✠ dictionem hoc linteámen sanctificétur, et córporis ac sánguinis Redemptóris nostri novum sudárium, Spíritus Sancti grátia efficiátur. Per eúndem Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitáte ejúsdem Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

R. Amen.

Et aspergat aqua benedicta.

CAPUT 40.

BENEDICTIO TABERNACULI

seu Vasculi pro sacrosancta Eucharistia conservanda.

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

R. Qui fecit cœlum et terram.

V. Dóminus vobíscum. **R.** Et cum spírítu tuo.

Orémus.

Omnípotens, sempitérne Deus, Majestátem tuam súpplices deprecámur: ut vásculum hoc pro Córpore Fílii tui Dómini nostri Jesu Christi in eo condéndo fabricátum, bene ✠ dictionis tuæ grátia

dicare digneris. Per eundem Dominum nostrum
Jesum Christum Filium tuum: Qui tecum vivit et
regnat, etc. *R.* Amen.

Deinde aspergit ea aqua benedicta.

CAPUT 41.

BENEDICTIO VASORUM

pro sacris Oleis includendis.

V. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit cœlum et terram.

V. Dominus vobiscum. *R.* Et cum spiritu tuo.

Orémus.

Exaudi Domine, Pater clementissime, preces no-
stras: et hæc purificanda vasa, Ecclesiæ tuæ
sacri ministerii usui præparata, bene ✠ dicere, et
sancti ✠ ficare digneris. Per Christum Dominum
nostrum. *R.* Amen.

Orémus.

Omnipotens sempiternæ Deus, a quo omnia im-
munda purgantur, et in quo omnia purgata cla-
rescunt: supplices omnipotentiam tuam invocamus;
ut ab his vasis, quæ tibi offerunt famuli tui, omnis
spiritus immundus confusus longe discédât, et per
tuam benedictionem ad usum et ministerium Ecclé-
siæ tuæ sanctificata permáneant. Per Christum Dó-
minum nostrum. *R.* Amen.

Deinde aspergit ea aqua benedicta.

CAPUT 42.

BENEDICTIO OSTENSORII (MONSTRANTILÆ)

pro Ss. Sacramento fidelium venerationi exponendo.

V. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit cœlum et terram.

V. Dominus vobiscum. *R.* Et cum spiritu tuo.

Orémus.

Omnípotens, sempitérne Deus, vásculum istud pro Fílii tui, Dómini nostri Jesu Christi Córpoze fidélium veneratióni exponéndo fabrefáctum bene ✠ dicere et sancti ✠ ficáre dignáre: ut omnes, qui eúndem Unigénitum in hoc sæculo pio afféctu venerántur, et in futúro perpétuam pietátis suæ mercedem accípiant. Per eúndem Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

Deinde sacerdos Ostensorium aspergat aqua benedicta.

CAPUT 43.

BENEDICTIO NOVÆ CRUCIS.

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

R. Qui fecit cœlum et terram.

V. Dómine exáudi oratióem meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

Rogámus te, Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: ut dignéris bene ✠ dicere hoc signum crucis tuæ: ut sit remédium salutáre géneri humano; sit solíditas fidei, proféctus bonórum óperum, redéptio animárum; sit solámen, et protéctio, ac tutéla contra sæva jácula inimicórum. Per Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

Alia Oratio ad idem.

Bene ✠ dic Dómine Jesu Christe, hanc crucem, per quam eripuísti mundum a potestáte dáemonum, et superásti passióne tua suggestórem peccáti, qui gaudébat in prævaricatióne primi hóminis per ligni vétiti sumptiÓnem. (Hic aspergat aqua benedicta.) Sanctificétur hoc signum crucis in nómine Patris ✠, et Fílii ✠ et Spírítus ✠ Sancti; ut orántes, inclinan-

tésque se propter Dóminum ante istam crucem, in-
 véniant córporis et ánimæ sanitátem. Per Christum
 Dóminum nostrum. **R.** Amen.

Postea Sacerdos genuflexus ante crucem devote adorat, et
 osculatur, et idem faciunt quicumque voluerint.

CAPUT 44.

BENEDICTIO IMAGINUM

Jesu Christi Domini nostri, beatæ Mariæ Virginis
 et aliorum Sanctorum.

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

R. Qui fecit cœlum et terram.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Omnípotens, sempitérne Deus, qui Sanctórum tuó-
 rum imágenes (sive effigies) sculpi, aut pingi
 non réprobas, ut quóties illas óculis córporis intué-
 mur, tóties eórum actus et sanctitátem ad imitán-
 dum memóriæ óculis meditémur: hanc, quæsumus,
 imáginem (seu sculptúram) in honórem et memóriam
 unigéniti Filii tui Dómini nostri Jesu Christi (vel
 beatíssimæ Vírginis Mariæ, matris Dómini nostri
 Jesu Christi, vel beáti N. Apóstoli tui, vel Mártiris,
 vel Confessóris, aut Pontíficis, aut Vírginis) adaptá-
 tam bene ✠ dicere, et sancti ✠ ficáre dignéris: et
 præsta; ut quicumque coram illa unigénitum Fílium
 tuum (vel beatíssimam Vírginem, vel gloriósum Apó-
 stolum, sive Mártirem, sive Confessórem, aut Vír-
 ginem) supplicíter cólere et honoráre studúerit, illius
 méritis et obténtu a te grátiam in præsentí, et ætér-
 nam glóriam obtíneat in futúrum. Per Christum
 Dóminum nostrum. **R.** Amen.

Ultimo aspergat aqua benedicta.

CAPUT 45.
RITUS BENEDICENDI ET IMPONENDI
PRIMARIUM LAPIDEM
PRO ECCLESIA ÆDIFICANDA

SERVANDUS A SACERDOTE FACULTATEM HABENTE AB EPISCOPO.

Ecclēsiā ex Episcopi auctoritate tantum, juxta sacrorum Canonum decreta, ædificari fas est. Si vero Sacerdos, ejus ædificationis primarium lapidem benedicendi potestatem habens, ejusmodi functionem peragat, hunc ritum servabit.

2. Pridie quam primarius lapis benedicatur, ligneam crucem in loco, ubi debet esse Altare, figat ipse, vel alius Sacerdos. Sequenti vero die lapis in Ecclesiæ fundatione ponendus, qui debet esse quadratus, et angularis, benedicatur hoc modo.

3. Sacerdos indutus amictu, alba, cingulo, stola, et pluviali albi coloris, adhibitis aliquot Sacerdotibus et Clericis, sal et aquam benedicit, nisi prius in promptu habeat jam benedictam ordinaria benedictione, ut supra (pag. 238) et interim, dum cantatur a Clericis Antiphona cum Psalmo sequenti, aspergit locum, ubi crux posita est, cum aqua benedicta.

Antiph. Signum salutis pone, Dómine Jesu Christe, in loco isto: et non permittas introíre Angelum percutiéntem.

Psalmus 83.

Quam dilécta tabernácula tua Dómine virtútum: * concupiscit, et déficit ánima mea in átria Dómini.

Cor meum, et caro mea * exsultavérunt in Deum vivum.

Etenim passer invénit sibi domum: * et turtur nidum sibi, ubi ponat pullos suos.

Altária tua Dómine virtútum: * rex meus, et Deus meus.

Beáti, qui hábitant in do-

mo tua Dómine: * in sæcula sæculórum laudábunt te.

Beátus vir, cujus est auxiliū abs te: * ascensiónes in corde suo dispósuit, in valle lacrymárum in loco, quem pósuit.

Etenim benedictiónem dabit legislátor, ibunt de virtúte in virtútem: * vidébitur Deus deórum in Sion.

Dómine Deus virtútum exaúdi oratióem meam: * aúribus pércipe Deus Jacob.

Protéctor noster aspice De-

us: * et respice in faciem Christi tui:

Quia melior est dies una in atriis tuis, * super milia.

Elégi abjectus esse in domo Dei mei: * magis quam habitare in tabernaculis peccatorum.

Quia misericordiam, et ve-

ritatem diligit Deus: * gratiam, et gloriam dabit Dominus.

Non privabit bonis eos, qui ambulant in innocentia: * Domine virtutum, beatus homo, qui sperat in te.

Glória Patri.

Sicut erat.

4. Finito Psalmo, Sacerdos versus ad locum per eum aspersum, dicit:

Orémus.

Domine Deus, qui licet cælo et terra non capiáris, domum tamen dignáris habere in terris, ubi nomen tuum júgiter invocétur: locum hunc, quæsumus, beátæ Mariæ semper Vírginis, et beáti **N.** (nominando Sanctum vel Sanctam, in cujus honorem ac nomen fundabitur Ecclesia), omniúmque Sanctorum intercedéntibus méritis, seréno pietátis tuæ intúitu visita, et infusióne grátiae tuæ ab omni inquinaménto purifica, purificatúmque consérva; et qui dilécti tui David devotióne in filii sui Salomónis ópere complevísti, in hoc ópere desidéria nostra perficere dignéris, effugiántque omnes hinc nequitiæ spirituáles. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, etc. **R.** Amen.

5. Postea stans benedicit primarium lapidem, dicens:

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

R. Qui fecit cælum et terram.

V. Sit nomen Dómini benedíctum.

R. Ex hoc nunc et usque in sæculum.

V. Lápidem, quem reprobavérunt ædificántes.

R. Hic factus est in caput ánguli.

V. Tu es Petrus.

R. Et super hanc petram ædificábo Ecclésiám meam.

V. Glória Patri, et Fílio, et Spirítui Sancto.

R. Sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen.

Orémus.

Dómine Jesu Christe, Fili Dei vivi, qui es verus omnipotens Deus, splendor, et imágo ætérni Patris, et vita ætérna: qui es lapis anguláris de monte sine máribus abscíssus, et immutábile fundaméntum: hunc lápidem collocándum in tuo nómine confírma; et tu, qui es princípium et finis, in quo princípium Deus Pater ab inítio cuncta creávit, sis, quæsumus, princípium, et increméntum, et consummátio ipsíus óperis, quod debet ad laudem et glóriam tui nóminis inchoári. Qui cum Patre et Spírítu Sancto vivis et regnas Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

R. Amen.

6. Tunc aspergit lapidem ipsum aqua benedicta, et accepto cultro, per singulas partes sculpit in eo signum crucis, dicens:

In nómine Patris ✠, et Fílii ✠, et Spírítus ✠ Sancti. **R.** Amen.

Quo facto dicit:

Orémus.

Benedic ✠ Dómine creatúram istam lápidis, et præsta per invocatióem sancti tui nóminis: ut quicúmque ad hanc Ecclésiám ædificándam pura mente auxiliúm déderint, córporis sanitátem, et ánimæ medélam percípiant. Per Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

7. Postea dicantur Litaníæ ordinariæ (p. 101) sine Oratióibus in fine positis: quibus dictis, parato cæmento, et cæmentario assistente, Sacerdos inchoat, Clericis prosequentibus, Antiph.:

Mane surgens Jacob, erigébat lápidem in título: fundens óleum désuper, votum vovít Dómino: Vere locus iste sanctus est, et ego nesciébam.

Psalmus 126.

Nisi Dóminus ædificáverit domum, * in vanum laboravérunt qui ædificant eam.

Nisi Dóminus custodíerit civitátem, * frustra vígilat qui custódit eam.

Vanum est vobis ante lu-

cem súrgere: * súrgite postquam sedéritis, qui manducátis panem dolóris.

Cum déderit diléctis suis somnum: * ecce hæréditas Dómini, filii: merces, fructus ventris.

Sicut sagittæ in manu poténtis: * ita filii excussórum.

Beátus vir, qui implévit desidérium suum ex ipsis: * non confundétur cum loquétur inimícis suis in porta.

Glória Patri. Sicut erat.

8. Quo dicto, Sacerdos stans tangit, et ponit ipsum primarium lapidem in fundamento, dicens:

In fide Jesu Christi collocámus lápidem istum primárium in hoc fundaménto, in nómine Patris ✠, et Filii ✠, et Spíritus ✠ Sancti: ut vígeat vera fides hic, et timor Dei, fratérnaque diléctio; et sit hic locus destinátus oratióni, et ad invocándum, et laudándum nomen ejúsdem Dómini nostri Jesu Christi, qui cum Patre et Spíritu Sancto vivit et regnat Deus, per ómnia sæcula sæculórum. **R.** Amen.

9. Interim cæmentarius locat ipsum lapidem cum cæmento: postea Sacerdos spargit super lapidem aquam benedictam, dicens:

Aspérges me Dómine hyssópo, et mundábor: lavábis me, et super nivem dealbábor.

Psalmus 50.

Miserére mei Deus: * secúndum magnam misericórdiam tuam.

Et secúndum multitudinem miseratiónum tuárum: * dele iniquitátem meam.

Amplius lava me ab iniquitáte mea: * et a peccáto meo munda me.

Quóniam iniquitátem meam ego cognóscó: * et peccátum meum contra me est semper.

Tibi soli peccávi, et malum coram te feci: * ut justificéris in sermónibus tuis, et vincas cum judicáris.

Ecce enim in iniquitátibus

concéptus sum: * et in peccáttis concépit me mater mea.

Ecce enim veritátem dilexísti: * incérta et occúlta sapiéntiæ tuæ manifestásti mihi.

Aspérges me hyssópo, et mundábor: * lavábis me, et super nivem dealbábor.

Audítui meo dabis gaúdium et lætítiam: * et exsultábunt ossa humiliáta.

Avérte fáciem tuam a peccátis meis: * et omnes iniquitátes meas dele.

Cor mundum crea in me Deus: * et spíritum rectum innova in viscéribus meis.

Ne projicias me a fácie tua:
* et Spíritum Sanctum tuum
ne auferas a me.

Redde mihi lætítiam salu-
táris tui: * et spírítu princi-
páli confírma me.

Docébo iníquos vias tuas:
* et ímpii ad te converténtur.

Líbera me de sanguínibus,
Deus, Deus salutis meæ: *
et exsultábit lingua mea ju-
stítiam tuam.

Dómine, lábia mea apéries:
* et os meum annuntiábit lau-
dem tuam.

Quóniam si voluísses sa-
críficium, dedíssem útique: *
holocaústis non delectáberis.

Sacríficium Deo spírítus
contribulátus: * cor contrí-
tum et humiliátum Deus non
despícies.

Benígne fac Dómine in bo-
na voluntáte tua Sion: * ut
ædificéntur muri Jerúsalem.

Tunc acceptábis sacrifici-
um justítiae, oblatiónes, et ho-
locaústa: * tunc impónent su-
per altáre tuum vítulos.

Glória Patri. Sicut erat.

Quo dicto, Sacerdos spargit aquam benedictam per omnia fundamenta, si sunt aperta: si vero non sunt aperta, circuit aspergendo fundamenta Ecclesiae designata. Et incipiens aspergere, inchoat Antiphonam, Clero prosequente:

Antiphona. O quam metuendus est locus iste!
Vere non est hic aliud, nisi domus Dei, et porta
caeli.

Psalmus 86.

Fundaménta ejus in món-
tibus sanctis: * diligit
Dóminus portas Sion
super ómnia tabernácula Ja-
cob.

Gloriósá dicta sunt de te,
* civitas Dei.

Memor ero Rahab, et Ba-
bylónis * sciéntium me.

Ecce alienígenæ, et Tyrus,
et pópulus Æthíopum, * hi
fuérunt illic.

Numquid Sion dicet: Ho-
mo, et homo natus est in ea:
* et ipse fundávit eam Altís-
simus?

Dóminus narrábit in scri-
ptúris populórum, et prínci-
pum: * horum, qui fuérunt
in ea.

Sicut lætántium ómnium *
habitatio est in te.

Glória Patri.

Sicut erat.

Antiphona. O quam metuendus est locus iste!
Vere non est hic aliud, nisi domus Dei, et porta
caeli.

10. Interim aspergendo procedit usque ad fundamenta aperta, seu designata, et repetita Antiphona, stans dicit:

Orémus.

Ministri: Flectámus genua. **R.** Leváte.

Omnípotens et miséricors Deus, qui Sacerdótibus tuis tantam præ céteris grátiam contulísti, ut quidquid in tuo nómine digne, perfectéque ab eis ágitur, a te fieri credátur: quæsumus imménsam cle-
méntiam tuam; ut quidquid modo visitatúri sumus, vísites; et quidquid benedictúri sumus, bene ✠ dicas; sitque ad nostræ humilitátis intróitum, Sanctórum tuórum méritis, fuga dæmonum, Angeli pacis ingrê-
sus. Per Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

Deus, qui ex ómnium cohabitatióne Sanctórum ætérnum Majestáti tuæ condis habitáculum: da ædificatióni tuæ increménta cœléstia; ut quod te jubénte fundátur, te largiénte perficiátur. Per Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

CAPUT 46.

RITUS BENEDICENDI NOVAM ECCLESIAM
SEU ORATORIUM PUBLICUM

UT IBI SANCTISSIMUM MISSÆ SACRIFICIUM CELEBRARI POSSIT.

Sacerdos novam Ecclesiam de licentia Episcopi benedicturus, ut in ea divinum sacrificium Missæ rite celebretur, stola ac pluviali albi coloris indutus, aliquot Sacerdotibus et Clericis adhibitis, prælata cruce media inter duos Clericos deferentes cereos accensos, mane procedit ad primariam Ecclesiæ, vel Oratorii januam; ubi stans capite aperto, conversus ad eam dicit absolute Orationem:

Actiões nostras, quæsumus Dómine aspirádo præ-
veni, et adjuvádo proséquere: ut cuncta nostra orátio et operátio a te semper incípiat, et per te cœpta finiátur. Per Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

2. Deinde inchoat Antiphonam: Aspérges me, etc. et Clerus alternatim dicit Psalmum Miserére etc. (p. 302), in fine Glória Patri.

3. Interim circumdans exterius Ecclesiam (quæ intus debet esse vacua et nuda, et pariter Altaria nuda excluso populo, donec absoluta sit benedictio), et Sacerdos accepto aspergillo ex herba hyssopi, ad ejus dexteram se convertens, parietes Ecclesiæ in superiori parte, et in fundamentis cum aqua benedicta aspergit, dicens:

Aspérge me Dómine hyssópo, et mundábor: lavábis me, et super nivem dealbábor.

4. Reversi ad locum, unde Processio initium habuit, repetita Antiphona a Clero, Sacerdos stans ut prius versus Ecclesiam, dicit:

Orémus.

Ministri: Flectámus génua. R̄. Leváte.

Oratio.

Dómine Deus, qui licet cœlo et terra non capiáris, domum tamen dignáris habére in terris, ubi nomen tuum júgiter invocétur: locum hunc, quæsumus, beátæ Mariæ semper Vírginis, et beáti **N.**, omniúmque Sanctórum intercedéntibus méritis, seréno pietátis tuæ intúitu vísita, et per infusiónem grátia tuæ ab omni inquinaménto purífica, purificátúmque consérva; et qui dilécti tui David devotió-nem in filii sui Salomónis ópere complevísti, in hoc ópere desidéria nostra perfícere dignéris, effugiántque omnes hinc nequítia spirituáles. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, etc. **R̄. Amen.**

5. Qua finita Oratione, omnes bini in Ecclesiam intrantes, ad Altare majus procedunt, Litanias decantantes (pag. 101).

6. Ubi dictum fuerit: **Ut ómnibus fidélibus defúntcis réquiem ætérmam donáre dignéris: Te rogámus, audi nos.** surgit Sacerdos, et intelligibili voce dicit:

Ut hanc Ecclésiam, et Altáre ad honórem tuum, et nomen Sancti tui **N., purgáre, et bene ✠ dícere dignéris: Te rogámus, audi nos.**

7. Cum dicit, benedícere, manu dextera benedicit Ecclesiam, et Altare; deinde, ut prius, genuflectit donec perficiantur Litania, et cantores proseguuntur:

Ut nos exaudíre dignéris, Te rogámus, audi nos.

Fili Dei, Te rogámus, audi nos.

Agnus Dei, qui tollis, etc.

8. Dicto ultimo Kýrie eléison, Sacerdos stans, dicit:

Orémus.

Ministri: Flectámus gēna. R̄. Leváte.

Prævéniat nos, quæsumus Dómine, misericórdia tua: et intercedéntibus ómnibus Sanctis tuis, voces nostras cleméntia tuæ propitiatiónis anticipet. Per Christum Dóminum nostrum. R̄. Amen.

9. Tum distans ab Altari congruenti spatio genuflexus, et se signans, dicit: Deus in adiutorium meum inténde; et statim surgit, Clero respondente: Dómine ad adjuvándum me festína; ipse vero stans dicit: Glória Patri, et Fílio, et Spirítui Sancto. Chorus respondet: Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen.

10. Postea Sacerdos dicit: Orémus.

Ministri: Flectámus gēna. R̄. Leváte.

Oratio.

Omnípotens et miséricors Deus, qui Sacerdótibus tuis tantam præ céteris grátiam contulísti, ut quidquid in tuo nómine digne, perfectéque ab eis ágitur, a te fieri credátur: quæsumus imménsam cleméntiam tuam, ut quidquid modo visitatúri sumus, vísites; et quidquid benedictúri sumus, bene ✠ dicas; sitque ad nostræ humilitátis intróitum, Sanctórum tuórum méritis, fuga dæmonum, Angeli pacis ingrèssus. Per Dóminum nostrum, etc. R̄. Amen.

11. His dictis, inchoat Antiphonam. Bénédic Dómine domum istam nómini tuo ædificátam, cum tribus Psalmis sequentibus, videlicet:

Psalmus 119.



Ad Dóminum cum tribulárer clamávi: * et exaudivit me.

Dómine líbera ánimam meam a lábiis iníquis, * et a lingua dolósa.

Quid detur tibi, aut quid

apponátur tibi * ad linguam dolósam?

Sagittæ poténtis acútæ, * cum carbónibus desolatóriis.

Hei mihi, quia incolátus meus prolongátus est: habi-

távi cum habitántibus Cedar:
* multum íncola fuit ánima
mea.

Cum his, qui odérunt pa-

cem, eram pacíficus: * cum
loquébar illis, impugnábant
me gratis.

Glória Patri. Sicut erat.

Psalmus 120.

Levávi óculos meos in mon-
tēs, * unde véniet auxí-
lium mihi.

Auxílium meum a Dómino,
* qui fecit cœlum et terram.

Non det in commotióem
pedem tuum: * neque dormí-
tet qui custódit te.

Ecce non dormitábit, ne-
que dórmiet, * qui custódit
Israël.

Dóminus custódit te, Dómi-

nus protéctio tua, * super ma-
num dēxteram tuam.

Per diem sol non uret te;
* neque luna per noctem.

Dóminus custódit te ab om-
ni malo: * custódiat áni-
mam tuam Dóminus.

Dóminus custódiat intróit-
um tuum, et éxitum tuum: *
ex hoc nunc, et usque in sæ-
culum.

Glória Patri. Sicut erat.

Psalmus 121.

Lætátus sum in his, quæ
dicta sunt mihi: * in do-
mum Dómini íbimus.

Stantes erant pedes nostri,
* in átriis tuis Jerúsalem.

Jerúsalem, quæ ædificátur
ut civitas: * cujus participá-
tio ejus in idípsum.

Illuc enim ascendérunt tri-
bus, tribus Dómini: * testi-
mónium Israël ad confitén-
dum nómini Dómini.

Quia illic sedérunt sedes

in iudício, * sedes super do-
mum David.

Rogáte quæ ad pacem sunt
Jerúsalem; * et abundántia
diligéntibus te:

Fiat pax in virtúte tua: *
et abundántia in túrribus tuis.

Propter fratres meos, et
próximos meos, * loquébar
pacem de te.

Propter domum Dómini Dei
nostri, * quæsívi bona tibi.

Glória Patri. Sicut erat.

Antiphona. **B**enedic Dómine domum istam nómini
tuo ædificátam.

12. Interim aspergít interius parietes in parte superiori et in-
feriori, inchoans aspersionem a parte Evangelii, dicens: Aspérges
me, etc. tum ad Altare reversus, dicit:

Orémus.

Ministri: **F**lectámus génua. **R.** Leváte.

Deus, qui loca nómini tuo dicánda sanctíficas,
effúnde super hanc oratiónis domum grátiam

tuam: ut ab ómnibus hic nomen tuum invocántibus auxílium tuæ misericórdiæ sentiátur. Per Dóminum nostrum, etc. **R.** Amen.

13. His peractis, dicitur Missa de tempore occurrenti, vel de Sancto.

14. Ecclesia vero, quamvis a simplici Sacerdote, ut supra, sit benedicta, ab Episcopo tamen consecranda est.



CAPUT 47.

RITUS RECONCILIANDI

ECCLESIAM VIOLATAM

SI NONDUM ERAT AB EPISCOPO CONSECRATA.

Ecclésiæ violatæ reconciliatio per Sacerdotem ab Episcopo delegatum fiat hoc modo. Altare Ecclesiæ omnino nudetur, provideaturque, ut Ecclesia possit libere circummiri tam exterius, quam interius, si fieri potest. Paretur vasculum cum aqua benedicta, et aspergillum de herba hyssopi factum. Sacerdos indutus amictu, alba, cingulo, stola, et pluviali albo, adhibitis aliquot Sacerdotibus et Clericis, procedit ad primariam Ecclesiæ portam, ubi stans, Antiphonam incipit, dicens, Clero pro-quente:

Aspérget me Dómine hyssópo, et mundábor: lavábis me, et super nivem dealbábor.

2. Psalmus. Miserére, etc. (pag. 302), totus cum Glória Patri. Quo finito, Antiphona repetitur. Interim dum Antiphona, et Psalmus dicuntur, Sacerdos cum aqua benedicta aspergit in circuitu extrinsecus Ecclesiam, et Cœmeterium, simul aspergendo alternatim ad parietes Ecclesiæ, ac ad terram Cœmeterii, præsertim ad loca contaminata.

3. Quo facto, redit ad locum, ubi incipit aspergere, et stans dicit:

Orémus.

Omnípotens et miséricors Deus, qui Sacerdótibus tuis tantam præ céteris grátiam contulísti, ut quidquid in tuo nómine digne, perfectéque ab eis ágitur, a te fieri credátur: quæsumus imménsam cle-

méntiam tuam, ut quod modo visitatúri sumus, vísites; et quidquid benedictúri sumus, bene ✠ dicas: sitque ad nostræ humilitátis intróitum, Sanctorum tuorum méritis, fuga dæmonum, Angeli pacis ingressus. Per Christum Dóminum nostrum. *R.* Amen.

4. Deinde Sacerdos incipit Litanias (pag. 101), et ingreditur Ecclesiam cum Clero, cantando eas: acceditque ante Altare majus, coram quo genuflectit; cumque dictum fuerit:

Ut ómnibus fidélibus defúntis réquiem ætérnam donáre dignéris. *R.* Te rogámus audi nos.

5. Sacerdos surgit, et clara voce dicit:

Ut hanc Ecclésiám, et Altáre hoc, ac Cœmetérium purgáre, et recon ✠ ciliáre dignéris. *R.* Te rogámus audi nos.

6. Quibus dictis, rursus genuflectit, et Litiániæ perficiuntur. Quibus finitis, Sacerdos versus ad dictum Altare dicit:

Orémus.

Et Ministri: Flectámus génuá. *R.* Leváte.

Præveniát nos, quæsumus Dómine, misericórdia tua: et intercedéntibus ómnibus Sanctis tuis, voces nostras cleméntia tuæ propitiatiónis antícipet. Per Christum Dóminum nostrum. *R.* Amen.

7. Deinde Sacerdos genuflectit ante Altare, et se signo crucis muniens, clara voce dicit: Deus in adjutórium meum inténde; tum surgit, et Chorus, seu astantes Clerici respondent: Dómine ad adjuvándum me festína: et Sacerdos stans, dicit: Glória Patri, et Fílio, et Spirítui Sancto. *R.* Sic ut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen.

8. Quo dicto, Sacerdos inchoat, Clero prosequente, Antiph.:

Exsúrgat Deus, et dissipéntur inimíci ejus: et fúgiant, qui odérunt eum, a fácie ejus.

Psalmus 67.

In ecclésiis benedicite Deo Dómino, * de fontibus Israël.

Repetitur Antiphona.

Ibi Bénjamin adolescéntulus, * in mentis excéssu.

Repetitur Antiphona.

Príncipes Juda, duces eórum: * príncipes Zábulon, príncipes Néphthali.

Repetitur Antiphona.

Manda Deus virtúti tuæ: * confirma hoc Deus, quod operátus es in nobis.

Repetitur Antiphona.

A templo sancto tuo in Jerúsalem, * tibi ófferent reges múnera.

Repetitur Antiphona.

Increpa feras arúndinis, congregátio taurórum in vaccis populórum: * ut excludant eos, qui probáti sunt argénto.

Repetitur Antiphona.

Díssipa Gentes, quæ bella volunt: vénient legáti ex

Ægýpto: * Æthiopia prævéniat manus ejus Deo.

Repetitur Antiphona.

Regna terræ, cantáte Deo: * psállite Dómino.

Repetitur Antiphona.

Psállite Deo, qui ascendit super cœlum cœli, * ad Oriéntem.

Repetitur Antiphona.

Ecce dabit voci suæ vocem virtútis, date glóriam Deo super Israël: * magnificéntia ejus, et virtus ejus in núbibus.

Repetitur Antiphona.

Mirábilis Deus in sanctis suis, Deus Israël ipse dabit virtútem, et fortitúdinem plebi suæ, * benedíctus Deus.

9. Et non dicitur Glória Patri, sed Antiphona repetitur. Interim dum Antiphona et Psalmi prædicti dicuntur, Sacerdos circuit Ecclesiam intrinsecus aspergendo: aspergit etiam specialiter loca contaminata. Quo facto, stans in Presbyterio versus ad Altare, dicit:

Deus, qui in omni loco dominationis tuæ clemens et benígnus purificátor assistis: exaúdi nos, quæsumus, et concéde; ut in pósterum inviolábilis hujus loci permáneat benedíctio, et tui múneris beneficia univérsitas fidélium, quæ súpplicat, percípere mereátur. Per Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

10. Deinde dicitur Missa de die occurrenti.

11. Simplex Sacerdos tantum ex privilegio Sedis apostolicæ potest Ecclesiam ab Episcopo consecratam reconciliare, et tunc utatur ritu in Pontificali præscripto; procedatque indutus amictu, alba, cingulo, stola, et pluviali albi coloris, adhibitis secum aliis Presbyteris et Clericis superpelliceis indutis, cum aqua ab Episcopo ad hunc usum rite benedicta.



CAPUT 48.
RITUS BENEDICENDI
NOVUM CÆMETERIUM

PER SACERDOTE M AB EPISCOPO DELEGATUM.

Pridie quam fiat benedictio, ponitur in medio Cœmeterii benedicendi lignea crux, alta ad staturam hominis et ante ipsam crucem in terra figitur paxillus tridens ligneus, altus ad cubitum unum, aptus ad affigendum illi tres candelas.

2. Sequenti die mane Sacerdos in sacristia paratus amictu, alba, cingulo, stola, ac pluviali albi coloris, adhibitis aliquot Sacerdotibus et Clericis indutis superpelliceis, qui deferant vasculum aquæ benedictæ, aspergillum, et thuribulum cum incensi navicula, et hoc Rituali libro, et tribus candelis cereis, procedit ad Cœmeterium benedicendum, ante crucem in medio positam, et affiguntur, et accenduntur tres candelæ super ligneum paxillum: et Sacerdos ante crucem et candelas stans, discooperto capite, dicit:

Orémus.

Omnípotens Deus, qui es custos animárum, et tutela salutis, fides credéntium: réspice propítius ad nostræ servitútis officium, et ad intróitum nostrum purgétur, bene ✠ dicátur, et sancti ✠ ficétur hoc Cœmetérium; ut humana cõrpora hic post vitæ cursum quiescéntia, in magno judícii die simul cum felicibus animábus mereántur adipisci vitæ perénnis gáudia. Per Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

3. Mox ante ipsam crucem omnes genibus flexis dicunt Litanias ordinarias (pag. 101), incipiente cantore, ceteris respondentibus; et cum dictum fuerit: **Ut ómnibus fidélibus defúnctis, etc. Te rogámus audi nos.**

Sacerdos surgit, et clara voce dicit, producens manu signum crucis:

Ut hoc Cœmetérium purgáre, et bene ✠ dicere dignéris. R. Te rogámus audi nos.

4. Deinde Sacerdos, ut prius, genuflectit, et Litanie perficiuntur.

5. Quibus finitis, surgunt omnes, et Sacerdos crucem aspergit aqua benedicta, dicens Antiphonam:

Aspérge me Dómine hyssópo, et mundábor: lavábis me, et super nivem dealbábor.

6. Psalmus: Miserére, etc. (pag. 302), dicitur totus ab astantibus, cum Glória Patri. Quo dicto, repetitur Antiphona. Dum dicitur Psalmus, Sacerdos circuit, et perambulat totum Cœmeterium, incipiens ad ejus dexteram, aspergens ubique aqua benedicta: quo facto, redit ante crucem, et ad ipsam respiciens, dicit:

Orémus.

Deus, qui es totius orbis cōnditor, et humáni géneris redēptor, cunctarúmque creaturárum visibílium et invisibílium perféctus dispósitor: te súplici voce, ac puro corde expóscimus; ut hoc Cœmetérium, in quo famulórum, famularúmque tuárum córpora quiéscere debent, post currícula hujus vitæ labéntia, pur ✠ gáre, bene ✠ dícere, et sancti ✠ ficáre dignéris: quique remissionem ómnium peccatórum per tuam magnam misericórdiam in te confidéntibus præstitísti, corpóribus quoque eórum in hoc Cœmetério quiescéntibus, et tubam primi Archángeli expectántibus, consolatiónem perpétuam largíte impertíte. Per Christum Dñm nostrum. **R̄. Amen.**

7. Tunc figit in summitate crucis unam ex tribus candelis ardentibus, et alias duas similiter ardentem in duobus brachiis ejusdem crucis. Deinde incensat ipsam crucem, et aspergens aqua benedicta, redit cum ministris in sacristiam.

—◆◆◆—
CAPUT 49.

**ORDO RECONCILIANDI
CÆMETERIUM VIOLATUM**

SIVE ECCLESIE CONTIGUUM SIT SIVE SEPARATUM,
UBI ECCLESIA NON EST POLLUTA.

M

ane diei, qua facienda est reconciliatio, Sacerdos, si ab Episcopo facultatem habeat, adhibitis aliis Sacerdotibus et Clericis indutis superpelliceis, in sacristia, aut alio decenti loco, vestitus amictu, alba, cingulo, stola et pluviali albi coloris, accedit ad medium Cœmeterii, Clerico vasculum aquæ benedictæ, et aspergillum deferente: et ibi super tapete genu-

flectit una cum Ministris; et cantores, alique omnes genibus flexis, dicunt Litanias (pag. 101). In quibus cum dictum fuerit:

Ut ómnibus fidélibus defúntis, etc.

Te rogámus audi nos.

2. Sacerdos surgit, et manu dextera producens signum crucis super Cœmeterium, clara voce dicit:

Ut hoc Cœmetérium recon ✠ ciliáre, et sancti- ✠ ficáre dignéris. *R.* Te rogámus audi nos.

3. Quibus dictis, ut prius, genuflectit, cantoribus Litanias perficientibus. Quibus finitis, surgunt omnes, et Sacerdos, accepto aspergillo cum aqua benedicta, inchoat Antiphonam:

Aspérges me Dómine hyssópo, Clero prosequente, et mundábor: lavábis me, et super nivem dealbábor.

Psalmus 50. Miserére, etc. (pag. 302), dicitur totus sine Glória Patri.

In fine repetitur Antiphona: Aspérges me, etc.

4. Dum hæc dicuntur, Sacerdos circuit totum Cœmeterium, incipiens ad ejus dexteram, aspergens ubique aqua benedicta, præsertim in loco, ubi violatio commissa est. Quo peracto, redit ad locum ubi Litanie dictæ fuerunt, et ibi stans dicit:

Orémus.

Et Ministri: Flectámus génuá. *R.* Leváte.

Dómine pie, qui agrum figuli prétió sánguínis tui in sepultúram peregrinórum comparári voluísti: quæsumus, dignánte remíniscere clementíssimi hujus mystérii tui. Tu es enim Dómine figulus noster: tu quiétis nostræ ager; tu agri hujus prétiúm. Tu dedísti étiam, et suscepísti, tu de prétió tui vivífici sánguínis nos requiércere donásti. Tu ergo Dómine, qui es offénsionis nostræ clementíssimus indúltor, exspectantíssimus judicátor, judícii tui superabundantíssimus miserátor: judícium tuæ justíssimæ severitátis abscondens, post miseratióne tuæ piæ redemptiós, adésto exaudítor, et efféctor nostræ reconciliatiós: hocque Cœmetérium peregrinórum tuórum, coeléstis pátriæ incolátum exspectántium, benígnus purífica, et reconcilia; et hic tumulatórum et tumulandórum córpora, de poténtia et pietáte

tuæ resurrectionis ad glóriam incorruptionis, non damnans, sed glorificans resúscita: Qui ventúrus es judicáre vivos, et mórtuos, et sæculum per ignem.

R. Amen.

CAPUT 50.

BENEDICTIO SIGNI, VEL CAMPANÆ *
EX PONTIFICALI ROMANO.

Signum vel Campana debet benedici, antequam ponatur in campanili, hoc ordine. In primis debet Campana ipsa ita suspendi, et situari, ut commode possit intus et extra tangi, tractari, et circui; deinde prope ipsam Campanam benedicendam paratur vas aquæ benedicendæ, aspersorium, vas cum sale, lintea munda ad extergendum Campanam, quando opus fuerit, vas Olei sancti infirmorum, sanctum Chrisma, thymiama, thus, myrrha, et thuribulum cum igne. Diaconus etiam accipit amictum, albam, cingulum, manipulum, stolam, et dalmaticam albi coloris. Quibus ordinatis, Pontifex, vel Sacerdos, vi Indulti apostolici ab Ordinario ad hoc specialiter delegatus, in sacristia aut alio convenienti loco paratus amictu, alba, cingulo, stola, pluviali albi coloris, venit prope Campanam, ubi dicit cum Ministris Psalmos sequentes, videlicet:

Ps. 50. Miserére mei. ut supra. pag. 302.

Psalmus 53.

Deus in nómine tuo salvum me fac: * et in virtúte tua júdica me.

Deus exaúdi oratióem meam: * aúribus pércipe verba oris mei.

Quóniam aliéni insurrexé-

runt advérsus me, et fortes quæsiérunt ánimam meam: * et non proposuérunt Deum ante conspéctum suum.

Ecce enim Deus ádjuvat me: * et Dóminus suscéptor est ánimæ meæ.

* **Culmen.** Sacra Rituum Congregatio, utendo facultatibus sibi specialiter a Sanctissimo Domino Nostro Leone Papa XIII. tributis impertito sanatione, de qua in precibus, potestatem fecit Rmo Episcopo Oratori ad proximum Quinquennium subdelegandi suum pro tempore Vicarium Generalem, Dignitates et Canonicos Ecclesiæ Cathedralis, Præpositos, Archipresbyteros, Parochos, Ecclesiarum Rectores, Vicarios Foraneos, aliosque sibi benevisos suæ Diœceseos Sacerdotes in aliqua ecclesiastica dignitate constitutos, ad benedictionem Nolarum recenter fusarum in usum ejusdem Diœceseos; ipsa non excepta aquæ benedictione, si legitima aliqua causa id exigat, dummodo tamen servetur forma in Pontificali Romano præscripta. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 2. Maji 1891.

† Caj. Card. Aloisi Masella S. R. C. Præf.

Avérte mala inimícis meis:
* et in veritáte tua dispérde illos.

Voluntárie sacrificábo tibi,
* et confitébor nómini tuo
Dómine: quóniam bonum est.

Quóniam ex omni tribula-
tióné eripuísti me: * et super
inimícos meos despéxit ócu-
lus meus.

Glória Patri. Sicut erat.

Psalmus 56.

Miserére mei Deus, mise-
rére mei: * quóniam in
te confidit ánima mea.

Et in umbra alárum tuárum
sperábo, * donec tránseat iní-
quitas.

Clamábo ad Deum altíssi-
mum: * Deum qui benefécit
mihi.

Misit de cœlo, et liberávit
me: * dedit in oppróbrium
conculcántes me.

Misit Deus misericórdiam
suam, et veritátem suam, *
et erípuit ánimam meam de
medio catulórum leónum:
dormívi conturbátus.

Fílii hóminum dentes eórum
arma et sagittæ: * et lingua
eórum gládius acútus.

Exaltáre super cœlos Deus:
* et in omnem terram glória
tua.

Láqueum paravérunt pédi-
bus meis: * et incurvavérunt
ánimam meam.

Fodérunt ante fáciem meam
fóveam: * et incidérunt in
eam.

Parátum cor meum Deus,
parátum cor meum: * cantá-
bo, et psalmum dicam.

Exsúrge glória mea, ex-
súrge psaltérium et cíthara:
* exsúrgam dilúculo.

Confitébor tibi in pópulis
Dómine: * et psalmum dicam
tibi in Géntibus:

Quóniam magnificáta est
usque ad cœlos misericórdia
tua, * et usque ad nubes vé-
ritas tua.

Exaltáre super cœlos Deus:
* et super omnem terram gló-
ria tua.

Glória Patri. Sicut erat.

Psalmus 66.

Deus misereátur nostri et
benedícat nobis: * illú-
minet vultum suum super
nos, et misereátur nostri.

Ut cognoscámus in terra
viam tuam: * in ómnibus
Géntibus salutáre tuum.

Confíteántur tibi pópuli
Deus: * confíteántur tibi pópuli
omnes.

Læténtur et exsúltent Gen-
tes: * quóniam júdicas pópulo-
s in æquitáte, et Gentes in
terra dírigis.

Confíteántur tibi pópuli
Deus, confíteántur tibi pópuli
omnes: * terra dedit fructum
suum.

Benedícat nos Deus, Deus
noster, benedícat nos Deus: *
et métuant eum omnes fines
terræ.

Glória Patri. Sicut erat.

Psalmus 69.

Deus in adiutorium meum
intende: * Dómine ad ad-
juvandum me festína.

Confundántur et revereántur,
* qui quærunt ánimam
meam:

Avertántur retrórsus, et
erubéscant, * qui volunt mihi
mala:

Avertántur statim erube-
scéntes, * qui dicunt mihi:
Euge, euge.

Exsúltent et læténtur in te
omnes qui quærunt te, * et
dicant semper: Magnificétur
Dóminus: qui díligunt salu-
táre tuum.

Ego vero egénus, et pau-
per sum: * Deus, ádjuva me.

Adjútor meus, et liberátor
meus es tu: * Dómine ne
moréris.

Glória Patri. Sicut erat.

Psalmus 85.

Inclína Dómine aurem tuam,
et exaúdi me: * quóniam
inops, et pauper sum ego.

Custódi ánimam meam quó-
niam sanctus sum: * salvum
fac servum tuum, Deus meus,
sperántem in te.

Miserére mei Dómine, quó-
niam ad te clamávi tota die: *
lætífica ánimam servi tui, quó-
niam ad te Dómine ánimam
meam levávi.

Quóniam tu Dómine suávis,
et mitis: * et multæ miseri-
córdiæ ómnibus invocánti-
bus te.

Aúribus pércipe Dómine

oratiónem meam: * et inténde
voci deprecatiósni meæ.

In die tribulatiónis meæ
clamávi ad te: * quia exau-
dísti me.

Non est símilis tui in díis
Dómine: * et non est secún-
dum ópera tua.

Omnes gentes quascúmque
fecisti, vénient, et adorábunt
coram te Dómine: * et glo-
rificábunt nomen tuum.

Quóniam magnus es tu, et
fáciens mirabília: * tu es Deus
solus.

Deduc me Dómine in via
tua, et ingrédia in veritáte
tua: * læténtur cor meum, ut
tímeat nomen tuum.

Confitébor tibi Dómine De-
us meus in toto corde meo:
* et glorificábo nomen tuum
in ætérnum:

Quia misericórdia tua ma-
gna est super me: * et eruí-
sti ánimam meam ex inférno
inferióri.

Deus, iníqui insurrexérunt
super me, et synagóga po-
téntium quæsiérunt ánimam
meam: * et non proposuérunt
te in conspéctu suo.

Et tu Dómine Deus mise-
rátor et miséricors, * pátiens,
et multæ misericórdiæ, et ve-
rax.

Réspice in me, et miserére
mei, * da impérium tuum
púero tuo: et salvum fac fí-
lium ancillæ tuæ.

Fac mecum signum in bo-
num, ut vídeant qui odérunt

me, et confundántur: * quóniam tu Dómine adjuvísti me, et consolátus es me.

Glória Patri. Sicut erat.

Psalmus 129.

De profúndis clamávi ad te Dómine: * Dómine, ex-aúdi vocem meam:

Fiant aures tuæ intendén-tes, * in vocem deprecatió- nis meæ.

Si iniquitátes observáveris Dómine: * Dómine quis sus- tinébit?

Quia apud te propitiatio est: * et propter legem tuam sustínui te Dómine.

Sustínuit ánima mea in ver- bo ejus: * sperávit ánima mea in Dómino.

A custódia matutína usque ad noctem: * speret Israël in Dómino.

Quia apud Dóminum mise- ricórdia: * et copiósá apud eum redemptio.

Et ipse rédimet Israël, * ex ómnibus iniquitátibus ejus.

Glória Patri. Sicut erat.

2. Expletis Psalmis, Sacerdos, si habeat ad hoc specialem facultatem (alioquin aqua a Pontifice benedicta utendum est), surgit ac benedicit sal, et aquam dicens: *Ÿ. Adjutórium nostrum, etc., prout habetur supra in Ordine ad faciendam aquam benedictam pag. 238 et continuans usque ad Orationem, Deus, qui ad salutem humáni géneris, etc. inclusive.*

Qua finita dicit absolute sequentem Orationem:

Béne ✠ dic Dómine hanc aquam benedictióne cœ- lésti, et assístat super eam virtus Spíritus Sancti; ut cum hoc vásculum, ad invitándos filios sanctæ Ecclésiæ præparátum, in ea fúerit tinctum, ubi- cúmque sonúerit hoc tintinnábulum, procul recédât virtus insidiántium, umbra phantásmatum, incúrsio túrbinum, percússio fúlminum, læsio tonitruórum, calámitas tempestátum, omnisque spíritus procellá- rum; et cum clangórem illíus audierint filii Christi- anórum, crescat in eis devotiónis augméntum, ut fe- stinántes ad piæ matris Ecclésiæ grémium, cantent tibi in Ecclésia Sanctórum cánticum novum, defe- réntes in sono præcónium tubæ, modulatiónem psal- térii, suavitátem órgani, exsultatiónem týmpani, ju- cunditátem cýmbali; quátenus in templo sancto gló- riæ tuæ suis obséquiis et précibus invitáre váleant multitudinem exercitus Angelórum. Per Dóminum

nostrum Jesum Christum Filium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitate ejusdem Spiritus Sancti Deus, per omnia secula seculorum. **R.** Amen.

Post hæc Sacerdos mittit sal in aquam, in modum crucis, dicendo semel:

Commixtio salis, et aquæ pariter fiat. In nomine Pa ✠ tris, et Fi ✠ lii, et Spiritus ✠ Sancti.

R. Amen.

V. Dóminus vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo.

Orémus.

Deus invictæ virtutis auctor, et insuperabilis imperii rex, ac semper magnificus triumphator; qui adversæ dominationis vires reprimis; qui inimici rugientis sævitiam superas; qui hostiles nequitas potenter expugnas; te, Dómine, treméntes et supplices deprecámur, ac pétimus, ut hanc creaturam salis et aquæ dignanter aspicias, benígnus illústres, pietatis tuæ rore sanctifices; ut ubicúmque fuerit aspérsa, per invocatióem sancti tui nóminis, omnis infestatio immúndi spíritus abigátur, terrórque venenósi serpentis procul pellátur; et præsentia Sancti Spíritus nobis misericórdiam tuam poscéntibus ubique adesse dignétur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Filium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitate ejusdem Spíritus Sancti Deus, per omnia secula seculorum. **R.** Amen.

3. His peractis, Officians incipit lavare Campanam cum dicta aqua; et Ministri prosequuntur lotionem; lavantes eam totaliter intus, et extra, deinde cum linteo mundo extergunt; Officiante interim cum aliis Ministris dicente Psalmum cum aliis sequentibus.

Psalmus 145.

Lauda ánima mea Dóminum: laudábo Dóminum in vita mea: * psallam Deo meo quámdiu fuero.

Nolíte confídere in princípibus: * in filiis hóminum, in quibus non est salus.

Exíbit spíritus ejus, et revertétur in terram suam: * in illa die peribunt omnes cogitationes eórum.

Beátus, cujus Deus Jacob adjutor ejus, spes ejus in Dómino Deo ipsíus: * qui fecit

coelum et terram, mare, et omnia, quæ in eis sunt.

Qui custodit veritatem in sæculum, facit iudicium injuriam patientibus: * dat escam esuriéntibus.

Dóminus solvit compeditos: * Dóminus illúminat cæcos.

Dóminus érigit elisos, * Dóminus diligit justos.

Dóminus custodit advenas, pupillum et viduam suscipiet: * et vias peccatorum disperdet.

Regnabit Dóminus in sæcula, Deus tuus Sion, * in generationem et generationem.

Glória Patri. Sicut erat.

Psalmus 146.

Laudate Dóminum, quóniam bonus est psalmus: * Deo nostro sit jucúnda, decóraque laudatio.

Ædificans Jerúsalem Dóminus: * dispersiónes Israélis congregabit.

Qui sanat contritos corde * et alligat contritiónes eorum.

Qui númeroat multitudinem stellarum: * et omnibus eis nómina vocat.

Magnus Dóminus noster, et magna virtus ejus: * et sapientiæ ejus non est número.

Suscipiens mansuetos Dóminus: * humilians autem peccatores usque ad terram.

Præcñite Dómino in confessióne: * psállite Deo nostro in cithara.

Qui óperit coelum núbibus: * et parat terræ plúviam.

Qui producit in montibus fœnum: * et herbam servituti hóminum.

Qui dat juméntis escam ipsorum: * et pullis corvorum invocántibus eum.

Non in fortitudine equi voluntatem habebit: * nec in tibiis viri beneplacitum erit ei.

Beneplacitum est Dómino super timéntes eum: * et in eis, qui sperant super misericórdia ejus.

Glória Patri. Sicut erat.

Psalmus 147.

Lauda Jerúsalem Dóminum: * lauda Deum tuum Sion.

Quóniam confortavit seras portarum tuarum: * benedixit filiis tuis in te.

Qui posuit fines tuos pacem: * et adipe frumenti satiat te.

Qui emittit eloquium suum terræ: * velociter currit sermo ejus.

Qui dat nivem sicut lanam: * nébulam sicut cinerem spargit.

Mittit crystallum suam sicut buccellas: * ante faciem frigoris ejus quis sustinebit?

Emittet verbum suum, et liquefaciet ea: * flabit spiritus ejus, et fluent aquæ.

Qui annuntiat verbum suum Jacob: * justitias, et iudicia sua Israél.

Non fecit taliter omni na-

tióni: * et iudicia sua non manifestávit eis.

Glória Patri. Sicut erat.

Psalmus 148.

Laudáte Dóminum de cœlis: * laudáte eum in excelsis.

Laudáte eum omnes Angeli ejus: * laudáte eum omnes virtútes ejus.

Laudáte eum sol et luna: * laudáte eum omnes stellæ, et lumen.

Laudáte eum cœli cœlorum: * et aquæ omnes, quæ super cœlos sunt, laudent nomen Dómini.

Quia ipse dixit, et facta sunt: * ipse mandávit, et creata sunt.

Státuit ea in ætérnum, et in sæculum sæculi: * præcéptum pópuli, et non præteribit.

Laudáte Dóminum de terra, * dracones, et omnes abyssi.

Ignis, grando, nix, glacies, spíritus procellarum: * quæ faciunt verbum ejus:

Montes, et omnes colles: * ligna fructífera, et omnes cedri.

Béstia, et univérsa pécora: * serpéntes, et volúcris pennatæ:

Reges terræ, et omnes pópuli: * príncipes, et omnes iudices terræ.

Júvenes, et vírgines: senes cum junióribus laudent nomen Dómini: * quia exaltatum est nomen ejus solius.

Conféssio ejus super cœlum, et terram: * et exaltávit cornu pópuli sui.

Hymnus ómnibus sanctis ejus: * filiis Israël, pópulo appropinquánti sibi.

Sine Glória Patri.

Psalmus 149.

Cantáte Dómino cánticum novum: * laus ejus in Ecclésia sanctorum.

Lætétur Israël in eo, qui fecit eum: * et filii Sion exsúltent in rege suo.

Laudent nomen ejus in choro: * in týmpano, et psalterio psallant ei.

Quia beneplácitum est Dómino in pópulo suo: * et exaltábit mansuétos in salutem.

Exsultábunt Sancti in glória: * lætabúntur in cubilibus suis.

Exaltatiónes Dei in gutture eórum: * et gládii ancípites in mánibus eórum.

Ad faciéndam vindíctam in nationibus: * increpatiónes in pópulis.

Ad alligándos reges eórum in compédibus: * et nóbiles eórum in mánicis férreis.

Ut fácient in eis iudícium conscriptum: * glória hæc est ómnibus sanctis ejus.

Sine Glória Patri.

Psalmus 150.

Laudáte Dóminum in sanctis ejus: * laudáte eum in firmaménto virtútis ejus.

Laudáte eum in virtútibus ejus: * laudáte eum secúndum multitudínem magnitúdinis ejus.

Laudáte eum in sono tubæ: * laudáte eum in psaltério et cíthara.

Laudáte eum in týmpano

et choro: * laudáte eum in chordis et órgano.

Laudáte eum in cýmbalis bene sonántibus, laudáte eum in cýmbalis jubilatiónis: * omnis spíritus laudet Dóminum.

Glória Patri. Sicut erat.

4. Quibus finitis, surgit Officians, et cum pollice dexteræ manus facit ab extra supra Campanam de Oleo sancto infirmorum signum crucis; quo facto dicit:

Orémus.

Deus, qui per beátum Móysen legíferum fámulum tuum tubas argénteas fieri præcepísti, quibus dum Sacerdótes témpore sacrificií clángerent, sónitú dulcédinis pópulus mónitus ad te adorándum fieret præparátus, et ad celebránda sacrificia conveníret; quarum clangóre hortátus ad bellum, molímina próstérneret adversántium; præsta, quæsumus; ut hoc vásculum sanctæ tuæ Ecclésiæ præparátum sancti-
✠ ficétur a Spíritu Sancto, ut per illíus tactum fídeles inviténtur ad præmium. Et cum melódia illíus aúribus insonúerit populórum, crescat in eis devótió fidei; procul pellántur omnes insídiæ inimíci, fragor grándinum, procélla túrbinum, ímpetus tempestátum; temperéntur infésta tonítrua; ventórum flabra fiant salúbriter, ac moderáte suspénsa; prostérnat aéreas potestátes dextera tuæ virtútis; ut hoc audiéntes tintinnábulum contremíscant, et fúgiant ante sanctæ crucis Filii tui in eo depíctum vexíllum, cui fléctitur omne genu cœléstium, terréstrium, et infernórum, et omnis lingua confitétur, quòd ipse Dóminus noster Jesus Christus, absórpta morte per patíbulum crucis, regnat in glória Dei Patris, cum eódem Patre, et Spíritu Sancto, per ómnia sæcula sæculórum.

R. Amen.

5. Tunc Sacerdos officians extergit cum linteo mundo crucem a se factam. Deinde inchoat, schola prosequente, Antiphonam.

Vox Dómini super aquas multas, Deus majestátis intónuit: Dóminus super aquas multas.

Psalmus 28.

Afférte Dómino filii Dei: *
afférte Dómino filios aríetum.

Afférte Dómino glóriam et honórem, afférte Dómino glóriam nómini ejus: * adoráte Dóminum in átrio sancto ejus.

Vox Dómini super aquas, Deus majestátis intónuit: * Dóminus super aquas multas.

Vox Dómini in virtúte: * vox Dómini in magnificéntia.

Vox Dómini confringéntis cedros: * et confrínget Dóminus cedros Líbani.

Et commínet eas tamquam vítulum Líbani; * et diléctus

quemádmódu[m] fílius unicórni-
um.

Vox Dómini intercidéntis flammam ignis: * vox Dómini concutiéntis desértum, et commovébit Dóminus desértum Cades.

Vox Dómini præparántis cervos, et revelábit condénsa: * et in templo ejus omnes dicent glóriam.

Dóminus dilúvium inhabítare facit: * et sedébit Dóminus Rex in ætérnum.

Dóminus virtútem pópulo suo dabit: * Dóminus benedícet pópulo suo in pace.

Glória Patri. Sicut erat.

Deinde repetitur Antiphona. Interim Sacerdos facit cum pollice dexteræ manus de Oleo sancto infirmorum septem cruces exterius super Campanam, et deintus cum Chrismate quatuor pari distantia, dicens, dum quamlibet crucem facit:

Sancti ✠ ficétur, et conse ✠ crétur, Dómine, signum istud. In nómine Pa ✠ tris, et Fí ✠ lii, et Spíritus ✠ Sancti. In honórem sancti **N.** Pax tibi.

6. Deinde finitis Antiphona, et Psalmo, ac factis crucibus prædictis Sacerdos dicit:

Orémus.

Omnípotens sempitérne Deus, qui ante arcam fœderis per clangórem tubárum, muros lapídeos, quibus adversántium cingebátur exércitus, cádere fecísti; tu hoc tintinnábulum cœlésti bene ✠ dictione perfúnde; ut ante sónitum ejus lóngius effugéntur igníta jácula inimíci, percússio fúlminum, ímpetus lápidum, læsio tempestátum; ut ad interrogatió[n]em prophéticam, quid est tibi mare, quod fugísti? suis mótib[us] cum Jordánico retroáctis fluénto respónde-

ant: A fácie Dómini mota est terra, a fácie Dei Jacob, qui convértit petram in stagna aquárum, et rupem in fontes aquárum. Non ergo nobis Dómine, non nobis, sed nómini tuo da glóriam, super misericórdia tua: ut cum præsens vásculum, sicut réliqua altáris vasa, sacro Chrísmate tángitur, Oleo sancto úngitur, quicúmque ad sónitum ejus convénerint, ab ómnibus inimíci tentatióibus líberi, semper fidei Cathólicæ documénta secténtur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum: Qui tecum vivit, et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. **R.** Amen.

7. Tum Officians imponit in thuribulo thymiama, thus, et myrrham, si haberi possunt, alioquin, quæ ex ipsis habentur: quibus impositis, thuribulum ipsum supponitur Campanæ, seu signo, ut totum fumum recipiat, schola interim cantante Antiphonam:

Deus in sancto via tua: quis Deus magnus sicut Deus noster?

Psalmus 76.

Vidérunt te aquæ Deus, vidérunt te aquæ: * et timuérunt, et turbátæ sunt abyssi.

Multitúdo sónitus aquárum: * vocem dedérunt nubes.

Etenim sagíttæ tuæ tráns-eunt: * vox tonítrui tui in rota.

Illuxérunt coruscatiónes tuæ orbi terræ: * commóta est, et contrémuit terra.

In mari via tua, et sémitæ tuæ in aquis multis: * et vestígia tua non cognoscéntur.

Deduxísti sicut oves pópulum tuum, * in manu Móysi et Aaron.

Glória Patri. Sicut erat.

Quibus finitis Sacerdos dicit:

Orémus.

Omnípotens dominátor Christe, quo secúndum carnis assumptiónem dormiénte in navi, dum obórta tempésta mare conturbásset, te prótinus excitáto et imperánte, dissíluit, tu necessitátibus pópuli tui benígnus succúrre; tu hoc tintinnábulum Sancti Spíritus rore perfúnde, ut ante sónitum illíus semper fúgiat bonórum inimícus: invitétur ad fidem pópulus

christiánus; hostilis terreáur exércitus; confortétur in Dómino per illud pópulus tuus convocátus: ac sicut Davídica cíthara delectátus désuper descéndat Spíritus Sanctus; atque ut Samuэле agnum lacténtem mactánte in holocaústum regis ætérni impérii, fragor aurárum turbam répulit adversántium: ita dum hujus vásculi sónitus transit per núbila, Ecclésiæ tuæ convéntum manus consérvet angélica; fruges credéntium, mentes et córpora salvet protéctio sempitérna. Per te, Christe Jesu, qui cum Deo Patre vivis et regnas in unitáte ejúsdem Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. **R.** Amen.

8. Demum Diaconus, sacris vestibus albi coloris paratus, dicit:

Ps. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

✠ **Sequéntia sancti Evangélii secúndum Lucam.**

Cap. 10.

IN illo témpore: Intrávit Jesus in quoddam castéllum: et múlier quædam Martha nómine excépit illum in domum suam: et huic erat soror nómine María, quæ étiam sedens secus pedes Dómini, audiébat verbum illíus. Martha autem satagébat circa frequens ministérium: quæ stetit, et ait: Dómine, non est tibi curæ, quod soror mea relíquit me solam ministráre? Dic ergo illi, ut me ádjuvet. Et respóndens, dixit illi Dóminus: Martha, Martha, sollicita es, et turbáris erga plúrima: porro unum est necesárium. María óptimam partem elégit, quæ non auferétur ab ea.

9. Finito Evangelio, Sacerdos officians osculatur librum Evangeliorum per unum ex Ministris sibi porrectum. Tum producit super Campanam benedictam signum crucis, et discedens revertitur ad locum, ubi paramenta accepit, in quo dimissis sacris vestibus, vadit in pace.

CAPUT 51.

BENEDICTIO NOVÆ CAMPANÆ,

quæ ad usum Ecclesiæ sive Sacelli inserviat.*

Ÿ. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

R. Qui fecit cœlum et terram.

Ps. 50. Miserére mei Deus. pag. 302.

Ps. 53. Deus in nómine tuo. pag. 314.

Ps. 56. Miserére mei Deus, miserére mei. pag. 315.

Ps. 66. Deus misereátur nostri. pag. 315.

Ps. 69. Deus in adjutórium meum. pag. 316.

Ps. 85. Inclína Dómine aurem tuam. pag. 316.

Ps. 129. De profúndis clamávi. pag. 317.

Kýrie eléison. Christe eléison. Kýrie eléison.

Pater noster. secreto.

Ÿ. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

R. Sed libera nos a malo.

Ÿ. Sit nomen Dómini benedíctum.

R. Ex hoc nunc et usque in sæculum.

Ÿ. Dómine exaúdi oratiónem meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

Ÿ. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Deus, qui per beátum Móysen, legíferum fámulum tuum, tubas argénteas fieri præcepísti, quibus dum sacerdótes témpore sacrificii clángerent, sónitú dulcédinis pópulus mónitus ad te adorándum fieret præparátus, et ad celebrándum conveníret: præsta quæsumus; ut hoc vásculum, sanctæ tuæ Ecclesiæ præparátum, a Spíritu Sancto per nostræ humilitátis obséquium sancti ✠ ficétur, ut per illíus tactum et sónitum fidéles inviténtur ad Sanctam Ecclesiám et

* Hæc benedictio ab Episcopo vel ab aliis facultatem habentibus facienda est: et quod attinet ad ecclesias consecratas, in benedictione signi vel campanæ decentius servetur ritus Pontific. Rom. (ut supra pag. 314). — S. R. C. 22. Jan. 1908.

ad præmium supérnum. Et cum melódia illius aúribus insonúerit populórum, crescat in eis devótio fidei, procul pellántur omnes insídiæ inimíci, fragor grándinum, ímpetus tempestátum, temperéntur infésta tonítua, prostérnat aéreas potestátes déxtera tuæ virtútis: ut hoc audiéntes tintinnábulum contremíscant et fúgiant ante sanctæ crucis vexíllum in eo depíctum. Quod ipse Dóminus noster præstáre dignétur, qui absórpta morte per patíbulum crucis regnat in glória Dei Patris cum eódem Patre et Spírítu Sancto, per ómnia sæcula sæculórum.

R. Amen.

Nunc Officians ponit incensum in thuribulum et benedicit et primum aqua benedicta aspergit circumeundo campanam, choro dicente:

Aspérges me, Dómine, hyssópo, et mundábor: lavábis me, et super nivem dealbábor.

Dein incensat circumeundo campanam, choro dicente:

Dirigátur Dómine orátio mea: sicut incénsus in conspéctu tuo.

Officians prosequitur:

Orémus.

Omnípotens Dominátor Christe, quo secúndum carnis assumptiónem dormiénte in navi, dum obórta tempésta mare conturbásset, te prótinus excitáto et imperánte, dissiluit: tu necessitátibus pópuli tui benígnus succúrre: tu hoc tintinnábulum Sancti Spírítus rore perfúnde: ut ante sónitum illius semper fúgiat bonórum inimícus, invitétur ad fidem pópulus christiánus, hostilis terreátur exércitus, confortétur in Dómino per illud pópulus tuus convocátus, ac sicut Davídica cíthara delectátus désuper descéndat Spírítus Sanctus: atque ut Samuэле agnum lacténtem mactánte in holocaustum regis ætérni impérii, fragor aurárum turbam répulit adversántium; ita dum hujus vásculi sónitus transit per núbila, Ecclesiæ tuæ con-

véntum manus consérvet angélica, fruges credéntium, mentes et córpora salvet protéctio sempitérna. Per te, Christe Jesu, qui cum Deo Patre vivis et regnas in unitáte ejúdem Spíritus Sancti Deus per ómnia sæcula sæculórum. **R.** Amen.

V. In honórem **N.** **R.** Amen.

Tum Officians producit super campanam benedictam signum crucis, et discedit cum Ministris.

CAPUT 52.

BENEDICTIO SIMPLEX NOVÆ CAMPANÆ
quæ tamen ad usum Ecclesiæ non inserviat.

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

R. Qui fecit cœlum et terram.

Deinde recitantur: Ps. 50. Miserére mei Deus. pag. 302. Ps. 53. Deus in nómine tuo. pag. 314. Ps. 56. Miserére mei Deus. et Ps. 66. Deus misereátur. pag. 315. Ps. 69. Deus in adjutórium. et Ps. 85. Inclína Dómine. p. 316. Ps. 129. De profúndis. p. 317.

Kýrie eléison. Christe eléison. Kýrie eléison.
Pater noster. *secreto.*

V. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

R. Sed líbera nos a malo.

V. Sit nomen Dómini benedíctum.

R. Ex hoc nunc et usque in sæculum.

V. Dómine exaúdi oratiónem meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Omnípotens sempitérne Deus, qui rerum ómnium cursum in mundo ineffábili sapiéntia disposúisti: præsta quæsumus; ut hoc vásculum ad actiónum sériem indicándam destinátum tuæ bene ✠ dictionis rore perfúndas, quo cuncta juxta órđinem fiant et

quævis inde maligni spiritus perturbatio arceatur.
Per Dóminum nostrum Jesum Christum etc.

R. Amen.

Nunc Officians ponit incensum in thuribulum et benedicit;
et primum aspergit circumeundo Campanam, choro dicente:

**Aspérges me, Dómine, hyssópo, et mundábor:
lavábis me, et super nivem dealbábor.**


Dein incensat circumeundo Campanam, choro dicente:

**Dirigátur Dómine orátio mea: sicut incénsum
in conspéctu tuo.**

Tum producto Officians super Campanam signo Crucis, dis-
cedit cum Ministris.




PARS SECUNDA.



DE PROCESSIONIBUS

CUM APPENDICE.



Imposuerunt Salomonem super



mulam regis David... III. Reg. I.



Et venientes in occursum ejus,



adoraverunt eum... IV. Reg. 2,15.



DE PROCESSIONIBUS.

Regulæ generales.



Publicæ sacræque Processiones, seu Supplicationes, quibus ex antiquissimo sanctorum Patrum instituto catholica Ecclesia vel ad excitandam fidelium pietatem, vel ad commemoranda Dei beneficia, eique gratias agendas, vel ad divinum auxilium implorandum uti consuevit, qua par est religione celebrari debent; continent enim magna ac divina mysteria, et salutare christianæ pietatis fructus eas pie exsequentes a Deo consequuntur: de quibus fideles præmonere et erudire, quo tempore magis opportunum fuerit, Parochorum officium est.

2. Videant in primis Sacerdotes, alique ecclesiastici ordinis, ut in his Processionibus ea modestia ac reverentia tum ab ipsis, tum ab aliis adhibeatur, quæ piis et religiosis hujusmodi actionibus maxime debetur.

3. Omnes decenti habitu, superpelliceis, vel aliis sacris vestibus, sine galeris, nisi pluvia cogente, induti, graviter, modeste ac devote bini suo loco procedentes, sacris precibus ita sint intenti, ut remoto risu, mutuoque colloquio, et vago oculorum aspectu, populum etiam ad pie devotæque precandum invitent.

4. Sacerdos autem pluviali vel saltem superpelliceo et stola violacei coloris sit indutus; cujus coloris habitu in omnibus processionibus semper utatur, præterquam in processionibus Corporis Christi sive cum venerabili Sacramento et quæ fiunt solemnibus diebus vel in gratiarum actionem; quibus diebus utatur colore propriæ solemnitati congruente.

Intra Ecclesiam in quibuscumque processionibus omnes *detecto* capite incedere debent, exceptis Celebrante et Ministris paratis, qui caput tegunt, modo Ss. Sacramentum non deferatur. In processionibus vero *extra Ecclesiam* sine Sanctissimo Clericis *tecto* capite licet incedere.

Ubi desunt cantores, ea, quæ alias cantari deberent, *Celebrans* recitabit.

5. Laici a Clericis, feminæ a viris separatæ orantes prosequantur.

6. Præferatur crux, et ubi fuerit consuetudo, vexillum sacris imaginibus insignitum, non tamen factum militari seu triangulari forma.

7. Pulsentur campanæ festivo ritu in exitu, circuitu et reditu in Ecclesiam.

8. Edendi ac bibendi abusum, secumve esculenta et poculenta deferendi in sacris Processionibus, agrisque lustrandis, et suburbanis Ecclesiis visitandis, tollere Parochi studeant; ac fideles, præsertim die Dominica, quæ proxime Rogationes antecedit, quam hæc dedeceat corruptela, sæpius admoneant.

9. Processiones prius fieri debent, deinde Missa solemniter celebrari: nisi aliter ob gravem causam interdum Ordinario vel Clero videatur. Processio tamen theophorica celebratur regulariter post Missam.

10. Processiones autem quædam sunt ordinariæ, quæ fiunt certis diebus per annum, ut in festo Purificationis B. Mariæ semper Virginis, et in Dominica Palmarum, et in Litanis majoribus in Festo S. Marci, et in minoribus Rogationum triduo ante Ascensionem Domini, et in Festo Corporis Christi, vel aliis diebus pro consuetudine Ecclesiarum.

11. Quædam vero sunt extraordinariæ, ut quæ variis, ac publicis Ecclesiæ de causis in dies indicuntur.



TITULUS I.

PROCESSIONES ORDINARIÆ.

§. 1.


DE PROCESSIONE

IN DIE FESTO PURIFICATIONIS B. MARIE VIRGINIS.


Benedictione candelarum juxta normam Missalis finita, cum *Celebrans* inceperit distribuere candelas, a Choro cantatur:

Antiphona. *Luc. 2.*


Ton. VIII. Tr. 2 ♮.




Lu-men ad re-ve-la-ti-ó-nem gén-ti-um, * et




gló-ri - am ple-bis tu-æ Is-ra - ìl: Nunc di-




mít-tis ser-vum tu-um Dó-mi-ne: se-cúndum




ver-bum tu-um in pa-ce. **Repet.** Lumen.




Qui-a vi-dé-runt ó-cu-li me-i sa-lu-tá-re




tu-um. **R.** Lu-men.




Quod pa-rá-sti an-te fá-ci-em ómni-um po-




pu-ló-rum. **R.** Lu-men.




Gló-ri-a Pa-tri et Fí-li-o, et Spi-rí-tu-i




Sancto. **R.** Lu-men.



Sic-ut e-rat in prin-cí-pi-o, et nunc et




sem-per, et in sæ-cu-la sæ-cu-ló-rum.



A-men. **R.** Lu-men.

2. His expletis cantatur Antiphona.


Ton. II. Tr. 2.




Ps. 43. Ex-súr-ge Dó - mi-ne, ád-ju-va nos:




et lí - be-ra nos pro-pter no-men




tu - um. **Ps. ib.** De-us aú-ri-bus no-stris au-dí-vi-




mus: patres nostri annunti-a-vé-runt no-bis.




Gló-ri - a Pa-tri et Fí-li-o et Spi-rí-tu - i



Sancto: sic-ut e-rat in prin-cí-pi-o, et nunc




et sem-per, et in sæ-cu-la sæ-cu-ló-rum.




A-men. **Et repetitur: Exsúrge.**

3. Completa candelarum distributione fit Processio. Et primo Celebrans imponit more consueto benedicens incensum in thuribulum; deinde Diaconus vel ipse Celebrans vertens se ad populum, dicit:



Pro-ce-dá-mus in pa-ce.


Et Chorus respondet:




In nó-mi-ne Chri-sti. A-men.

4. Præcedit thuriferarius cum thuribulo fumigante, deinde Subdiaconus paratus, deferens Crucem medius inter duos Acolythos, cum candelabris, et candelis accensis; sequitur Clerus per ordinem, ultimo Celebrans cum Diacono a sinistris uterque tecto capite, omnes cum candelis accensis in manibus, et cantantur Antiphonæ sequentes.


Ton. VI. Tr. 2 #.




Ad-ór-na thá-la-mum tu - um Si - on,




et sú-s-ci-pe Re-gem Chri - stum: amplé-cte-




re Ma-rí - am, quæ est cœ-lé - stis por-




ta: ip-sa e-nim por - tat Re-gem gló - ri-




æ no-vi lú - mi-nis: sub-sí-stit Vir-go,



addú-cens má - ni-bus Fí-li-um ante lu-cí-



fe-rum gé - ni - tum: quem ac-cí - pi - ens Sí-me-



on in ul-nas su - as præ-di-cá-vit pó-
 pu-lis, Dó-mi-num e - um es-se
 vi - tæ et mor-tis, et Sal-va-tó - rem
 mun - di.

*Alia Antiphona.**Ton. II. Tr. 7.*


Re-spón-sum ac-cé-pit Sí-me-on a
 Spí-ri-tu San-cto, non vi-sú-rum se
 mor-tem, ni-si vi-dé-ret Chri-stum Dó-mi-
 ni: et cum in-dú-ce-rent pú-e-rum in
 templum, ac-cé-pit e - um in ulnas
 su-as, et be-ne-dí-xit De - um, et di-xit:




Nunc di-mít-tis ser - - vum tu - - um,
 Dó - mi-ne, in pa - ce. *V.* Cum indú-ce-
 rent pú-e-rum Je-sum pa-rén-tes e - jus, ut
 fá-ce-rent se-cúndum consue-tú-di-nem le-gis
 pro e - o, ip-se accé-pit e - um in ul-
 nas su - as.

5. Ingrediendo Ecclesiam (vel si Processio intus Ecclesiam peracta fuerit, in ipso presbyterii ingressu) cantatur:

Responsorium.

Ton. II. Tr. ♭.




Ob-tu-lé - runt pro e - o Dó - mi-no par
 túr - tu-rum, aut du - os pul - los co - -
 lum - bá - rum: * Sic-ut scri-ptum est
 in le - ge Dó - mi-ni. *V.* Post-quam



implé - ti sunt di - es purga - ti - ó - nis Ma -
 rí - æ, se - cún - dum le - gem Mó - y - si, tu - lé - runt
 Je - sum in Je - rú - sa - lem, ut sí - ste - rent e - -
 um Dó - mi - no. *R.* Sic - ut scri - ptum. *V.* Gló -
 ri - a Pa - tri, et Fí - li - o, et Spi - rí - -
 tu - i San - cto. *R.* Sic - ut scri - ptum.


6. Finita Processione Celebrans et Ministri, depositis violaceis, accipiunt paramenta alba pro Missa. Et candelæ tenentur in manibus accensæ (ab omnibus Clericis in Choro præsentibus), dum legitur Evangelium, et iterum ad elevationem Sacramenti usque ad Communionem. Si vero Missa fieret de Dominica, candelæ non accenduntur.



§. 2.


DE PROCESSIONE IN DIE PALMARUM.

In Dominica Palmarum, facta ut in Missali Rom. benedictione et distributione palmarum, seu olivarum post ultimam Orationem, Omnipotens sempitærne Deus, fit Processio, ac primum Celebrans imponit incensum in thuribulum, et Diaconus, vertens se ad populum, dicit:



Pro - ce - dá - mus in pa - ce.


Et Chorus respondet:



R̄. In nó-mi-ne Chri-sti. A-men.

2. Præcedit thuriferarius cum thuribulo fumigante: deinde Subdiaconus paratus, deferens Crucem, medius inter duos acolythos cum candelabris, et candelis accensis: sequitur Clerus per ordinem, ultimo Celebrans cum Diacono a sinistris, omnes cum ramis in manibus, et cantantur sequentes Antiphonæ, quousque durat Processio.

Ton. VIII. et VII. Tr. 2 ♭.




Cum appro-pinquá-ret Dó - mi-nus Je - ro-




só - ly-mam, mi - sit du - os ex discí-pu-




lis su - is di - cens: I - - te in castél-lum




quod con-tra vos est: et in-ve-ni-é - tis




pul-lum á - si-næ al-li-gá - tum, su-per quem




nul-lus hó - mi-num se-dit: sól-vi-te, et



addú - ci-te mi - hi. Si quis vos in-



terro-gá - ve-rit, dí - ci-te: o-pus Dó -



mi-no est. Sol-vén - tes ad - du-xé-runt ad

Je-sum: et im-po-su-é-runt il - li ve-sti-

mén-ta su - a, et se-dit su-per e - um.

A-li - i expan-dé-bant ve-sti-mén-ta su - a

in vi - - a. A - li - i ra-mos de ar-bó-

ri-bus ster-né-bant: et qui se-que-bán-tur

cla-má-bant: Ho-sán-na, be-ne-dí-ctus, qui ve-nit


in nó-mi-ne Dó - mi-ni: be-ne-dí-ctum regnum

pa-tris nostri Da - vid: Ho-sán-na in ex-cél -

sis: mi-se-ré - re no-bis, fi - li Da - vid.

Alia Antiphona.


Ton. VIII. Tr. 2 ♭.



Cum Ange-lis et pú-e-ris fi-dé-les inve-ni-
 á-mur, tri-umpha-tó-ri mor-tis cla-mán-tes:
 Ho-sán-na in ex-cél-sis.

3. In reversione Processionis duo, vel quatuor Cantores intrant in Ecclesiam, et clauso ostio, stantes versa facie ad Processionem, incipiunt Ψ . Glória, laus, et decantant duos primos versus. Sacerdos vero cum aliis extra Ecclesiam repetit eosdem. Deinde, qui sunt intus, cantant Versus sequentes, vel omnes, vel partem, prout videbitur: et qui sunt extra, ad quoslibet duos Versus respondent: Glória, laus etc. sicut in principio.

Ton. I. Tr. 2 #.



Gló-ri-a, laus, et ho-nor ti-bi sit, Rex
 Chri-ste Red-émptor: * cu-i pu-e-rí-le de-
 cus prompsit Ho-sán-na pi-um. **R.** Glória, laus.
 Is-ra-ël es tu rex, Da-ví-dis et ín-cly-ta
 pro-les: nó-mi-ne qui in Dó-mi-ni Rex be-
 ne-dí-cte ve-nis. **R.** Glória, laus.




Cœ-tus in ex-cél-sis te lau-dat cœ-li-cus o-




mnis, et mor-tá-lis ho-mo, et cuncta cre - á-




ta si-mul. **R.** Gló-ri - a, laus.



Plebs He-bræ-a ti-bi cum pal-mis ób-vi-am



ve-nit: cum pre-ce, vo-to, hy-mnis, ád-su-mus



ec-ce ti-bi. **R.** Glória, laus.




Hi ti-bi pas-sú-ro, sol-vé-bant mú-ni-a lau-




dis: Nos ti-bi re-gnán-ti pángi-mus ec-ce



me-los **R.** Gló-ri - a, laus.



Hi pla-cu-é-re ti-bi, plá-ce-at de-vó-ti-o



no-stra: Rex bo-ne, Rex cle-mens, cu-i bo-na

cuncta pla-cent. **R.** Glória, laus.

Gló-ri - a, laus, et ho-nor, ti-bi sit Rex

Chri-ste Red-émptor: cu - i pu - e-rí-le de-

cus prompsit Ho-sán-na pi - um.

4. Postea Subdiaconus hastili Crucis percutit portam: qua statim aperta, Processio intrat Ecclesiam, cantando Responsorium:

Ton. II. Tr. 7.

Ingre-di - én-te Dó - mi-no in sanctam ci-

vi-tá - tem, He-bræ - ó - rum pu - e-ri

re-sur-re-cti - ó-nem vi - tæ pro - nun - ti-

án - tes: * Cum ra-mis pal-má - rum. Ho-


sán-na cla-má - bant in ex - cél - sis.

V. Cum au-dís-set pó-pu-lus qui - a Je-sus ve-

ní-ret Je-ro-só-ly-mam ex-i-é-runt ób -
 vi - am e - i. Cum ramis.

5. Deinde celebratur Missa, et rami tenentur in manibus, dum cantatur Passio et Evangelium tantum.

6. Si Processio intra Ecclesiam habeatur, tum, quod ante ejus portam agendum erat, fiat in reditu ad vestibulum Chori, vel Presbyterii.



§. 3.

ORDO SERVANDUS

FERIA QUINTA, SEXTA ET SABBATO MAJORIS HEBDOMADÆ.

Quoad tria matutina tenebrarum, quæ pridie post tempus vespertinum solent haberi, et reliquas Horas Canonicas, servetur præscriptum Breviarii Romani sine ulla additione, immutatione, atque demptione.

2. Quæ vero circa Missæ sacrificium, reponendum, ac reportandum processionaliter Venerabile Sacramentum, denudanda Altaria, adorationem Crucis, Benedictionem ignis, novi Cerei Paschalis, Fontis Baptismalis, et reliquum Officium antemeridianum, hoc triduo agenda sunt: advertat Sacerdos, ut ea omnia accurate peragat, juxta præscriptum, quod sequitur, nec non Missalis Romani, nihil omnino demendo, nihil immutando, nihil addendo.

3. Retinendus solemnissimus Ecclesiæ mos est, ut cantato ad Missam Feriæ Quintæ Hymno: Glória in excelsis etc. deinceps non pulsantur campanæ et organa, donec cantetur iterum dictus Hymnus in Missa Sabbati Sancti, adhibitis interim crepitaculis, seu ligneo malleo. Postquam autem in Missa Sabbati Glória in excelsis etc. cantatum est, per totam illam diem, quoties ratio postulat, pulsari possunt campanæ et organa, non obstante, quod Corpus Domini adhuc sit in sepulchro.

4. Ubi in pluribus Ecclesiis fit Officium, non debent pulsari campanæ, antequam audita sint in Ecclesia principaliori loci.

5. Quandoquidem præfata Feria quinta sacrum Chrisma cum aliis oleis ab Episcopo solemniter consecratur, ex quibus deinde

ad singulas Parochias aliquid transferendum est, meminerit Parochus, ut virum fidum et probatum ad hæc sacra olea petenda, recipienda, et transportanda tempestive mittat ad Ecclesiam Cathedrallem, si distantia loci id patiatur, sin minus ad suum ruralem decanum, seu Archipresbyterum.

6. Præterea purget pyxides, easque nitidissime servet, quibus sacra olea infunduntur, ut, ne quid fœdi et irreverentiæ circa ea committatur, unde sæpe ad eum locum invisendum, in quo sacra olea custodiuntur, veniat, ut munda, et composita illic serventur omnia.

7. Vetus autem Chrisma, cum reliquis oleis sequenti Sabbato Sancto, in loco decenti, vel, ut hic moris est, in ampulla coram sepulchro, ubi continetur Ss. Sacramentum, concremandum est.



§. 4.

PROCESSIO ET DENUDATIO ALTARIUM
POST MISSAM FERIÆ V. IN CÆNA DOMINI.

Cum in nostris regionibus Feria VI. Parasceves et Sabbato Sancto in *Sepulchro*, quod dicunt, Ss. Sacramentum fidelibus adorandum exponatur, Celebrans Feria V. in Missa solemnî non duas tantum, ut Missale præscribit, sed *tres majores hostias consecrare debet*, quarum unam in Missa Feria V. sumit, alteram pro Missa Præsantificatorum sequentis diei, tertiam pro depositione in Sepulchro sacro reservat. Hostias reservandas Celebrans, sumpto in Missa solemnî hujus diei Ss. Sanguine, ante abluionem digitorum in alio calice ponit, quem Diaconus (vel eo deficiente, ipse Celebrans) palla et patena cooperit et expanso desuper velo in medio Altaris collocat.

2. Paratus esse debet *locus aptus* sive in aliqua Capella Ecclesiæ sive in Altari quodam laterali, qui locus decenter, quoad fieri potest, ornetur cum velis albis et luminibus, ubi calix cum Hostiis ut supra servatis (insuper et pyxis cum particulis consecratis pro infirmis) reponatur. Ubi neque in Capella neque super Altari laterali locus aptus parari potest pro asservatione Hostiarum, eas in aliquo tabernaculo vel nitido armariolo existente in Sacristia asservare licet.

3. Finita itaque Missa solemnî accenduntur intortitia, et fit processio cum utraque Hostia in calice recondita ad prædictum locum more solito, alio tamen Subdiacono parato crucem ferente. Celebrans indutus pluviali albo, stans ante Altare, imponit incensum in duobus thuribus absque benedictione; deinde in medio genuflexus cum altero ter incensat Sacramentum et accepto calice cum Sacramento de manu Diaconi stantis et cooperto extremitati-

bus veli, quo ejus humeri teguntur, procedit medius inter eundem Diaconum a dextris et Subdiaconum a sinistris sub baldachino, duobus Acolythis Sacramentum continuo incensantibus, usque ad locum præparatum, ubi pro crastino servandum est. Interea, dum fit processio, cantatur Hymnus:

Ton. III.



Pan-ge lingua glo-ri - ó - si córpo-ris my-sté - ri-
 um, sangui-nís-que pre-ti - ó - si, quem in mun-
 di pré - ti - um fru-ctus ventris ge-ne-ró - si, Rex
 ef-fú - dit gén - ti - um. A - men.

Nobis datus, nobis natus ex intácta Vírgine,
 Et in mundo conversátus, sparso verbi sémine,
 Sui moras incolátus miro clausit órđine.

In suprémæ nocte cœnæ recúbens cum frátribus,
 Observáta lege plene cibis in legálibus,
 Cibum turbæ duodénæ se dat suis mánibus.

Verbum caro, panem verum verbo carnem éfficit,
 Fitque sanguis Christi merum, et si sensus déficit,
 Ad firmándum cor sincérum sola fides súfficit.

Tantum ergo Sacraméntum venerémur cérnui;
 Et antíquum documéntum novo cedat rítui;
 Præstet fides suppléméntum, sénsuum deféctui.

Genitóri Genitóque laus et jubilátio,
 Salus, honor, virtus quoque sit et benedíctio;
 Procedénti ab utróque compar sit laudátio. Amen.

4. Cum autem processio venerit ad locum paratum, Diaconus genuflexus a Sacerdote stante accipit calicem cum Sacramento et

ponit illum primo super Altare, ubi a Sacerdote genuflexo incensatur, ut supra; deinde reponit in capsula.

5. Celebrans vel alius Sacerdos alba, resp. superpelliceo et stola albi coloris indutus, præcedentibus duobus Acolythis cum cereis accensis, *pyxidem* cum particulis consecratis velo humerali coopertam ex Altari Ss. Sacramenti defert ad eundem locum, ubi calix est reconditus; vel ad locum paratum in Sacristia ibique recondit in tabernaculo vel armariolo, coram quo dehinc lampas jugiter ardere debet. Postea in Choro dicuntur *Vesperæ sine cantu*.

6. Et Sacerdos cum Ministris denudet Altaria legendo *Antiphonam Diviserunt sibi vestimenta mea. cum toto Ps. 21.*

Antiphona. Diviserunt sibi vestimenta mea et super vestem meam miserunt sortem.

Psalmus 21.

Deus, Deus meus respice in me: quare me dereliquisti? * longe a salute mea verba delictorum meorum.

Deus meus clamabo per diem, et non exaudies: * et nocte, et non ad insipientiam mihi.

Tu autem in sancto habitas, * laus Israël.

In te speraverunt patres nostri: * speraverunt, et liberasti eos.

Ad te clamaverunt, et salvi facti sunt: * in te speraverunt, et non sunt confusi.

Ego autem sum vermis, et non homo: * opprobrium hominum, et abjectio plebis.

Omnes videntes me, deriserunt me: * locuti sunt labiis, et moverunt caput.

Speravit in Domino, eripiat eum: * salvum faciat eum, quoniam vult eum.

Quoniam tu es, qui extraxisti me de ventre: * spes mea ab uberibus ma-

tris meæ. In te projectus sum ex utero.

De ventre matris meæ Deus meus es tu, * ne discesseris a me:

Quoniam tribulatio proxima est: * quoniam non est qui adjuvet.

Circumdedérunt me vituli multi: * tauri pingues obsederunt me.

Aperuerunt super me os suum, * sicut leo rapiens et rugiens.

Sicut aqua effusus sum: * et dispersa sunt omnia ossa mea.

Factum est cor meum tamquam cera liquescens * in medio ventris mei.

Aruit tamquam testa virtus mea, et lingua mea adhesit faucibus meis: * et in pulverem mortis deduxisti me.

Quoniam circumdedérunt me canes multi: * concilium malignantium obsedit me.

Foderunt manus meas et pedes meos: * dinumeraverunt omnia ossa mea.

Ipsi vero consideraverunt et inspexerunt me: * divisérunt sibi vestiménta mea, et super vestem meam misérunt sortem.

Tu autem Dómine ne elongáveris auxiliúm tuum a me: * ad defensionem meam cónspice.

Erue a frámea Deus ánimam meam: * et de manu canis únicam meam:

Salva me ex ore leónis: * et a córnicibus unicórnicium humilitátem meam.

Narrábo nomen tuum frátribus meis: * in médio ecclésiæ laudábo te.

Qui timétis Dóminum laudáte eum: * univérsum semen Jacob glori ficáte eum:

Tímeat eum omne semen Israël: * quóniam non sprevit, neque despéxit deprecationem paúperis:

Nec avértit fáciem suam a me: * et cum clamárem ad eum exaudivit me.

Apud te laus mea in ecclé-

sia magna: * vota mea reddam in conspéctu timéntium eum.

Edent paúperes, et saturabúntur: et laudábunt Dóminum qui requírunnt eum: * vivent corda eórum in sæculum sæculi.

Remiscéntur, et converténtur ad Dóminum * univérsi fines terræ:

Et adorábunt in conspéctu ejus * univérsæ famíliæ Géntium.

Quóniam Dómini est regnum: * et ipse dominábitur Géntium.



Manducaverunt et adoraverunt omnes pingues terræ: * in conspéctu ejus cadent omnes qui descéndunt in terram.

Et ánima mea illi vivet: * et semen meum sérviet ipsi.

Annuntiábitur Dómino generátio ventúra: * et annuntiábunt cœli justítiam ejus pópulo qui nascétur, quem fecit Dóminus.

Antiphona. Divisérunt sibi vestiménta mea et super vestem meam misérunt sortem.

Ubi vero deest Chorus, ipse Celebrans, qui inchoata Antiphona cum Ministris sacris ascendit ad Altare, Psalmum alternatim cum Ministris (et his deficientibus ipse solus) recitat, interim tobaleas, antependium et alia Altaris ornamenta adjuvantibus Ministris removens, ita ut in Altari nihil remaneat, nisi crux et candelabra cum candelis extinctis. Denudato summo Altari eodem ordine proceditur ad reliqua Altaria denudanda; Psalmus tamen non est repetendus, sed ita morose recitandus, ut non finiatur, priusquam omnia Altaria sint denudata. Qua denudatione peracta Celebrans cum Ministris ad Altare majus indeque repetita ibidem Antiphona redit in Sacristiam.



Quæ vulneráta lanceæ mucróne diro criminum,
Ut nos laváret sórdibus, manávit unda et sáanguine.

Impléta sunt, quæ cóncinit David fidéli cármine,
Dicéndo natió nibus: regnávit a ligno Deus.

Arbor decóra et fúlgida, ornáta Regis púrpura,
Elécta digno stípíte, tam sancta membra tángere.

Beáta, cujus bráchiis prétium pepéndit sáeculi,
Statéra facta córporis, tulítque prædam tártari.

O crux ave spes única, hoc passió nis témpore
Piis adaúge grátiam, réisque dele crimina.

Te fons salútis Trínitas, collaúdet omnis spíritus:
Quibus Crucis victóriam largíris, adde præmium.
Amen.

4. Cum venerit Sacerdos ad Altare (majus), posito super illud calice genuflexus (in infimo Altaris gradu) Ss. Sacramentum rursum incensat et accedens deponit ex calice Hostias super patenam, quam Diaconus tenet; deinde accipiens patenam de manu Diaconi (vel deficiente Diacono, de Altari) Hostias sacras ponit super corporale nihil dicens neque crucis signum cum patena efformans, et prosequitur Missam Præsantificatorum juxta rubricas Missalis perficiendam. Post sumptionem Ss. Corporis Christi alteram Hostiam ponit in Ostensorio, quod velo albo tectum in media corporalis parte collocat et Missam perficit.

B. PROCESSIO PRO DEPONENDO SS. CORPORE CHRISTI IN SEPULCHRO.

Die Parasceves et Sabbato Sancto ex laudabili et antiquissima consuetudine in Ecclesiis Diócesis Culmen. Sepulchrum Domini imaginario modo representari et Ss. Corpus Domini in hoc Sepulchro fidelibus adorandum exponi solet. Paretur igitur et ornetur locus pro sepulchro (ita situs, ut aditus ad Altare

majus omnino pateat et functionibus Parasceves et Sabbati Sancti nullum evadat impedimentum) velis albis, floribus, luminaribus ac imaginibus devotionem fidelium excitantibus, nullatenus autem apparatu lugubri neve figuris et repræsentationibus profanis. Ante Sepulchri Tabernaculum cum throno, in quo Ss. Eucharistia exponitur, ardeant cerei, prout in solemnè expositione fieri solet, et ostensorium seu monstrantia pro hac singulari expositione velo albi coloris ita debet esse obtecta, ut sacra Hostia videri a populo non possit.

2. Finita Missa Præsanctificationum et remoto calice Celebrans facta in medio Altaris genuflexione una cum Ministris sacris in latere Epistolæ manipulum deponit, deinde cum illis ad medium Altaris procedit ibique facta prius genuflexione utroque genu in plano stans imponit incensum absque benedictione et genuflexus ter incensat venerabile Sacramentum. Interim ordinatur processio præcedente Cruce, quam sequitur Clerus more solito luminaria ferens, ultimo autem loco Sacerdos pluviali nigri coloris indutus monstrantiam velo albo manibus gestans, et cum Ministris sub baldachino incedens, choro interim cantante Responsorium:

Ton. VII. et VIII. Tr. 2 ♪.

Re - cés - sit pa - stor no - ster, fons a -
 quæ vi - væ, ad cu - jus tráns - i -
 tum sol obs - cu - rá - tus est. * Nam
 et il - le ca - ptus est, qui ca - ptí - ym
 te - né - bat pri - mum hó - mi - nem: hó -
 di - e por - tas mor - tis et se -



ras pá - ri - ter Sal - vá - tor no - ster
 dis - - rú - pit. *V.* Destrú - xit qui -
 dem claustra in - fér - ni, et subvértit po - tén -
 ti - as di - á - - bo - li. *Rep. Nam.*

3. Vel in minoribus Ecclesiis maxime ruralibus cantatur alia cantilena lugubris in lingua vernacula. Thurificantibus continuo duobus Thuriferariis, vel saltem uno, adhibito quoque crepitaculo, vel malleo ligneo.

4. Dum pervenitur ad locum sepulchri, Sacerdos venerabile Sacramentum super Corporali mundo strato collocat, ac illud ter incensat. Deinde sacram Hostiam in monstrantia ad præparatum ibidem tabernaculum, vel etiam locum conspicuum ad hoc decenter aptatum populo adorandum deponit, non vero statuis et figuris, quamquam sacris applicat, v. g. perforatis earum pectoribus ingendo, vel alio modo simili abscondendo, et repræsentando, hujusmodi enim abusus utpote sacris Ecclesiæ ritibus contrarius omnino est abolendus.

5. Deinde pyxis cum sacris particulis ad asservandum in tabernaculo sepulchri a Sacerdote præcedentibus luminaribus et crepitaculo resonante affertur, interim a Cantoribus cantatur Responsorium:

Ton. IV. Tr. 2 #



Ec-ce quómo - do mó - ri - tur ju - stus, et ne - mo
 pér - ci - pit cor - de: et vi - ri ju - sti tol -
 lún - tur, et ne - mo con - sí - de - rat:


a fá-ci - e in-i-qui-tá - tis sub-lá - tus
 est ju - stus. * Et e - rit in pa - ce
 me - mó - ri - a e - jus. *Ψ*. Tamquam
 agnus co-ram tondénte se obmú-tu-it, et non
 a-pé-ru - it os su - um: De angú-sti - a et
 de ju-dí-ci - o sub-lá - tus est.

Repet. Et erit.

Aliud Responsorium.

Ton. II. Tr. ♭.

R. Se-púlto Dó - mi-no, signá-tum est mo-numén-
 tum: vol-vén - tes lá - pi-dem ad ó-sti - um
 mo-numén - ti; * Po-nén - tes mí - li - tes,
 qui custo-dí - rent il - lum. *Ψ*. Acce-dén-



6. Postea, ubi moris est, ante ostium sepulchri, et quidem in prioribus gradibus, sternitur pannus violacei, vel fusci coloris, ac eidem pulvinar, pulvinari vero Crux superimponitur populo deosculanda.

7. Ad sepulchrum, ut supra paratum, adhibendi sunt custodes die noctuque, nec deesse debent, qui secundum ritum antiquum devote psallant. Quia vero hæc Cæremonia in plurimis locis de nocte practicari haud potest, fiat per diem in Ecclesiis saltem majoribus.


8. Ubi in sepulchro non habetur Tabernaculum, sed venerabile Sacramentum in loco patulo est expositum, neque requisiti Custodes, et psallentes adsunt, tum Sanctissimum in hac statione non est relinquendum per noctem, sed rectius procedet Sacerdos, si illud vesperi devotione finita, præcedentibus luminaribus, et crepitaculo resonante ad solitum reservatorium sacrarum particularum deportaverit, et altero mane eodem modo ad sepulchrum retulerit. Invigilet etiam Sacerdos, ne a psallentibus, et iis, quibus per diem sepulchri et luminarium cura est imposita, committatur aliquid, quod reverentiæ ac venerationi loci istius, et Ss. Eucharistiæ Sacramento debitæ quoquo modo adversaretur.





§. 6.

DOMINICA RESURRECTIONIS.
APERTIO SEPULCHRI ET PROCESSIO.

Primo mane ante Matutinum et pulsum campanarum Officiator indutus alba solemniori vel superpelliceo, stola et pluviali albi coloris cum ministris incensum ferentibus, vexillis præterea et accensis candelis præcedentibus, ex Choro vel Sacristia ad sepulchrum vadunt. Ad quod cum pervenerint, flexis genibus, sequentem Antiphonam cum Psalmis cantent:

Ton. I. Tr. 2 ♯.





Quóniam confirmáta est super nos misericórdia ejus: * et véritas Dómini manet in ætérnum.

Glória Patri, et Filio, * et Spirítui Sancto:

Sicut erat in princípio, et nunc, et semper, * et in sæcula sæculórum. Amen.

Psalmus 3.

Dómine, quid multiplicáti sunt, qui tríbulant me? * multi insúrgunt advérsus me.

Multi dicunt ánimæ meæ: * Non est salus ipsi in Deo ejus.

Tu autem, Dómine, susceptor meus es, * glória mea, et exáltans caput meum.

Voce mea ad Dóminum clamávi: * et exaudivit me de monte sancto suo.

Ego dormívi, et soporátus sum: * et exsurrexi, quia Dóminus suscepit me.

Non timébo míllia pópuli circumdántis me: * exsúrge, Dómine, salvum me fac Deus meus.

Quóniam tu percussísti omnes adversántes mihi sine causa: * dentes peccatórum contrivísti.

Dómini est salus: * et super pópulum tuum benedíctio tua.

Glória Patri. Sicut erat.

Repet. Ant. Glória tibi etc.

Deinde dicit Officiator:

Kýrie eléison. **Christe** eléison. **Kýrie** eléison. **Pater noster.** *secreto.*

Ÿ. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

R. Sed líbera nos a malo.

V. In Resurrectiōne tua Christe, allelúja.

R. Cœlum et terra lætántur, allelúja.

V. Dóminus vobíscum. **R.** Et cum spírítu tuo.


Orémus.

Dómine Jesu Christe, Rex glóriæ, húmilis in passiōne, potens in resurrectiōne, mortis inferniq̄ue destrúctor, quod olim per Prophétas in scriptúris promisisti, hódie devícta morte, resurgéndo implésti; propter quod omnis cœléstis militiæ spírítus, et totus terrárum orbis profúso mentis gaúdio, exultándo te resurgéntem adórant, et gloríficant: tartáreæ quoque nímium formídant ac tremunt potestátes. Nos autem tuæ dignatiōnis húmiles sérvuli, gloriósæ resurrectiōnis tuæ memóriam unánimi voto devotíssime celebrántes, ecce frequéntes ádsumus, et exuberántis tuæ in nos caritátis mémores, pias non continémus lácrymas. Réspice quæsumus, humilitátis nostræ obséquia: et præsta, ut detérsis peccatórum nostrórum sórdibus, in his Paschálibus solémniis tibi resúrgere, ac sanctíssimæ Passiōnis ac Resurrectiōnis tuæ fructus capáces esse mereámur. Qui vivis et regnas Deus in sæcula sæculórum. **R.** Amen.

2. **Finita Oratione Sacerdos incensat sepulchrum, tum crucem stola rubra circumcinctam, cereum paschalem et imaginem Resurrectionis deferri in Processione curat: ipse vero elevans Sanctissimum incipit Responsorium:**

Ton. III. et VIII.

Cum Rex gló - ri - æ * Chri - stus in - fér -
 num de - bel - la - tú - rus in - trá - ret: et
 cho - rus Angé - li - cus an - te fá - ci - em




e-jus por-tas prin - ci-pum tol-li præ-ci-pe-
ret, San-ctó - rum pó - pu-lus qui te-ne-bá-tur
in mor-te ca - ptí - vus, vo-ce la-cry-má -
bi-li clama-vé - runt: * Adve-ní - sti de-si-de-
rá - bi - lis, quem exspe-cta - bámus in té-ne-
bris, ut e-dú-ce-res hac no-cte vincu-lá-
tos de claustris. Te no - stra vo-cábant su-
spí - ri - a: te lar - ga requi-ré - -
bant la - mén-ta: tu fa - ctus es spes
despe-rá - tis magna conso-lá - ti - o
in tor-mén - tis.

3. In Processione, quæ semel vel ter circumagitur, fit pulsus campanarum et tinnitus campanularum.

4. Finito Responsorio populus cantat: **Chrystus zmar-twychwstan jest, etc.** vel germanice: **Christus ist erstan-dent, 2c.** sive aliam cantilenam secundum locorum consuetudinem.


5. Facto circuitu, Sacerdos in summo gradu altaris genuflexus tenens crucifixum et sursum elevans, ter canit Antiphonam:

Ton. VIII.



Sur-ré-xit Dó-mi-nus de Se-púlchro.

Chorus prosequitur:



Qui pro no-bis pe-péndit in li-gno, al-le-lú-ja.

(Altera et tertia vice paulisper magis ac magis vocem elevando.)

Ÿ. In resurrectione tua Christe, allelúja.

R̄. Cœlum et terra lætántur, allelúja.

Orémus.


Deus, qui nos Resurrectionis Dominicæ ánnua solemnitáte lætificas: concéde propítius, ut per temporália festa quæ ágimus, pervenire ad gáudia ætérna mereámur. Per eúndem Dóminum nostrum etc.

R̄. Amen.


6. Demum imponitur incensum, cantatur Tantum ergo etc. cum Ÿ. R̄. et Or., datur benedictio et fit repositio Ss. Sacramenti, ut de expositione et repositione Ss. Sacramenti cum ostensorio præscribitur. Crucifixus una cum imagine Resurrectionis (ubi habetur) in altari, vel in aliquo honorato et edito loco circa altare statuitur; item cereus paschalis in suo candelabro.

7. Ubi autem unus tantum Sacerdos fuerit, solus perficiat supra dicta. Ad finem reponitur pyxis cum particulis in tabernaculo, interim canitur Antiphona de Beata Virgine vel congruens cantilena in lingua vernacula.

Ton. VI. Tr. #.



Re-gi-na cœ-li læ-tá - re, al-le - lú -



ja: qui - a quem me - ru - í - sti por - -
 tá - - re, al-le - - lú-ja, Re-sur-
 ré - xit sic-ut di-xit, al-le - lú - ja.
 O-ra pro no - bis De - um, al - le - -
 - - lú-ja.

V. Gaude et lætare Virgo María, allelúja.

R. Quia surrexit Dóminus vere, allelúja.

Orémus.

Deus, qui per resurrectionem Filii tui Dómini nostri Jesu Christi mundum lætificare dignatus es: præsta quæsumus, ut per ejus genitricem Virginem Mariam, perpétuæ capiamus gaudia vitæ. Per eúndem etc. **R.** Amen.

§. 7.






PROCESSIO PASCHALIS.

ANTE MAJOREM MISSAM.

Celebrans cum ministris ad majus altare accedit, et facta reverentia statim fit aspersione cum cantu Responsorii: Vidi aquam, suisque Versu et Oratione, uti dictum est supra de Processionibus in Dominicis diebus. Deinde statim incipitur Responsorium: Cum Rex glóriæ etc. quod canit Chorus stando, usque dum dicitur: Advenisti. Tunc fiat Processio præcedentibus vexillis et ceroferrariis, subsequente vero imagine Resurrectionis a

dextris, Crucifixi vero a sinistris. Quod in aliis Processionibus tempore Paschali observetur. In quibus per partes a Cantoribus Hymnus sequens decantetur:

Ton. IV.



Namque triumphánti post trístia tártara, Christo úndique fronde nemus grámina flore favent.

Légibus inférni opprésis super astra meántem laudant rite Deum lux, polus, arva, fretum.

Qui crucifixus erat Deus ecce per ómnia regnat, dantque creatóri cuncta creáta precem.

2. Dum hi versus canuntur, tota processio subsistit. Post quemlibet autem versum progrediente Processione populus vulgarem cantum lætitiæ de Resurrectione Christi succinit.

3. Deinde fit Statio in medio Ecclesiæ, ubi dicitur:

V. Surréxit Dóminus de sepúlchro, allelúja.

R. Qui pro nobis pepéndit in ligno, allelúja.

Orémus.

Præsta quæsumus omnipotens Deus, ut qui Resurrectionis Dominicæ solémnia cólimus: ereptionis nostræ lætítiam percípere mereámur. Per eúndem Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.


4. Hic ordo Processionis servatur omnibus Dominicis diebus usque ad Festum Ascensionis Domini.

§. 8.


ORDO SERVANDUS
IN LITANIARUM MAJORUM PROCESSIONE
QUÆ IN FESTO S. MARCI CELEBRATUR.

Finita majori Missa, vel tempore, quod commodius videbitur, Sacerdos officians super albam et stolam pluviali violaceo indutus, tenens reliquias, vel crucem, si reliquiæ non habentur, cum duobus ministris, sicut ad Missam ministrare solent, ante majus altare genuflexus, voce sonora in cantu dicit sequentem exhortatoriam Antiphonam:


Ton. II. Tr. ♭.




O - ré-mus, di - le-ctís-si - mi no-bis, De - um




Pa-trem omni-po-tén-tem, ut cun-ctis mundum




pur-get er-ró-ri-bus, morbos aú-fe-rat, fa-mem



de-pél-lat, a-pé-ri - at cár-ce-res, vín-cu-la dis-




sól-vat, per-e-gri-nán-ti-bus ré-d-i-tum, in-firmán-



ti-bus sa-ni-tá-tem, na-vi-gán-ti-bus por-tum sa-
 lú-tis in-dúl-ge-at, et pa-cem trí-bu-at in di-
 é-bus nostris, in-surgen-tésque de-pél-lat in-i-
 mí-cos, et de ma-nu in-fér-ni lí-be-ret nos
 pro-pter no-men su-um, al-le-lú-ja.


2. Postea inchoat in cantu solito sequentem Antiphonam:

Ton. II. Tr. b.




Ex-súr-ge Dó - mi - ne.

Chorus prosequitur:




Ad-ju - va nos: et lí - be-ra nos
 pro - pter no-men tu - um, al-le - lú - ja.


Ps. 43. De-us áu-ribus no-stris au-dí-vi-mus: patres




nostri an-nun-ti - a - vé - runt no - bis. Gló-ri - a



Pa-tri et Fí-li-o, et Spi-ri-tu-i Sancto:



sic-ut e-rat in prin-cí-pi-o, et nunc, et sem-




per, et in sæ-cu-la sæ-cu-ló-rum. A-men.

Repet. Exsúrge.


4. Deinde Chorus incipit Litanias de Sanctis, genuflexis omnibus usque ad locum Sancta María: tunc enim surgunt omnes et proceditur ordine Processionis consueto, præcedentibus vexillis et Cruce Paschali, subsequente Choro, et ordine puerorum, Cantorum, Sacerdotum, Sacerdote officiante, et denique populo. Processiones autem dirigantur ad Ecclesias, seu loca, secundum consuetudinem locorum. Cum autem appropinquatur alicui Ecclesiæ, vel Oratorio, intermissis Litanis canitur Responsorium, vel Antiphona, quæ ex Officio Romano maxime quadrat Patrono, vel Patronis ejusdem Ecclesiæ. Si autem fuerit ex Apostolis, Evangelistis, vel Martyribus, tempore Paschali, cantetur Antiphona: Filiæ Jerúsalem, veníte etc.

5. Congruum autem esset, ut tunc in eadem Ecclesia ordinaretur Missa, cui Processio tota interesset, ad minus per Canonem majorem, si tempus patitur. Finito cantu Officians, depositis Reliquiis super Altare, ante illud inter ministros genuflectat, similiter et reliqui: et per Chorum decantentur Suffragia sequentia, vel aliqua eorum, pro ratione et temporis opportunitate. Si vero non habentur Propria, substituantur de Communi ex Officio Romano.


Litaniæ omnium Sanctorum.




Ký-ri - e e - lé - i-son. Chri - ste e - lé -




i-son. Ký-ri - e e - lé - i-son.



Chri - ste au - di nos.



Chri - ste, ex - áu - di nos.



Pa - ter de cœ - lis De - us, mi - se - ré - re no - bis.


Reliqua habentur pag. 101.

Antiphonæ suffragiorum


communium, cum suis Versibus et Collectis.

De Spiritu Sancto.


Ton. VIII. Tr. 2 ♭.




Ve - ni San - cte Spi - ri - tus, re - ple tu - ó - rum




cor - da fi - dé - li - um, et tu - i a - mó - ris in




e - is i - gnem ac - cén - de, qui per di - vers - si -



tá - tem linguá - rum cunctá - rum gen - tes in




u - ni - tá - te fi - de - i con - gre - gá - sti, al - le -




lú - ja, al - le - lú - ja.

De Sancta Cruce.


Ton. II. Tr. ♭.



Cru - cem sanctam sú - bi - it, qui in - fér - num con -




fré-git, ac-cín-ctus est po-tén-ti-a, sur-ré-xit




di - e tér-ti - a, al - le - lú - ja.

Alia extra tempus Paschale.

Ton. II. Tr. ♭.




Per si-gnum Cru - cis de in-i-mí-cis no-




stris lí-be-ra nos De - us no-ster.

De B. Maria Virgine.


Ton. I. Tr. 2 ♯.




Re-gí-na cœ-li læ-tá-re, al - le - lú-



ja. Qui - a quem me-ru - í - sti portá-re, al-le-




lú-ja. Re-surré-xit sic-ut di - xit, al - le - lú-




ja. O-ra pro no-bis De - um, al-le - lú-ja.

De sancto Joseph.

Ton. IV. Tr. 2 ♯.



I-pse Je - sus e-rat in-cí-pi - ens qua - si an-



nó-rum tri - gín-ta, ut pu - ta-bá-tur fí - li-
us Jo-seph, al-le - lú-ja.

De Ss. Apostolis Petro et Paulo.

Ton. VI. Tr. †.



Glo-ri - ó - si prín-ci-pes ter-ræ, quó-mo-do
in vi-ta su-a di-le-xé-runt se, i - ta
et in mor-te non sunt se-pa-rá-ti,
al-le - lú-ja.

De S. Marco; in Festo ejus tantum.

Ton. VIII. Tr. 2 ♭.



Sancti tu - i Dó-mi-ne flo-ré-bunt sic-ut lí-
li - um, al-le-lú-ja, et sic-ut o-dor bál-sa-mi
e-runt an-te te, al-le-lú-ja.

Si Patronus, vel Patrona Ecclesiæ, in qua est Statio, non est ex Sanctis hucusque positus, inseratur hoc loco ejus commemoratio per Antiphonam, Versum et Collectam, infra sibi competentem.

Idem fiat immediate post, de Sancto vel Sancta, si cujus Reliquiæ celebres habentur in eadem Ecclesia.

De Confessore Pontifice.

Ton. I. Tr. 2 #

Sa-cér-dos et Pón - ti-fex, et vir-tú-tum ó-
pi-fex, pa-stor bo-ne in pó-pu-lo, o-ra
pro no-bis Dó-mi-num. Al-le-lú-ja.

De Confessore Pontifice.


Ton. I. Tr. 2 #

Amá-vit e - um Dó-mi-nus, et or-ná-vit
e - um, sto-lam gló-ri-æ ín-du-it e - um,
et ad por-tas pa-ra-dí-si co-ro-ná-vit
e - um. Al-le-lú-ja.

De Confessore non Pontifice.

Ton. I. Tr. 2 #


Si-mi-lá-bo e - um vi-ro sa-pi-én-ti, qui
æ-di-fi-cá-vit do-mum su - am supra petram.




Al-le - lú - ja.

De Confessore non Pontifice.


Ton. VIII. Tr. 2 ♭.



Hic vir despí-ci-ens mundum et terré-na, tri-




úmphans, di-ví-ti-as cœ-lo cón-di-dit




o - re ma-nu. Al-le - lú-ja.

De Sancto Stanislao.


Ton. IV.




Vir ín-cly-te Sta - nis-lá - e, vi - ta,




si - gnis, pas - si-ó-ne, ple-bem tu-am




pa-stor bo-ne, fo - ve be-ne - di - cti-



ó - ne, gu-bér - na pro - te-cti - ó - ne,




sal - va san - cta in - ter-ces-si - ó - ne.



Al-le - lú-ja.

De sancto Adalberto.


Ton. III.



Per mé - ri - ta san - cti A - dal - bér - ti Chri -




ste nos ex - aú - di, at - que e - jus pré - ci - bus




no - bis suc - cúr - re mí - se - ris. Al - le - lú - ja.

De sancto Venceslao.


Ton. V. Tr. 3 ♭.



Cor - de, lin - gua ro - gá - mus te, san - cte Ven - ces -



lá - - e: me - mén - to ple - bis ca - thó - li -




cæ. Al - le - lú - ja.

De sancto Floriano.


Ton. I. Tr. ♯.



In Flo - ri - á - no lá - tu - it sub mi - li -



tá - ri chlá - my - de Chri - sti ty - ro, qui pá - tu -



it, dum pugnam pe - tit á - vi - de. Al - le - lú - ja.

De sancta Hedwige.

Ton. I. Tr. 2 #



Hed-wí-gis sancta ín-cly-ta, nos servet a




ru - í-na, nos-que fru - i fá - ci - at grá-




ti - a di - ví-na. Alle - lú-ja.

Contra hostes Ecclesiæ.

Ton. III.



Cón - te-re Dó - mi-ne forti-tú-di-nem in-i-




mi-có-rum Ec-clé - si-æ tu - æ, et dispér-



ge il-los in vir-tú - te tu - a, ut cog-nó-




scant, qui-a non est á - li-us, qui pugnet




pro no - bis, ni-si tu De - us no-ster.

Pro Rege.

Ton. III. Tr. 2 #



Quó - ni - am rex no-ster spe-rat in te



Dó - mi - ne in - ve - ni - á - tur ma - nus tu - a ó -
 mni - bus in - i - mí - cis e - jus, et déxte - ra tu - a
 pró - te - gat e - um.

Pro Serenitate vel Pluvia.


Ton. II. Tr. ♭.




Dó - mi - ne Rex De - us Abra - ham, do - na
 no - bis be - nig - ni - tá - tem su - per fá - ci - em
 se - re - ni - tá - tem
 plú - vi - am congruéntem
 ter - ræ, ut sci - at pó - pu - lus tu - us,
 qui - a tu es Dó - mi - nus De - us no -
 ster, al - le - lú - ja.

Pro pace.

Ton. II. Tr. ♭.




Da pa - cem Dó - mi - ne in di - é - bus nostris,



qui - a non est á - li - us, qui pu - gnet pro
no - bis, ni - si tu De - us no - ster.

De Omn. Sanctis temp. Pasch.

Ton. VII. Tr. ♯.



In cœ - lé - sti - bus re - gnis Sanctó - rum ha - bi - tá -
ti - o est, al - le - lú - ja, et in æ - tér - num ré - qui -
es e - ó - rum. Al - le - lú - ja.

6. Finitis Suffragiis, Sacerdos officians genuflexus prosequitur
Versus infrascriptos, ita ut Suffragiis respondeat.

℣. Emitte Spíritum tuum et creabúntur, allelúja.

℞. Et renovábis fáciem terræ, allelúja.

℣. Dícite in natióibus, allelúja.

℞. Quia Dóminus regnávit a ligno, allelúja.

℣. Gaude et lætare Virgo María, allelúja.

℞. Quia surréxit Dóminus vere, allelúja.

℣. Os justi meditábitur sapiéntiam, allelúja.

℞. Et lingua ejus loquétur judícium, allelúja.

℣. In omnem terram exívit sonus eórum, allel.

℞. Et in fines orbis terræ verba eórum, allelúja.

℣. Sancti et justi in Dómino gaudéte, allelúja.

℞. Vos elégit Deus in hæreditátem sibi, allelúja.

Hic inseratur Versus de Patrono, vel Reliquiis, ut supra.

℣. Glória et honóre coronásti eum Dómine, allel.

℞. Et constituísti eum super ópera mánuum tuá -
rum, allelúja.

- V. Posuisti Dómine super caput ejus, allelúja.
 R. Corónam de lápide pretiósó, allelúja.
 V. Justus ut palma florébit, allelúja.
 R. Sicut cedrus Libani multiplicábitur, allelúja.
 V. Pretiósá in conspéctu Dómini, allelúja.
 R. Mors Sanctórum ejus, allelúja.
 V. Diffúsa est grátia in lábiis tuis, allelúja.
 R. Proptérea benedíxit te Deus in ætérnum, alle-
 lúja.
 V. Exsúrgat Deus et dissipéntur inimíci ejus.
 R. Et fúgiant a fácie ejus, qui odérunt eum.
 V. Dómine salvum fac Regem nostrum **N.**
 R. Et exaúdi nos in die, qua invocavérimus te.
 V. Dóminus dabit

}	benignitátem,	} allel.
	serenitátem,	
	plúviam congruéntem,	

 R. Et terra nostra dabit fructum suum, alle-
 lúja.
 V. Adjuva nos Deus salutáris noster.
 R. Et propter glóriam nóminis tui libera nos.
 V. Fiat pax in virtúte tua.
 R. Et abundántia in túrribus tuis.
 V. Exsúltent justí in conspéctu Dei, allelúja.
 R. Et delecténtur in lætítia, allelúja.
 V. Lætámini in Dómino, et exsultáte justí, alle-
 lúja.
 R. Et gloriámini omnes recti corde, allelúja.
 V. Dómine exaúdi oratiómem meam.
 R. Et clamor meus ad te véniat.
 V. Dóminus vobíscum.
 R. Et cum spírítu tuo.

7. Deinde Sacerdos surgens dicit sequentes Orationes sub una conclusione.

Orémus.

Da, quæsumus, Ecclésiæ tuæ, miséricors Deus, ut in Spírítu Sancto congregáta, hostíli nullátenus incursióne turbétur.

Deus, qui pro nobis Fílium tuum crucis patíbulum subíre voluísti, ut inimíci a nobis expélleres potestátem: concéde nobis fámulis tuis, ut resurrectiόνis grátiam consequámur.

Alia extra tempus Paschale.

Deus, qui sanctam Crucem ascendísti, et mundi ténebras illuminásti: tu quoque corda et córpora nostra, per virtútem sanctæ Crucis illumináre, et visitáre dignéris.

De B. Virgine, tempore Paschali.

Deus, qui per resurrectiόνem Filii tui, Dómini nostri Jesu Christi, famíliam tuam lætificáre dignátus es: præsta quæsumus, ut per ejus genitricem Vírginem Mariám, perpétuæ capiámus gáudia vitæ.

Alia extra tempus Paschale.

Concéde nos fámulos tuos, Dómine Deus perpétua mentis et córporis sanitáte gaudere, et gloriósa Beátæ Mariæ semper Vírginis intercessiόνem, a præsénti liberári tristítia, et ætérna pérfrui lætítia.

De sancto Joseph.

Deus, qui ineffábili providéntia, beátum Joseph Sanctíssimæ Genitricis tuæ sponsum eligere dignátus es: præsta quæsumus; ut quem protectórem venerámur in terris, intercessórem habére mereámur in cœlis.

De Apostolis.

Prótege, Dómine, pópulum tuum, et Apostolórum tuórum Petri et Pauli, et aliórum Apostolórum et Evangelistárum patrocínio confidéntem, perpétua defénsiόνem consérva.

De S. Marco.

Deus, qui beátum Marcum Evangelístam tuum, Evangélicæ prædicatiónis glória sublimásti: tríbe quæsumus, ejus nos semper eruditiónem proficere, et oratióne deféndi.

Hic inserenda est Oratio de Patrono loci vel Reliquiarum, ut supra.

De S. Stanislao.

Pópulum tuum, quæsumus Dómine, intercedente beáto Stanisláo Mártire tuo atque Pontífice, dextera virtútis tuæ potenter defénde, et solem majestátis tuæ irreverberáto mentis rádio, gloriánte intuitu concéde.

De S. Adalberto.

Tuam nobis indulgéntiam, quæsumus Dómine, beátus Adalbértus Episcopus et Martyr implóret, ut et delicta nobis cleménte ignóscas et beneficia desideráta concédas.

De S. Venceslao.

Deus, qui beáti Vencesláii nobilitátem in meliorem mutásti dignitátem, et eum per mártirii palmam, ad cœlestem perduxísti glóriam: ejus quæsumus precibus nos ab omni adversitáte libera, et æternæ beatitudinis glória pérfrui concéde.

De S. Floriano.

Adésto Dómine pópulo tuo, ut sancti Floriáni Mártiris tui præclára mérita suscipiens, ad impetrándam misericórdiam tuam, semper ejus patrocíniis adjuvétur.

De S. Hedwige.

Deus grátiae dator et glóriæ, tuæ nobis propítius sinum pietátis áperi: et præsta, ut qui hic manentem civitátem non habémus, ad futúram quam quærimus, beátæ Hedwígis suffrágio perducámur.

Contra hostes Ecclesiæ.

Ecclésiæ tuæ, quæsumus Dómine, preces placátus admítte, ut destrúctis adversitátibus et erróribus univérsis, secúra tibi sérviat libertáte.

Alia contra infideles et hæreticos.

Omnípotens sempitérne Deus, in cujus manu sunt ómnium potestátes, et ómnium jura regnórum;

réspecte quæsumus in auxiliũ Christianórum: ut gentes infidélium et hæreticórum, quæ in sua feritate confidunt, dextera tuæ poténtiæ conterántur.

Pro Rege.

Quæsumus omnipotens Deus, ut fámulus tuus Rex noster **N.**, qui tua miseratióne suscepit regni gubernácula, virtútum étiam ómnium percípiat incrementa: quibus decéter ornátus, et vitiórum monstra devitáre, et ad te, qui via, véritas, et vita es, gloriósus váleat pervenire.

Pro serenitate.

Ad te nos Dómine clamántes exaúdi, et áeris serenitátem (vel benignitátem) tribue supplicántibus: ut qui juste pro peccátis nostris affligimur, misericórdia tua præveniénte, cleméntiam sentiámus.

Pro pluvia.

Deus, in quo vívimus, movémur et sumus: plúviam nobis tribue congruéntem: ut præsentibus subsidiis sufficiéter adjúti, sempitérna fiduciáliter appetámus.

Tempore pestis vel famis.

Da nobis, quæsumus Dómine, piæ supplicatiónis efféctum, et pestiléntiam famémque propítius avérte: ut mortálium corda cognóscant, et te indignánte tália flagélla prodire, et te miseránte cessáre.

Pro pace.

Deus, a quo sancta desidéria, recta consilia, et iusta sunt ópera: da servis tuis illam, quam mundus dare non potest pacem, ut et corda nostra mandátis tuis dédita, et hóstium subláta formidine, témpora sint tua protectiόne tranquilla.

De Omnibus SS. tempore Paschali.

Da, quæsumus Dómine, fidelibus pópulis, ómnium Sanctórum tuórum semper veneratiόne lætári, et eórum perpétua supplicatiόne muníri.

Alia de omnibus SS. conclusiva.

Omnes Sancti tui, quæsumus Dómine, nos ubique ádjuvent, ut dum eórum mérita recólimus, patrocínia sentiámus, et pacem tuam nostris concéde temporibus; et ab Ecclésia tua cunctam repélle nequítiam, iter, actus et voluntátes nostras, et ómnium famulórum tuórum, in salútis tuæ prosperitáte dispóne, benefactóribus nostris sempitérna bona retrí-
bue, et ómnibus fidélibus defúnctis réquiem ætérnam concéde. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. **R.** Amen.

8. Si in defectu Ecclesiarum Processionem oporteret dirigi extra vicum, vel pagum, ad imaginem Crucifixi: curet imprimis Parochus, ut tales imagines sint integræ, honestæ, et si fieri potest benedictæ. Ac primo debet præcedere Antiphona cum suo Versu et Collectis, de S. Cruce: deinde reliquæ, secundum necessitatem, vel opportunitatem.

9. Cum reditur ab Ecclesia, vel loco Stationis resumuntur Litanias, ubi ante desierant, in eodem tono. Et repetantur donec ad aliam Stationem, vel propriam Ecclesiam redeatur. Vel si placet eodem tono cantentur Litanias de Nomine Jesu — vel de B. Virgine.

10. In reditu et ingressu ad propriam Ecclesiam terminatur Processio cum Precibus et Orationibus omnibus, ut in fine Breviarii post Psalmos pœnitentiales. (pag. 103—106).*

11. In Litiis minoribus rogationum serventur omnia ut supra in Litiis majoribus.

§. 9.

PROCESSIO IN FESTO ASCENSIONIS DOMINI.

In die Ascensionis Domini Processio peragatur hoc modo: incipit chorus absolute Antiphonam: Cum Rex glóriæ Christus; quam prosequitur stando. Et dum dicitur Advenisti

* An Sacerdos in lingua vernacula Officium divinum Breviarii Romani, ex. gr. Nativitatis Domini, Defunctorum etc. cum populo peragens, vel Litanias Sanctorum in Processione Rogationum eadem lingua persolvens teneatur has partes Breviarii Romani in lingua latina iterum recitare?

R. Affirmative; nam qui ad recitationem divini Officii et cujusvis partis Breviarii Romani sunt obligati, tantum in lingua latina hæc recitare debent, alias non satisfaciunt obligationi. S. R. C. 3. Jul. 1904.

desiderabilis: tunc fiat Processio præcedentibus vexillis, et in solito loco subsistat. Ubi finita Antiphona Scholares ad hoc ordinati cantant Hymnum: Salve festa dies. Chorus prosequitur: Toto venerabilis ævo, qua Deus cœlos ascendit, et astra tenet. Et statim populus subjungit vulgarem cantum de Ascensione Domini. Chorus cum Clero subsistit, et cantant versum:

Ecce renascéntis.

Namque triumphánti.

Légibus inférni.


Qui crucifixus erat.

Quemlibet versum sequitur
cantus vulgaris.

2. Deinde fit Statio in medio Ecclesiæ, ubi Sacerdos Officians incipit hos Versus:


Celebrans.

Ton. VIII. Tr. 2 ♭.




O-rá-mus Dó-mi-ne Cón-di-tor ínclý-te,

Chorus.




de-vó-tos fá-mu-los réspi-ce, pró-te-ge: ne




nos li-vor e-dax dá-mo-nis óbru-

Celebrans.




at, de-mér-gat vel in ínfe-ros. Ut cum flam-


Chorus.



mí-voma nu-be re-ver-té-ris, occúl-ta hó-




mi-num pánde-re jú-di-cans, ne des sup-




plí-ci-a hór-ri-da nó-xi-is, sed ju-

Celebrans.




stus bo-na præ-mi-a. Præ-sta hoc Gé-ni-tor


Chorus.



ó - pti-me má - xi-me; hoc tu na - te



De-i, et bo-ne Spí - ri-tus, re-gnans per-



pé - tu-o fúl-gi-da Trí - ni-tas, per cuncta




pi - e sæ - cu - la. A - men.

3. Cum Processio in Chorum pervenit, Celebrans ad Altare accedens, genuflexus, canit tribus vicibus: Ascendo ad Patrem, crucem attollendo et post singulas intonationes demittendo; Chorus vero respondet: Deum meum etc.

Antiphona.


Ton. VII. Tr. ♯.

Celebrans.




A-scén-do ad Pa-trem me - um, et Pa - trem

Chorus.



vestrum. * De - um me - um, et De - um ve-



strum, alle-lú-ja.

V. Ascéndens Christus in altum, allelúja.

R. Captívam duxit captivitátem, allelúja.

Orémus.

Deus, cujus Fílius in alta cœlórum poténter ascéndens, captivitátem nostram sua duxit virtúte captívam: tríbe quæsumus, ut dona, quæ suis participibus cóntulit, largiátur et nobis Jesus Christus Dóminus noster: Qui tecum vivit, et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sœcula sœculórum. **R.** Amen.

§. 10.

PROCESSIO IN DIE SANCTO PENTECOSTES.


Ad aspersionem canitur Responsorium: Vidi aquam, cum Versu et Oratione ut pag. 242.

2. Deinde ad Processionem canitur Responsorium: Cum Rex glóriæ Christus: quo finito, Scholares incipiunt Hymnum: Salve festa dies: Chorus prosequitur: Toto venerábilis ævo, qua Deus Spíritum misit et astra tenet. Populus progrediendo subjungit congruentem cantum vulgarem. Chorus cum Clero subsistit et cantat reliquos versus, uti supra signatum est.

3. Deinde fit statio in medio Ecclesiæ, ubi Sacerdos officians incipit hos versus Hymni; ad quos omnes genuflectunt:

Celebrans. *Ton. VIII. Tr. 2* ♯.

Chorus.





grá - ti - a Quæ tu cre - á - sti pé - cto - ra. *)
 præ - vi - o Vi - té - mus omne nó - xi - um.
 Spí - ri - tum Cre - dá - mus omni témpo - re.

V. Emítte Spíritum tuum et creabúntur, allelúja.

R. Et renovábis fáciem terræ, allelúja.


Orémus.

Deus, qui corda fidélium Sancti Spíritus illustratióne docuísti: da nobis in eódem Spíritu recta sápere et de ejus semper consolatióne gaudére. Per Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

4. *Intrando Chorum canitur Antiphona.*


Celebrans.

Ton. VII. Tr. ♯.



Accí - pi - te Spí - ri - tum Sanctum.

Chorus.



Quo - rum re - mi - sé - ri - tis pec - cá - ta, re - mit - tún - tur
 e - is, alle - lú - ja.

*) 2. Qui díceris Paráclitus, — Altíssimi donum Dei, — Fons vivus, ignis, cáritas, — Et spiritalís únctio.

3. Tu septifórmis múnere, — Dígitus Patérnæ délixteræ, — Tu rite promíssum Patris, — Sermóne ditans gúttura.

4. Accénde lumen sénsibus, — Infúnde amórem córdibus, — Infírma nostri córporis — Virtúte firmans pérpeti.

7. Deo Patri sit glória, — Et Filio, qui a mórtuis — Surréxit ac Paráclito — In sæculórum sæcula. Amen.

§. 11.

DE PROCESSIONE IN FESTO CORPORIS CHRISTI
VEL JUXTA MOREM LOCORUM IN DOMINICA
INFRA OCTAVAM EJUSDEM.

Sacerdos jam pridie festivitatis duas Hostias consecrat et sumpta una alteram, quæ in Processione circumferenda est, in tabernaculum reponit.

2. Ante primas Vesperas festi Corporis Christi Sacerdos sacris vestibus indutus, candelis accensis, cum ministris et thuribulo venit ad Altare et facta expositione Ss. Sacramenti illud more consueto incensat. (Vide seq. §. 12.) Deinde canuntur Hymni Versus:

Ton. XI. Tr. ♯.

Celebrans.

Chorus.

O Sa - lu - tá - ris Hó - sti - a, * Quæ cœ - li
pandis ó - sti - um, Bel - la pre - munt ho - stí - li -
a, Da ro - bur, fer auxí - li - um. 2. U - ni
tri - nóque Dó - mi - no Sit sempi - tér - na gló -
ri - a: Qui vi - tam si - ne tér - mi - no No - bis
do - net in pá - tri - a. A - men.

Finito cantu inchoantur Vesperæ. Post Vesperas et Completorium fit Processio cum Sanctissimo. Ad repositionem Ss. Sacramenti canitur Hymni pars: Tantum ergo Sacramentum etc.

Ton. III.

Celebrans.

Chorus.

Tan-tum er-go Sa-cra-mén-tum ve-ne-rémur
 cér-nu-i; et an-tíquum do-cu-mén-tum no-vo
 ce-dat rí-tu-i; præ-stet fi-des supple-mén-tum,
 sén-su-um de-fé-ctu-i. 2. Ge-ni-tó-ri, Ge-ni-
 tóque laus et ju-bi-lá-ti-o, sa-lus, ho-nor
 vir-tus quoque sit et be-ne-dí-cti-o; pro-ce-
 dén-ti ab utróque com-par sit lau-dá-ti-o.
 A - men.

Postea duo Clerici dicant:

V. Panem de cœlo præstitisti eis, allelúja.**R.** Omne delectaméntum in se habéntem, alle-
lúja.

Deinde Sacerdos stans dicit:

Orémus.

Deus, qui nobis sub Sacraménto mirábili, passió-
nis tuæ memóriam reliquisti: tribue quæsumus,
ita nos Córporis et Sánguinis tui sacra mystéria ve-
nerári; ut redemptionis tuæ fructum in nobis júgiter
sentiámus: Qui vivis et regnas in sæcula sæculórum.

R. Amen.

Tunc Sacerdos, facta genuflexione, cum Sacramento semel benedicat populum in modum crucis, nihil dicens: postea illud reverenter reponat.*

3. Pridie diei festi vel etiam per aliquos dies ante festum Parochus prospiciet, ut necessaria omnia decenter ac diligenter præparentur et provideantur. Processio nempe cum maxima, quæ adhiberi potest solemnitate progrediatur ad forum vel nobiliorem civitatum, vicorum aut pagorum partem; prævie autem plateæ, per quas venerabile Sacramentum in Processione portabitur, munden- tur, et obstacula aliaque indecentia amoveantur; viæ etiam arboribus, frondibus, floribus aut plane aulæis et imaginibus sacris pro uniuscujusque loci consuetudine exornentur; et ipsa Ecclesia simili- ter perpulchre sit ornata. — In locis aptioribus debitæque ad in- vicem distantiae instruantur Altaria lignea cum umbellis seu tectis desuper velis etiam et luminibus pulchre ac decenter ornata et tobaleis mundis strata, super quibus corporale extendi ac mon- strantia collocari possit, dum quatuor Evangeliorum initia cantan- tur. — Deputentur porro principales aliquot viri (ad proces- sionem in sede Episcopali Alumni Seminarii clericalis) pro por- tando baldachino, sub quo Officiator cum venerabili Sacramento incedere debet. — Designetur præterea Clericus, qui bursam albi coloris cum corporali et librum ritualet gestet, nisi hæc ab ipso Cæremoniario deferantur. — Quatuor etiam Diaconi aut saltem duo sint parati amictu, alba cum cingulo, stola transversa et dalmatica.

4. Die Festi Sacrificio solemnî (coram Sanctissimo in mon- strantia exposito) rite peracto Celebrans deposita (in cornu Epi- stolæ) casula cum manipulo et accepto pluviali albo stans in medio ad gradus Altaris, imponit thus in duobus thuribus (vel saltem in uno) sine benedictione et accepto uno ex duobus thuribus genuflexus in infimo gradu Altaris Ss. Sacramentum ter incensat. Deinde assumpto in scapulis oblongo et decenti velo albi coloris ascendit et genuflexus in supremo Altaris gradu, parte veli ante pectus pendente utraque manu cooperta, Ostensorium a stante

* An in benedictione populo impertienda cum Augustissimo Eucharistiæ Sacramento permitti possit cantus alicujus versiculi vernacula lingua concepti; vel ante vel post ipsam benedictionem? Permitti posse, post benedictionem. S. R. C. 3. Aug. 1839 (2791).

diacono sibi porrectum reverenter suscipit. Mox ad suppedaneum Altaris ascendit et Sacramentum ante faciem tenens vertit se ad populum; inde descendit sub umbellam comitantibus Ministris.

5. Processio tali modo orditur. Præcedit crux major; sequuntur pueri puellæque scholis elementaribus adhuc addicti; deinde scholarum mediarum et superiorum discipuli, tum, ubi adsunt, procedunt corporationes et societates ecclesiasticæ, has sequuntur ecclesiasticæ Confraternitates vel Sodalitates cum suis vexillis et insignibus, tum Religiosi habitu ordinis quique sui; porro Chorus cantorum seu musicorum; hunc sequitur crux Cleri sæcularis, quam defert Subdiaconus paratus vel Acolythus superpelliceo indutus medius inter duos ceroferarios candelabra cum cereis accensis portantes; Clerus sæcularis (in Ordinibus minoribus constituti superpelliceis, Subdiaconi et Diaconi dalmaticis, Presbyteri casulis induti), omnes præcedentes nudo capite, accensos cereos gestantes; pueri rosarum folia aut flores per viam spargentes bini et bini; duo Diaconi (si quatuor haberi non potuerint) Celebranti actu non inservientes; duo thuriferarii (vel saltem unus) cum naviculario Ss. Sacramentum continuo p̄r viam thurificantes; sequitur Officiator cum venerabili Sacramento sub baldachino medius inter duos Diaconos hinc inde pluvialis fimbrias elevantes; post baldachinum Cæremoniarius cum Clerico bursam et rituale portante, nisi ab ipso Cæremoniaro deferantur. Sequuntur nobiles, cives, plebeji, detectis capitibus; denique virginum nuptarumque Congregationes et Sodalitates cum suis insignibus ac reliquæ mulieres per ordinem.

6. Processione ex Ecclesia egrediente et rursus ad illam revertente omnes ejus campanæ pulsantur, reliquarum autem Ecclesiarum tunc, cum per vicina illis loca transibit.

7. Si ulterior restat progressus, cantentur juxta Psalterium Romanum sequentes Hymni: Pange lingua, Sacris solémniis, Verbum supérnum pródiens, Salútis humanæ sator. — Populus etiam in lingua vernacula sacros hymnos in laudem Ss. Sacramenti canere potest.

STATIO AD I. ALTARE.

8. Ad primum Altare cum pervenerit Processio, sistunt omnes et intermisso cantu Hymnorum Officiator Ss. Sacramentum tradit Diacono collocandum super Altari, in quo antea corporale a Cæremoniario fuerat extentum, depositoque velo humerali genuflexus (sine prævia thuris impositione) Sanctissimum ter incensat. Facta incensatione Officiator ascendit ad medium Altaris et primus Diaconus librum Evangelii a Cæremoniario acceptum ponit super Altari factis debitis genuflexionibus. Tunc Officiator stans in suppedaneo Altaris ministrante Diacono imponit incensum, Diaconus vero dicto flexis genibus *Munda cor meum*, accipit librum de Altari et rursus genuflexus petit benedictionem ab Officiatore dicens:

Jube, domne, benedicere, qui respondet. Dóminus sit in corde tuo etc. Et accepta benedictione Diaconus osculatur manum Officiatoris et præcedente uno thuriferario ac duobus Acolythis cum luminaribus vadit cum altero Diacono a sinistris ad locum Evangelii ibique cantat Evangelium, ut in Missa solempni coram Exposito; Officiator vero facta genuflexione se retrahit ad cornu Epistolæ et cantato Dóminus vobiscum faciem vertit versus Diaconum cantantem Evangelium ibique stat junctis manibus ut in Missa solempni.

Evangelium primum.

℣. Dóminus vobiscum. ℞. Et cum spíritu tuo.

℣. Inítium sancti Evangelii secúndum Matthæum.

℞. Glória tibi Dómine.

Interim Diaconus librum ter incensat.

Liber generatiónis Jesu Christi Filii David, Filii Abraham: Abraham genuit Isaac: Isaac autem genuit Jacob: Jacob autem genuit Judam et fratres ejus: Judas autem genuit Phares et Zaram de Thamar. Phares autem genuit Esron: Esron autem genuit Aram: Aram autem genuit Amínadab: Amínadab autem genuit Naásson: Naásson autem genuit Salmon: Salmon autem genuit Booz de Rahab: Booz autem genuit Obed ex Ruth: Obed autem genuit Jesse: Jesse autem genuit David Regem: David autem Rex genuit Salomónem, ex ea quæ fuit Uriæ. Sálomon autem genuit Róboam: Róboam autem genuit Abíam: Abías autem genuit Asa: Asa autem genuit Jósaphat: Jósaphat autem genuit Joram: Joram autem genuit Osíam: Osías autem genuit Jóathan: Jóathan autem genuit Achaz: Achaz autem genuit Ezechíam. Ezechías autem genuit Manássen: Manásses autem genuit Amon: Amon autem genuit Josíam: Josías autem genuit Jechoníam et fratres ejus in transmigratióne Babylónis. Et post transmigratiónem Babylónis: Jechonías genuit Saláthiel: Saláthiel autem genuit Zoróbabel: Zoróbabel autem genuit Abiud: Abiud autem genuit Eliácim: Eliácim autem genuit Azor. Azor autem genuit Sadoc: Sadoc autem genuit Achim: Achim autem genuit Eliud:

Eliud autem genuit Eleázar: Eleázar autem genuit Mathan: Mathan autem genuit Jacob: Jacob autem genuit Joseph virum Mariæ, de qua natus est Jesus, qui vocátur Christus.

Quo finito Officiator osculatur librum sibi delatum dicens:

Per Evangélica dicta deleántur nostra delícta, et incensatur a Diacono et sic etiam post reliqua Evangelia.

9. Deinde Officiator redit ad infimum gradum Altaris et imposito thure in thuribulum absque benedictione genuflexus thurificat venerabile Sacramentum: postea surgit et stans versus sacram Hostiam, aliis omnibus genuflexis, canit respondente Choro:

V. A fúlgure, tempestáte et omni malo.

R. Libera nos Dómine.

V. A peste, fame et bello.

R. Libera nos Dómine.

V. A subitánea et improvísá morte.

R. Libera nos Dómine.

V. Dómine exaúdi oratióem meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum. **R.** Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Quæsumus, omnipotens Deus, ut intercessióne sanctæ Dei Genitricis Mariæ et sanctórum Angelórum, Patriarchárum, Prophetárum, Apostolórum, Mártyrum, Confessórum, Vírginum et Viduárum atque ómnium Sanctórum tuórum, contínuum nobis præstes auxiliúm, tranquillam auram permittas atque contra fúlgura et tempestátes désuper nobis indignis tuam salutem effúndas de cœlis, et géneri humano semper æmulas, dextera poténtiæ tuæ, aëreas cónteras potestátes. Per Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

10. Tunc Officiator resumpto velo humerali (quod præbet illi Diaconus) ascendit in suppedaneum Altaris et facta genuflexione ostensorium de manu Diaconi acceptum ante faciem tenens conversus ad populum semel dat cum venerabili Sacramento benedictionem, nihil cantando.

STATIO AD II. ALTARE.

11. *Observatis reliquis, ut supra ad primum Altare, Diaconus cantet*

Evangelium secundum.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spírítu tuo.

V. Inítium sancti Evangéllii secúndum Marcum.

R. Glória tibi Dómine.

Inítium Evangéllii Jesu Christi Fílii Dei, sicut scriptum est in Isaía Prophéta: Ecce mitto Angelum meum ante fáciem tuam, qui præparábit viam tuam ante te. Vox clamántis in desérto: Paráte viam Dómini, rectas fácite sémitas ejus. Fuit Joánnes in desérto baptízans, et prædicans baptísmum pœníténtiæ in remissiónem peccatórum. Et egrediebátur ad eum omnis Judææ régio, et Jerosolymítæ univérsi: et baptizabántur ab illo in Jordánis flúmine, confiténtes peccáta sua. Et erat Joánnes vestítus pilis caméli, et zona pellicea circa lumbos ejus: et locústas et mel silvéstre edébat. Et prædicábat dicens: Véniet fórtior me post me, cujus non sum dignus procúbens sólvete corrígiam calceamentórum ejus. Ego baptizávi vos aqua, ille vero baptizábit vos Spírítu Sancto.

12. *Incensato Sacramento, Officiator stat, ut supra, versus Altare et canit:*

V. A fúlgure, tempestáte et omni malo.

R. Libera nos Dómine.

V. A peste, fame et bello.

R. Libera nos Dómine.

V. A subitánea et improvísá morte.

R. Libera nos Dómine.

V. Dómine exaúdi oratióem meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

Parce Dómine, parce pópulo tuo: et nullis nos patiáris adversitatibus, bellis, morbis, tempestatibus ac periculis fatigári, quos pretiósó Filii tui Dómini nostri Jesu Christi Córpoze et Sáanguine redemísti. Per eúndem Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

Benedictio.

STATIO AD III. ALTARE.

13. *Omnia ut supra ad primum Altare exceptis Evangelio et Oratione.*

Evangelium tertium.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spírítu tuo.

V. Inítium sancti Evangélii secúndum Lucam.

R. Glória tibi Dómine.

Fuit in diébus Heródis regis Judææ Sacérdos quidam nómine Zacharías de vice Abía: et uxor illíus de filiábuz Aaron, et nomen ejus Elísabeth. Erant autem justí ambo ante Deum, incedéntes in ómnibus mandátis et justificatióibus Dómini sine queréla; et non erat illis filius, eo quod Elísabeth esset stérilis, et ambo processíssent in diébus suis. Factum est autem, cum Sacerdótio fungerétur Zacharías, in órdine vicis suæ ante Deum, secúndum consuetúdinem Sacerdótii: sorte éxiit, ut incénsum póneret, ingrèssus in templum Dómini. Et omnis multitúdo pópuli erat orans foris hora incénsi. Appáruit autem illi Angelus Dómini, stans a dextris Altáris incénsi, et Zacharías turbátus est videns, et timor irruit super eum. Ait autem ad illum Angelus: Ne tíneas Zacharía, quóniam exaudíta est deprecátio tua: Et uxor tua Elísabeth páriet tibi filium et vocábis nomen ejus Joánnem. Et erit gáudium tibi et exultátio, et multi in nativitáte ejus gaudébunt. Erit enim magnus coram Dómino: et vinum et sícera non bibet. Et Spírítu Sancto replébitur ad-

huc ex útero Matris suæ, et multos filiórum Israël convértet ad Dóminum Deum ipsórum. Et ipse præcédet ante illum in spírítu, et virtúte Eliæ: ut convértat corda Patrum in filios, et incredulos ad prudentiam justórum, paráre Dómino plebem perféctam.

14. *Officiator, thurificato Sacramento, canit:*

V. A fúlgure, tempestáte et omni malo.

R. Líbera nos Dómine.

V. A peste, fame et bello.

R. Líbera nos Dómine.

V. A subitánea et improvísá morte.

R. Líbera nos Dómine.

V. Dómine exaúdi oratiónem meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum. *R.* Et cum spírítu tuo.

Oratio.

Cleméntiam tuam, omnípotens Deus, suppliciter deprecámur, ut benedícere, visitáre et irrigáre dignéris fruges et fines servórum tuórum, nóxias tempestátes amóveas, inundatiónem coërceas ímbrum, spirituáles repéllas nequítias, áërem salúbrem indulgeas et ab omni nos inimicórum infestatióne in pace deféndas, quos Córpoze et Sánguine Fílii tui a morte perpétua redemísti. Per eúndem Christum Dóminum nostrum. *R.* Amen.

Benedictio.

STATIO AD IV. ALTARE.

15. *Omnia ut supra servantur exceptis Evangelio et Oratione.*

Evangelium quartum.

V. Dóminus vobíscum. *R.* Et cum spírítu tuo.

V. Inítium sancti Evangélii secúndum Joánnem.

R. Glória tibi Dómine.

In principio erat Verbum: et Verbum erat apud Deum et Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt: et

sine ipso factum est nihil, quod factum est; in ipso vita erat: et vita erat lux hóminum: et lux in ténebris lucet, et ténebræ eam non comprehendérunt. Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Joánnes. Hic venit in testimónium, ut testimónium perhibéret de lúmíne, ut omnes créderent per illum. Non erat ille lux, sed ut testimónium perhibéret de lúmíne. Erat lux vera, quæ illúminat omnem hóminem veniéntem in hunc mundum. In mundo erat, et mundus per ipsum factus est: et mundus eum non cognóvit. In própria venit, et sui eum non recepérunt. Quotquot autem recepérunt eum, dedit eis potestátem filios Dei fieri, his, qui credunt in nómine ejus. Qui non ex sanguínibus, neque ex voluntáte carnis, neque ex voluntáte viri: sed ex Deo nati sunt. Et Verbum caro factum est, et habitávit in nobis et vídimus glóriam ejus, glóriam quasi unigéniti a Patre, plenum grátia et veritátis.

16. *Officiator cantat:*

V. A fúlgure, tempestáte et omni malo.

R. Líbera nos Dómine.

V. A peste, fame et bello.

R. Líbera nos Dómine.

V. A subitánea et improvísá morte.

R. Líbera nos Dómine.

V. Dómine exaúdi oratióem meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

Deus, qui singulári Córporis tui hóstia totíus mundi solvísti delícta, pópulum tuum, quæsumus, ad te convérte propítius, ut a cunctis perículis córporis et ánimæ liberétur, ab hóstibus visibílibus et invisibílibus protegátur, optátam auræ serenitátem, frúctuum ubertátem et témporum tranquillitátem obtí-

neat, tuæque benedictionis grátiam in ómnibus experiátur. Qui vivis et regnas in sæcula sæculórum.

R. Amen.

Benedictio.

17. Ad abitum de ultima Statione Officiator inchoat Hymnum: Te Deum laudámus etc.

Quem prosequitur Chorus usque ad finem.

18. In reditu et regressu ad propriam Ecclesiam reponitur in Altari Venerabile Sacramentum, et imposito absque benedictione incenso ad thuribulum, ut supra incensatur omnibus genuflexis.

19. Tum canitur. Tantum ergo. cum V. R. et Or. ut pag. 383.

20. Denique assumpto velo Officians ascendit ad Altare, accipit ambabus manibus velo tectis Monstrantiam cum Sanctissimo, et semel dat benedictionem in modum crucis nihil cantando, aut dicendo. Denuo Sanctissimum incensatur et in tabernaculo reverenter reponitur.

21. Etiam in Ecclesiis minoribus Officiator funciones hujus Processionis exsequi satagat juxta præscriptas rubricas, dempto tantum Levitarum ministerio.

22. Si ob aëris intemperiem Processio extra Ecclesiam egredi non possit, intra Ecclesiam, in quantum fieri potest, instituat et quatuor Stationum ritus in variis Ecclesiæ Altaribus peragantur. — Pluvia, dum proceditur extra Ecclesiam, superveniente Processio continuo in Ecclesiam revertatur, ubi prætermissa compleantur.

23. Hostiam illam in Festo Corporis Christi publice circumgestatam atque per Octavam subinde adoratam Sacerdos proximo die, quo post eam Octavam celebrabit, infra Missam sumat.

§. 12.

RITUS SOLEMNIS

**EXPONENDI ET REPONENDI SS. SACRAMENTUM
ET CUM IPSO BENEDICENDI POPULO.**

Servitores Ecclesiæ ministrantes circa Altare expositionis superpelliceo induantur. Sacerdos stola et pluviâli (super albam vel saltem superpelliceum) indutus ad Altare tabernaculi procedat, ubi in plano unico genu genuflectit. Deinde ad suppedaneum ascendit, tabernaculum aperit, unico genu (sine capitis inclinatione) genuflectit, Ss. Sacramentum ex tabernaculo extrahit, in monstrantia (vel pyxide) exponit et super corporale in medio Altaris collocat. Repetita genuflexione parumper lateraliter

in planum descendit et utroque genu cum capitis (non autem corporis) inclinatione super infimum Altaris gradum genuflectit. Tum surgens et stans in plano imponit incensum absque benedictione et nihil dicendo, deinde in infimo gradu genuflexus Ss. Eucharistiam triplici ductu incensat, facta antea et postea profunda capitis inclinatione. Reddito thuribulo Celebrans adhuc genuflexus intonat versum „O salutáris Hóstia“. (vid. pag. 382) et chorus reliqua usque ad finem hymni prosequitur. Denique Sanctissimum iterum incensatur et nulla data benedictione a Diacono (vel Diacono deficiente a Sacerdote) in throno collocatur.

2. Repositio Ss. Sacramenti ita facienda est:

Ss. Sacramento super Altare deposito Celebrans imponat thus absque benedictione et incensat Sanctissimum more solito. Tum genuflexus in infimo gradu Altaris intonat Tantum ergo Sacraméntum, quod chorus prosequitur. Finito hymno a Diacono et Subdiacono (his deficientibus a Sacerdote) tono convenienti cantantur V. Panem de cœlo præstitisti eis (Allelúja), choro respondente R. Omne delectaméntum in se habéntem (Allelúja). Deinde Sacerdos stans cantat orationem: Deus, qui nobis sub Sacraménto mirábili etc. (vid. pag. 384), quo facto sumit velum, ascendit ad Altare, facta in suppedaneo genuflexione accipit de Altari ostensorium vel pyxidem et versus ad populum formans cum Ss. Sacramento crucem nihil dicendo populum benedicit. Benedictione data Sanctissimum super corporali reponit, ter incensat et in tabernaculo recondit.

3. Quodsj, uti antiquus in Diœcesi Culmen. mors fert, cantandum est: Święty Boże etc. O heiliger Gott etc., pyxide ex tabernaculo extracta et more consueto incensata, Celebrans in infimo gradu genuflexus cum populo cantat: Święty Boże, O heiliger Gott. circa finem Ss. Sacramentum ter incensat et sumpto velo faciens cum pyxide formam crucis, populum nil dicendo benedicit, quo facto et iterum Sanctissimo incensato, pyxidem in tabernaculo recondit.

4. Si functiones coram Sanctissimo cum ministris sacris fiant, Ss. Sacramentum semper a Diacono e tabernaculo extrahi, super Altare deponi resp. Officiatori porrigi, in throno collocari et postremo benedictione impertita in tabernaculo debet includi. Deficientibus Ministris sacris ipse Officiator omnia supradicta obit.

5. In functionibus cujusvis expositionis vel repositionis Ss. Sacramenti Celebrans, si sit cum ministris sacris, opus est, ut antea induerit albam, stolam et pluviale.

6. Color paramentorum in omni expositione et repositione Ss. Sacramenti, quando fit immediate vel ante vel post Missam aut Vesperas, congruit colori pro his officiis præscripto. Attamen velum humerale in benedictione cum Ss. Sacramento semper albi coloris esse debet. In ceteris casibus paramenta coloris albi adhibenda sunt.

7. Quotiescumque Ss. Sacramentum in ostensorio solemniter exponitur, saltem duodecim cerei in Altari sunt accendendi, nisi Ecclesia nimis sit pauper; tunc enim sex cerei sufficient. Pariter sex cerei accensi sufficiunt, si expositio fit in pyxide, quæ velata esse debet.

§. 13.

DEVOTIO TRIDUO ANTE DIEM CINERUM
PERAGENDA.



um alias sac. mem. Benedictus XIV. ad frequentes Episcoporum Pontificiæ Ditionis querelas gravioribus abusibus, qui Bachanalium tempore irrepserant, opportuno remedio occurrere concupiverit perspexeritque in aliquibus Ecclesiis salutari consilio institutam esse Sanctissimi Eucharistiæ Sacramenti expositionem per tres dies, sive in hebdomada Septuagesimæ, sive in altera Sexagesimæ aut Quinquagesimæ ante diem Cinerum, ad hoc præcipue, ne fideles tempore tentationis, a via Domini recederent, et in prædictis Ecclesiis pie orantes divina impetrarent auxilia, universis utriusque sexus Christifidelibus confessis et S. Communionem refectis, qui easdem Ecclesias, in quibus Venèrabilis expositio, sive in uno sive in singulis prædictis triduis fieret, devote visitarent, *Indulgentiam Plenariam* misericorditer concessit et indulisit: hinc SS. D. N. Clemens Divina providentia PP. XIII. sedulo recogitans præfatam augustissimi Sacramenti expositionem plurimum hisce diebus profecisse, ac deinceps fore profecturam, eandem plenariam Indulgentiam ad quascumque catholici orbis Ecclesias, ubicumque locorum existentes, ubi Venèrabilis expositio, sive in hebdomada Septuagesimæ, sive Sexagesimæ aut Quinquagesimæ, sive in singulis prædictis hebdomadis per tres dies, atque etiam si tantummodo in feria quinta infra hebdomadam Sexagesimæ peragantur, ex uberi Pontificiæ charitatis fonte benignissime extendit. Datum Romæ ex Secretaria S. Congreg. Indulg. die 23. Jul. 1765.

2. Indultam hujus Brevis tenore Devotionem Rñus et Illñus Præsul Culmensis J. Stanislaus de Mathy p. m. litteris d. 1. Februarii 1829 datis quolibet anno solemniter celebrandam commendavit cum *expositione Sanctissimi integris tribus diebus Carnisprivii*, Dominica nimirum Quinquagesimæ circa solis ortum incipiendo, feria autem subsequente tertia post Vesperas peracta Processione et absoluto Hymno Ambrosiano concludendo.

3. Expositio igitur SS. Sacramenti in monstrantia fit ut pag. 382. Missa, quæ vel statim celebratur vel tempore opportiori, dicitur hoc triduo secundum Directorium cum com. Ssmi,

exceptis diebus, qui *Missam votivam privatam* permittunt, quia tunc congruentius habetur de SS. Sacramento sine Gl. et Cr. cum 3 Or. Præf. Nat. Bened. Dño. — Ad occasum solis (recitatis prius, si placet, Litanis de OO. Sanctis, de Sacro Corde Jesu, de S. Nomine Jesu, vel decantatis solitis supplicationibus: „Święty Boże“ — O heiliger Gott“) cantantur *Vesperæ* (cum *Completorio*), quibus absolutis fit repositio SS. Sacramenti ut pag. 383. — Eodem modo *Feria secunda*.

4. *Vespere diei tertiæ* ante repositionem Ss̄mi fit *solemnis Processio* intra vel, ubi moris est, etiam extra Ecclesiam. Subjungitur *Hymnus Ambrosianus Te Deum*. c. VV. R̄R̄. et Or. Postremo *Officiator* imponit incensum et Ssmo ter incensato ac *Tantum ergo* etc. cum V. R̄. et Or. (pag. 383.) decantato benedicit populo in modum crucis, nihil dicens. Tum SS. Sacramentum denuo incensatum reconditur in tabernaculo.



§. 14.

PROCESSIO THEOPHORICA.

Ubi ex causa legitima *Processio* cum Ss. Sacramento instituitur, sequentes observandæ sunt regulæ.

2. Si *Processio Missam* coram Ss. Sacramento celebrandam *immediate præcedit*, *Officiator* in pluviali (vel ante *Missam*, ubi moris est, in casula) ad expositionis Altare accedit et Ss. Sacramentum more solito e tabernaculo prolatum ter incensat. Deinde finito cantu stropharum: *O salutâris Hóstia* etc. (pag. 382) cum ostensorio descendit sub baldachinum et progreditur *Processio*. Reversus ad Altare *Officiator* sine prævia *Oratione* prorsus sub silentio dat benedictionem, tunc coram Sanctissimo in throno rite exposito *Missam* (pluviali prius deposito et manipulo et casula assumptis) celebrat, qua finita fit denuo benedictio ritu solito.

3. Ubi vero *Processio Missam* coram Sanctissimo celebratam *immediate sequitur*, ante *Missam* Ss. Sacramentum cantata strophâ: *O salutâris Hóstia* etc. (pag. 382) exponitur, deinde coram Exposito *Missa* celebratur, in cujus fine *Officiator* Ss. Sacramentum e throno desumptum ter incensat et cum *Venerabili* sub baldachinum descendit. *Processione* neutiquam interrupta et finita ea omnia fiunt, quæ dicta sunt de repositione Ss. Sacramenti in §. 12.

4. Color paramentorum *Officiatoris* in hisce *Processionibus* idem est in *Missa*, cui *Processio* immediate adjungitur. Si quandoque *Officiator* in *Processione* diversus est ab *Officiatore Missæ* sequentis vel præcedentis, convenientius in *Processione* alba adhibentur paramenta.

5. Missa votiva de Ss. Sacramento dicenda non est, nisi quando rubricæ Missam *privatam* permittant; sed dici debet Missa de die cum commemoratione Ss. Sacramenti, quæ locum habet post omnes Orationes a rubricis pro ista die præscriptis, sed ante Collectam ab Ordinario imperatam. In Festis tamen 1. et 2. classis (nisi fieri debeat commemoratio Dominicæ aut Feriæ, cui tunc commemoratio Ss. Sacramenti adjungenda est) et in Missis, in quibus rubricæ unam tantum Orationem admittunt, commemoratio Ss. Sacramenti faciendâ est sub unica conclusione cum Oratione festi vel diei.

§. 15.

DE ADORATIONE PERPETUA.

Pridie tempore vespertino campanæ more in festis solemnioribus observato pulsentur et etiam matutino pulsu circa precum initium populus ad adorationem Ss. Sacramenti invitetur.

2. Adoratio incipit ab expositione Sanctissimi pag. 382.
3. Hora conveniente celebretur Missa sollemnis. — Conciones omittantur.
4. Ad finem adorationis fit sollemnis Processio, cantatur Te Deum. cum VV. R.R. et Or. pro gratiarum actione et prævio Hymno: Tantum ergo etc. datur benedictio cum Sanctissimo.


§. 16.

DE PROCESSIONE GENERALI PRO FIDELIBUS DEFUNCTIS.

Die Omnium Sanctorum absoluto Officio diei Vespertino, Sacerdos Officians superpelliceo cum stola et pluviali nigri coloris indutus ordinet Processionem circa, vel si incommodum erit, intra Ecclesiam vel etiam in Cœmeterio; cui omissis vexillis præferatur primo crux, et si fieri potest, duo ceroferarii cum luminibus eam præcedant: sequatur consueto ordine chorus puerorum, Cantorum, et ubi adsunt, Sacerdotum. Succedant ante ipsum Officiantem duo Ministri, quorum unus aqua benedicta aspergat obvia sepulchra, alter thuribulo prius benedicto, quatenus commodum erit, incenset: sequatur ultimo populus, qui de ejusmodi officio maturius præmoneri debet. In primo progressu cantetur:

Antiphona.


Ton. VII. Tr. 3.




Ab-sól-ve Dó - mi-ne á - nimas e - ó -
rum ab omni vín-cu-lo de - li -
ctó - rum, non e - as tor-méntum mor - tis
at - tín-gat: * Non re-ó-rum ca - té - na
constrín-gat, sed mi-se-rá-ti-o tu-a in
pa-cis e-as ac lu-cis re-gi-ó-ne con-stí -
tu-at. **V.** Si quæ il-lis sint Dó-mi-ne dignæ
cru-ci-á - ti-bus culpæ, tu e-is grá-ti-am
le-ni-tá-tis in-dúl-ge. Non re-ó-rum.

Repet. Non reórum caténa. usque ad **V.**

cum pulsu campanarum: quod in reliquis Responsoriis servetur, cantu finito subsistendo, Officians cum aliis omnibus genuflexus, cantat tono consueto lugubri:



Ký-ri - e e-lé - i-son. **C**hriste e-lé - i-son.



Ký-ri - e e-lé - i-son.

2. Deinde voce intelligibili inchoat Sacerdos:
Pater noster.

Finita ab omnibus in silentio Oratione Dominica proseguitur:

V. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

R. Sed líbera nos a malo.

V. A porta ínferi.

R. Erue Dómine ánimas eórum.

V. Requíescant in pace. **R.** Amen.

V. Dómine exaúdi oratiónem meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum. **R.** Et cum spírítu tuo.

3. Tunc surgendo:

Orémus.

Deus, qui inter Apostólicos Sacerdótes, fámulos tuos Pontificáli, seu Sacerdotáli et Clericáli fecísti dignitáte vigére: præsta, quæsumus, ut eórum quoque perpétuo aggregéntur consórtio. Per Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

Benedíctio Dei Patris omnipoténtis, et Fí **✠** lii et Spírítus Sancti descéndat super hunc locum, et super hæc córpora. **R.** Amen.


4. Postea imponit incensum, aspergit locum ter aqua benedicta, et thurificat ternò ductu in medio, a sinistris et a dextris non movendo se de loco.

5. Simili modo fiant reliquæ quatuor Stationes, mutatis tamen Responsoriis et Orationibus, hoc ordine.

Ad Secundam Stationem:

Responsorium.

Ton. VIII. Tr. 2 **♩**.



Cre-do quod Red-ém-ptor me - us

vi - vit, et in no - vís - si - mo di - e
 de ter - ra sur - re - ctú - rus sum. * Et in
 car - ne me - a vi - dé - bo De - um
 Sal - va - tó - rem me - um. *V.* Quem
 vi - sú - rus sum e - go ip - se, et non
 á - li - us: et ó - cu - li me - i con - spe -
 ctú - ri sunt. Et in car - ne. *ut supra.*

Kýrie eléison etc. pag. 398.

Orémus.

Deus, qui nos patrem et matrem honorare præcepisti, miserere cleméner animábus patris ac matris meæ, eorúmque peccáta dimitte, meque eos in ætérna claritáte fac vidére. Per Christum Dóminum nostrum. *R.* Amen.

Benedictio etc. pag. 398.

6. Ad tertiam Stationem:

Responsorium.

Ton. IV. Tr. 2 #

Qui Lá - za - rum re - sus - ci - tá - sti a mo -

nu-mén - to fœ - ti - dum: * Tu e - is Dó -

mi - ne do - na ré - qui - em, et lo - cum in - dul - -

gén - ti - æ. *V.* Qui ven - tú - rus es

ju - di - cá - re vi - vos et mór - tu - os, et sœ -

cu - lum per i - gnem. Tu e - is. *ut supra.*

Kýrie eléison etc. pag. 398.

Orémus.

Deus véniaē largítor et humánæ salútis amátor: quæsumus cleméntiam tuam, ut nostræ congregatiónis fratres, propínquos et benefactóres, qui ex hoc sæculo transiérunt, beáta María semper Virgine intercedénte, cum ómnibus Sanctis tuis, ad perpétuæ beatitúdinis consórtium perveníre concédas. Per Christum Dóminum nostrum. *R.* Amen.

Benedictio etc. pag. 398.

7. *Ad quartam Stationem:*

Responsorium.

Ton. I. Tr. #.

Pec - cán - tem me quo - tí - di - e, et non me

pœ - ni - tén - tem, ti - mor mor - tis con - túr -

bat me: * Qui - a in in-fér-no nul-la est red-
 émp-ti - o, mi-se-ré-re me - i De - us
 et sal-va me. *V.* De - us in nó - mi-ne
 tu - o sal-vum me fac, et in vir-tú-te
 tu - a lí - be - ra me. *Q*ui - a in
 in-fér-no. *ut supra.*

Kýrie eléison, etc. pag. 398.

Orémus.

Deus, cujus miseratione animæ fidelium requiescunt; famulis et famulâbus tuis omnibus, hic et ubique in Christo quiescentibus: da propitius suorum veniam peccatorum, ut a cunctis reatibus absoluti, tecum sine fine lætèntur. Per Christum Dóminum nostrum. *R.* Amen.

Benedictio etc. pag. 398.

8. *Ad ultimam Stationem, quæ ad altare majus vel ad crucem majorem in Cœmeterio erectam terminari debet:*

Responsorium.

Ton. I. Tr. 2 #.

Lí - be - ra me Dó - mi - ne de mor - te æ -

tér - na in di - e il - la tre - mén - da: *

Quan - do cœ - li mo - vén - di sunt et ter -

ra: * Dum vé - - - ne - ris ju - di -

ca - - re sæ - - cu - lum per

i - gnem. **V.** Tre - mens fa - ctus sum e - go, et

tí - me - o, dum dis - cús - si - o vé - ne - rit, at - que

ven - tú - ra i - ra. **Rep.** Quan - do cœ - li mo -

vén - di sunt et ter - ra. **V.** Di - es il - la, di - es

i - ræ, ca - la - mi - tá - tis et mi - sé - ri - æ,

di - es ma - gna et a - má - ra val - de. **Rep.** Dum

vé - - ne-ris ju - di - cá - - -
 re sãe - - cu-lum per i - gnem.
 ¶. Ré-qui - em æ-tér-nam do-na e - is Dó-mi-ne:
 et lux per-pé-tu - a lú-ce - at e - is.

Lí-be-ra me. usque ad ¶. Tremens.

Kýrie eléison etc. pag. 398.

Orémus.

Fidélium Deus ómnium cónditor et redémp-tor, ani-mábus famulórum, famularúmque tuárum, remis-siónem cunctórum trí-bue peccatórum, ut indulgén-tiam, quam semper optavérunt, piis supplicatió-nibus consequántur. Qui vivis et regnas in sãcula sæcu-lórum. **R.** Amen.

Benedíctio etc. pag. 398.

9. Deinde concludat Sacerdós tono consueto:

¶. Réquiem ætérnam dona eis Dómine.

R. Et lux perpétua lúceat eis.

¶. Requíescant in pace. **R.** Amen.

Postremo canitur Antiphona: Salve Regina (pag. 153).

De Processione Generali pro Fidelibus Defunctis.

(In lingua vernacula.)

In die animarum post vel etiam ante Missam Defunctorum fit Processio intra vel circa Ecclesiam vel etiam in Cœmeterio cum quinque stationibus, in qua omissis vexillis præfertur crux, et Officians aspergit aqua benedicta sepulchra obvia.

2. Initio processionis canitur cujusdam cantilenæ funebris strophæ, et cum perventum fuerit ad primam stationem, quæ sit contra occidentem, seu prope portam majorem Ecclesiæ, cantus absolvitur et Sacerdos cum aliis omnibus genuflexus, cantat tono consueto lugubri:

V. Panie, zmiłuj się nad nami!

R. Chryste, zmiłuj się nad nami!

V. Panie, zmiłuj się nad nami!

Sacerdos dicit:

Ojczy nasz etc.

V. I nie wódź nas na pokuszenie.

R. Ale nas zbaw ode złego.

V. Nie wchódź w sąd z wiernymi zmarłymi.

R. Albowiem przed obliczem Twojem nie usprawiedliwi się żaden żyjący.

V. Panie, wysłuchaj modlitwę moję.

R. A wołaniemoję niech do Ciebie przyjdzie.

V. Pan z wami.

R. I z duchem twoim.

Módlmy się.

Boże, któryś między Apostolskimi Kapłanami wiernych zmarłych sług Twoich biskupią lub kapłańską i duchowną godnością ozdobić raczył:

V. Herr, erbarme Dich unser!

R. Christus, erbarme Dich unser!

V. Herr, erbarme Dich unser!

Sacerdos dicit:

Vater unser 2c.

V. Und führe uns nicht in Versuchung.

R. Sondern erlöse uns von dem Übel.

V. Geh nicht ins Gericht mit denen, die im Glauben sterben.

R. Denn kein Lebender ist ohne Schuld vor Deinem Angesicht.

V. Herr, erhöre mein Gebet.

R. Und laß mein Rufen zu Dir kommen.

V. Der Herr sei mit euch.

R. Und mit deinem Geiste.

Lasset uns beten.

Gott, der Du Deine Diener mit der bischöflichen, priesterlichen und geistlichen Würde unter der apostolischen Priesterschaft hast wirfen lassen, verleihe, wir bit-

sprawże jeszcze, prosimy Cię pokornie, ażeby do wiecznego ich towarzystwa przyłączeni zostali. Przez Chrystusa Pana naszego. **R.** Amen.

V. Wieczny odpoczynek racz im dać, Panie!

R. A światłość wiekui-sta niechaj im świeci!

V. Niech odpoczywają w pokoju!

R. Amen.

Błogosławieństwo Boga Ojca wszechmogącego, i Syna i Ducha Świętego niech zstąpi na to miejsce i na wszystkich tu spoczywających.

R. Amen.

ten Dich, daß sie auch zu ewiger Gemeinschaft mit ihr versammelt werden, durch Christum, unsern Herrn.

R. Amen.

V. Herr, gib ihnen die ewige Ruhe!

R. Und das ewige Licht leuchte ihnen!

V. Herr, laß sie ruhen im Frieden!

R. Amen.

Es tane herab über diesen Ort und über diese Leiber der Segen Gottes, des allmächtigen Vaters, und des Sohnes und des Heiligen Geistes.

R. Amen.

3. Postea imponit incensum, aspergit locum ter aqua benedicta, et thurificat terno ductu in medio, a sinistris et a dextris, non movendo se de loco.

4. In ulteriori progressu cantus continuatur, et ad secundam stationem, quæ sit contra aquilonem, dicitur:

V. Panie, zmiłuj się nad nami!

R. Chryste, zmiłuj się nad nami!

V. Panie, zmiłuj się nad nami!

Ojcze nasz etc.

V. I nie wódź nas na pokuszenie.

R. Ale nas zbaw ode złego.

V. Herr, erbarme Dich unser!

R. Christus, erbarme Dich unser!

V. Herr, erbarme Dich unser!

Vater unser etc.

V. Und führe uns nicht in Versuchung.

R. Sondern erlöse uns von dem Übel.

V. Któryś Łazarza
wskrzesił ze skaże-
nia grobu.

R. Daj, Panie, wiernym
zmarłym odpocznie-
nie i miejsce łaski.

V. Panie, wysłuchaj mo-
dlitwę moję.

R. A wołanie mojeniech
do Ciebie przyjdzie.

V. Pan z wami.

R. I z duchem twoim.

Módlmy się.

Boże, któryś nam ojca
i matkę czcić przy-
kazał: zmiłuj się łaskawie
nad duszami rodziców na-
szych, i grzechy ich racz
im odpuścić: a nam też
w radości wiecznego świa-
tła daj ich oglądać. Przez
Chrystusa Pana naszego.

R. Amen.

V. Wieczny odpoczy-
nek racz im dać, Pa-
nie.

R. A światłość wiekui-
sta niechaj im świeci.

V. Niech odpoczywają
w pokoju.

R. Amen.

V. Der Du den Lazarus,
der schon die Berwe-
fung gesehen, aus dem
Grabe wiederum auf-
erweckt hast.

R. Gib, o Herr, den Ab-
geschiedenen die Ruhe
und verleihe ihnen den
Nachlaß ihrer Sünden.

V. Herr, erhöre mein Ge-
bet.

R. Und laß mein Rufen
zu Dir kommen.

V. Der Herr sei mit euch.

R. Und mit deinem Geiste.

Lasset uns beten.

Gott, der Du uns Vater
und Mutter zu ehren ge-
boten hast, erbarme Dich in
Gnade der Seelen unserer
abgestorbenen Eltern, vergib
ihre Sünden, und verleihe
uns ihr Wiedersehen in der
ewigen Seligkeit, durch Chri-
stum unsern Herrn.

R. Amen.

V. Herr, gib ihnen die
ewige Ruhe.

R. Und das ewige Licht
leuchte ihnen.

V. Herr, laß sie ruhen
im Frieden.

R. Amen.

Benedictio et alia ut supra in prima statione.

5. Ad tertiam stationem, quæ fit contra Orientem, dicitur:

V. Panie, zmiłuj się nad nami!

R. Chryste, zmiłuj się nad nami!

V. Panie, zmiłuj się nad nami!

Ojczy nasz etc.

V. I nie wódz nas na pokuszenie.

R. Ale nas zbaw ode zlego.

V. Od bramypiekielnej.

R. Wybaw, Panie, dusze ich.

V. Panie, wysłuchaj modlitwę moję.

R. A wołaniemojeniech do Ciebie przyjdzie.

V. Pan z wami.

R. I z duchem twoim.

Módlmy się.

Boże, Dawco odpuszczenia i Miłośniku ludzkiego zbawienia! prosimy Twojej łaskawości, abyś naszych braci, pokrewnych i dobrodziejów, którzy z tego świata zeszedli, za przyczyną Błogosławionej zawsze Maryi Panny ze wszystkimi Świętymi do uczestnictwa zbawienia wiecznego przypu-

V. Herr, erbarme Dich unser!

R. Christus, erbarme Dich unser!

V. Herr, erbarme Dich unser!

Vater unser etc.

V. Und führe uns nicht in Versuchung.

R. Sondern erlöse uns von dem Übel.

V. Von der Macht der Hölle.

R. Errette ihre Seelen, o Herr.

V. Herr, erhöre mein Gebet.

R. Und laß mein Rufen zu Dir kommen.

V. Der Herr sei mit euch.

R. Und mit deinem Geiste.

Lasset uns beten.

Gott, Spender der Gnade und in Liebe besorgt für das menschliche Heil! wir flehen Deine Erbarmung an, daß Du die Brüder, Verwandten und Wohlthäter unserer Gemeinde, welche aus diesem Leben hinübergangen sind, durch die Fürbitte der seligsten Jungfrau Maria, mit allen Heiligen zur Gemeinschaft der ewigen

ścić raczył. Przez Chrystusa Pana naszego.

R. Amen.

V. Wieczny odpoczynek racz im dać, Panie.

R. A światłość wiekui-sta niechaj im świeci.

V. Niech odpoczywają w pokoju.

R. Amen.

Glückseligkeit gelangen lassen wollest; durch Christum unsern Herrn. **R.** Amen.

V. Herr, gib ihnen die ewige Ruhe.

R. Und das ewige Licht leuchte ihnen.

V. Herr, laß sie ruhen im Frieden.

R. Amen.

Benedictio et alia ut supra in prima statione.

6. Deinde ad quartam stationem, quæ fit contra Meridiem, dicitur:

V. Panie, zmiłuj się nad nami!

R. Chryste, zmiłuj się nad nami!

V. Panie, zmiłuj się nad nami!

Ojcze nasz etc.

V. I nie wódź nas na pokuszenie.

R. Ale nas zbaw ode złego!

V. Wieczny odpoczynek racz im dać, Panie.

R. A światłość wiekui-sta niechaj im świeci.

V. Panie wysłuchaj modlitwę moję.

R. A wołanie moje niech do Ciebie przyjdzie.

V. Pan z wami.

R. I z duchem twoim.

V. Herr, erbarme Dich unser!

R. Christus, erbarme Dich unser!

V. Herr, erbarme Dich unser!

Vater unser etc.

V. Und führe uns nicht in Versuchung.

R. Sondern erlöse uns von dem Übel.

V. Herr, gib ihnen die ewige Ruhe.

R. Und das ewige Licht leuchte ihnen.

V. Herr, erhöre mein Gebet.

R. Und laß mein Rufen zu Dir kommen.

V. Der Herr sei mit euch.

R. Und mit deinem Geiste.

Módlmy się.

Boże, przez którego miłosierdzie dusze wierznych odpoczywają: wszystkim sługom i służebnikom Twoim, tu i gdziekolwiek w Chrystusie spoczywającym, daj łaskawie grzechów odpuszczenie, aby od wszelkiej winy uwolnieni, z Tobą się nieśkończenie weselili. Przez Chrystusa Pana naszego.

R. Amen.

V. Wieczny odpoczynek racz im dać Panie.

R. A światłość wiekui sta niechaj im świeci.

V. Niech odpoczywają w pokoju.

R. Amen.

Benedictio et alia ut supra in prima statione.

7. In progressu carmen lugubre absolvitur, et quinta statio fit ante presbyterium in medio Ecclesiae, vel si Processio fit extra Ecclesiam, ante illam, vel ante Crucem majorem in Coemeterio, ubi dicuntur breves Litaniae (prout pag. 126) cum suffragiis in numero plurali.

Postea dicatur:

Ojcie nasz etc.

V. I nie wódź nas na pokuszenie.

R. Ale nas zbaw ode złego.

V. Uwolnij, Panie, dusze wszystkich wiernych zmarłych.

Rasset uns beten!

Gott, durch dessen Erbarmung die Seelen der Gläubigen in Ruhe sind, verleihe allen Deinen Dienern und Dienerinnen, die hier und auf der ganzen Erde in Christo ruhen, die Vergebung ihrer Sünden, damit sie, von aller Schuld gereinigt, mit Dir sich ewig freuen mögen; durch Christum unsern Herrn.

R. Amen.

V. Herr, gib ihnen die ewige Ruhe.

R. Und das ewige Licht leuchte ihnen.

V. Herr, laß sie ruhen im Frieden.

R. Amen.

Vater unser etc.

V. Und führe uns nicht in Versuchung.

R. Sondern erlöse uns von dem Übel.

V. Befreie, o Herr, die Seelen aller abgestorbenen Gläubigen.

R. Od wszystkich wię-
zów grzechowych.

V. Panie, wysłuchaj mo-
dlitwę moję.

R. A wołaniemojeniech
do Ciebie przyjdzie.

V. Pan z wami.

R. I z duchem twoim.

Módlmy się.

Boże, wszystkich wier-
nych Stwórcu i Od-
kupicielu, duszom sług i
służebnic Twoich racz dać
wszystkich grzechów od-
puszczenie: aby przeba-
czenia, którego zawsze
pragnęły, przez nabożne
prośby dostąpiły. Który
żyjesz i królujesz na wie-
ki wieków. **R.** Amen.

V. Wieczny odpoczy-
nek racz im dać, Pa-
nie.

R. A światłość wiekui-
sta niechaj im świeci.

V. Niech odpoczywają
w pokoju.

R. Amen.

R. Von allen Banden ihrer
Vergehungen.

V. Herr, erhöre mein Ge-
bet.

R. Und laß mein Rufen
zu Dir kommen.

V. Der Herr sei mit euch.

R. Und mit deinem Geiste.

Rasset uns beten.

Gott, aller Gläubigen
Schöpfer und Erlöser,
verleihe den Seelen Deiner
Diener und Dienerinnen die
Vergebung aller Sünden, da-
mit sie den Nachlaß, den sie
stets gewünscht, durch unsere
frommen Gebete erlangen:
der Du lebst und regierst
von Ewigkeit zu Ewigkeit.

R. Amen.

V. Herr, gib ihnen die
ewige Ruhe.

R. Und das ewige Licht
leuchte ihnen.

V. Herr, laß sie ruhen im
Frieden.

R. Amen.

Deinde benedictio et reliqua ut supra in prima statione.


8. Quibus finitis omnes ingrediuntur Ecclesiam, in qua po-
stremo, ubi mos est cantilena quædam in honorem B. V. Mariæ
canitur, aut sequens recitatur Antiphona:


Witaj Królowa, Mat-
ko litości! Nasza
nadziejo, życia słodkości.
Witaj Marya, Matko jedy-

Sei, Mutter der Barmher-
zigkeit, sei, Königin, ge-
grüßet! des Lebens Freud und
Süßigkeit, durch die uns Trost

na, Matko nas ludzi. Salve Regina! — Nędzne my dzieci Ewy wołamy Do Ciebie, Matko, z płaczem wzdychamy: Niech nas wspomaga Twoja przyczyna, Na tym padole. Salve Regina! — O Pośredniczko! rzuć Twe wejrzenie, Łaskawe na nas, przyjmij westchnienie. Pokaż nam, Matko, Twojego Syna w górnej krainie. Salve Regina!

zufliëzet. Zu Dir, o Mutter, rufen wir, mit Tränen seufzen wir zu Dir! O wende hold Dein Angesicht auf uns von Deinem Throne, versag' uns Deine Fürbitt' nicht bei Jesus, Deinem Sohne. Nach unserm Tode zeig' uns ihn, sei uns bei ihm Fürsprecherin. In aller Trübsal, Angst und Not komm uns zu Hilf' im Leiden! Hilf, tröste uns und bitt' bei Gott, wenn von der Welt wir scheiden, führ' uns zum Sieg im letzten Streit, o Mutter der Barmherzigkeit!





TITULUS II.

PROCESSIONES EXTRAORDINARIÆ.

§. 1.

DE PROCESSIONE AD PETENDAM PLUVIAM.



guntur omnia, ut supra in Litaniiis majoribus, usque ad finem Litaniarum, in quarum precibus bis dicitur:

Ut congruëntem plúviam fidélibus tuis
concedere dignéris: **T**e rogámus, audi nos.

In fine postea dicitur:

Pater noster. *secreto.*

V. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

R. Sed líbera nos a malo.

Psalmus 146.

Laudáte Dóminum, quóniam bonus est psalmus: * Deo nostro sit jucúnda, decóraque laudatio.

Ædificans Jerúsalem Dóminus: * dispersiões Israéelis congregábit.

Qui sanat contrítos corde:

* et álligat contritiões eórum.

Qui númerat multitudínem stellárum: * et ómnibus eis nómina vocat.

Magnus Dóminus noster, et magna virtus ejus: * et sapiéntiæ ejus non est númerus.

Suscípiens mansuétos Dóminus: * humilians autem peccatóres usque ad terram.

Præcínite Dómino in confessióne: * psállite Deo nostro in cithara.

Qui óperit cœlum núbibus: * et parat terræ plúviam.

Qui producít in móntibus fœnum: * et herbam servitúti hóminum.

Qui dat juméntis escam ipsórum: * et pullis corvórum invocántibus eum.

Non in fortitúdine equi voluntátem habébit: * nec in tibiis viri beneplácitum erit ei.

Beneplácitum est Dómino super tímētes eum: * et in eis, qui sperant super misericórdia ejus.

Glória Patri. Sicut erat.

2. Quo finito dicantur preces:

V. Operi, Dómine, cœlum núbibus.

R. Et para terræ plúviam.

V. Ut producát in móntibus fœnum.

R. Et herbam servitúti hóminum.

V. Riga montes de superióribus tuis.

R. Et de fructu óperum tuórum satiábitur terra.

V. Dómine exaúdi oratióem meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Deus, in quo vivimus, movémur, et sumus, plúviam nobis tríbue congruéntem: ut præsentibus subsidiis sufficiénter adjúti, sempitérna fiduciálius appetámus.

Præsta, quæsumus, omnipotens Deus: ut qui in afflictióne nostra de tua pietáte confídimus, contra advérsa ómnia tua semper protectióne muniámur.

Da nobis, quæsumus Dómine, plúviam salutárem: et áridam terræ fáciem fluéntis cœlestibus dignánter infúnde. Per Dóminum nostrum etc.

R. Amen.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Ÿ. Benedicámus Dómino.

R. Deo grátias.

Ÿ. Exaúdiat nos omnipotens et miséricors Dóminus.

R. Amen.

Ÿ. Fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiéscant in pace.

R. Amen.



§. 2.

PROCESSIO

AD POSTULANDAM SERENITATEM.

Omnia fiant, ut supra in Litaniis majoribus, et in Litaniarum precibus usque ad Ut ánimas nostras etc. quo versiculo completo, bis dicitur sequens:

Ut fidélibus tuis áëris serenitátem concédere dignéris: Te rogámus audi nos.

Ad finem obsecrationum dicitur:

Pater noster. *secreto.*

Ÿ. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

R. Sed libera nos a malo.

Psalmus 66.

Deus misereátur nostri, et benedícat nobis: * illúminet vultum suum super nos, et misereátur nostri.

Ut cognoscámus in terra viam tuam: * in ómnibus Géntibus salutáre tuum.

Confiteántur tibi pópuli Deus: * confiteántur tibi pópuli omnes.

Læténtur et exsúltent Gentes: * quóniam júdicas pó-

pulos in æquitáte, et Gentes in terra dírigis.

Confiteántur tibi pópuli Deus, confiteántur tibi pópuli omnes: * terra dedit fructum suum.

Benedícat nos Deus, Deus noster, benedícat nos Deus: * et métuant eum omnes fines terræ.

Glória Patri.

Sicut erat.

V. Adduxísti, Dómine, spíritum tuum super terram.

R. Et prohibítæ sunt plúviæ de cœlo.

V. Cum obdúxero núbibus cœlum.

R. Apparébit arcus meus, et recordábor fœderis mei.

V. Illústra fáciem tuam, Dómine, super servos tuos.

R. Et bénedic sperántes in te.

V. Dómine exaúdi oratióem meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

Deus, qui culpa offénderis, pœniténtia placáris: preces pópuli tui supplicántis propítius réspice; et flagélla tuæ iracúndiæ, quæ pro peccátis nostris merémur, avérte.

Ad te nos, Dómine, clamántes exaúdi, et áëris serenitátem nobis tríbue supplicántibus: ut qui juste pro peccátis nostris affligimur, misericórdia tua præveniénte, cleméntiam sentiámus.

Quæsumus, omnípotens Deus, cleméntiam tuam: ut inundántiam coérceas ímbrium, et hilaritátem vultus tui nobis impertíri dignéris. Per Dóminum nostrum etc. **R.** Amen.



§. 3.

PRECES

AD REPELLENDAM TEMPESTATEM.

Dicuntur Litaníæ ordinariæ, in quibus bis dicitur: A fúlgnore et tempestáte etc. et post Litanias, Orationemque Dominicam:

Psalmus 147.



auda Jerúsalem Dómini: * lauda Deum tuum Sion.

Quóniam confortávit seras portárum tuárum: * benedíxit fíliis tuis in te.

Qui pósuit fines tuos pacem: * et ádipe fruménti sátiat te.

Qui emíttit elóquium suum terræ: * velóciter currit sermo ejus.

Qui dat nivem sicut lanam: * nébulam sicut cínerem spargit.

Mittit crystállum suam sicut buccéllas: * ante fáciem frígoris ejus quis sustinébít?

Emíttet verbum suum, et liquefáciét ea: * flabit spíritus ejus, et fluent aquæ.

Qui annúnciat verbum suum Jacob: * justítias, et júdícia sua Israël.

Non fecit táliter omni nátióni: * et júdícia sua non manifestávit eis.

Glória Patri.

Sicut erat.

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

R. Qui fecit cœlum et terram.

V. Osténde nobis, Dómine, misericórdiam tuam.

R. Et salutáre tuum da nobis.

V. Adjuva nos, Deus, salutáris noster.

R. Et propter glóriam nóminis tui, Dómine, libera nos.

V. Nihil proficiat inimícus in nobis.

R. Et fílius iniquitátis non appónat nocére nobis.

V. Fiat misericórdia tua, Dómine, super nos.

R. Quemádmódu sperávimus in te.

V. Salvum fac pópulum tuum, Dómine.

R. Et benedic hæreditáti tuæ.

V. Non privábis bonis eos, qui ámbulant in innocéntia.

R. Dómine Deus virtútum: beátus homo, qui sperat in te.

V. Dómine exaúdi oratióne meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Deus, qui culpa offénderis, pœniténtia placáris, preces pópuli tui supplicántis propítius réspice: et flagélla tuæ iracúndiæ, quæ pro peccátis nostris merémur, avérte.

A domo tua, quæsumus Dómine, spiritáles nequítia repellántur: et aëreárum discédant malígnitas tempestátum.

Omnípotens, sempitérne Deus, parce metuéntibus, propitiáre supplicibus: ut post nóxios ignes núbium, et vim procellárum, in matériam tránseat laudis comminátio tempestátum.

Dómine Jesu, qui imperásti ventis et mari, et facta fuit tranqúillitas magna: exaúdi preces famíliæ tuæ, et præsta; ut hoc signo sanctæ cru ✠ cis omnis discédant sævítia tempestátum.

Omnípotens, et miséricors Deus, qui nos et castigándo sanas, et ignoscéndo consérvas: præsta supplicibus tuis; ut et tranqúillitátibus hujus optátæ consolatiónis lætémur, et dono tuæ pietátis semper utámur. Per Dóminum nostrum etc.

R. Amen.

Aspergatur aqua benedicta.

§. 4.

PRECES DICENDÆ
TEMPORE PENURIÆ ET FAMIS.

Aguntur omnia, ut supra in Litaniiis majoribus, usque ad finem Litaniarum, in quarum precibus bis dicitur:

Ut fructus terræ dare, et conserváre dignéris:
Te rogámus audi nos.

Post Litanias dicitur:

Pater noster. *secreto.*

V. Et ne nos inducas in tentationem.

R. Sed libera nos a malo.

Psalmus 22.

Dóminus regit me, et nihil mihi déerit: * in loco páscuæ ibi me collocávit.

Super aquam refectiónis educávit me: * ánimam meam convértit.

Dedúxit me super sémitas justitiæ, * propter nomen suum.

Nam, et si ambulávero in médio umbræ mortis, non timébo mala: * quóniam tu mecum es.

Virga tua, et báculo tuus: * ipsa me consoláta sunt.

Parásti in conspéctu meo mensam, * advérsus eos, qui tríbulant me.

Impinguásti in óleo caput meum: * et calix meus inébrans quam præclárus est!

Et misericórdia tua subsequétur me * ómnibus diébus vitæ meæ:

Et ut inhábitem in domo Dómini, * in longitudinem diérum.

Glória Patri. Sicut erat.

V. Dómine, non secúndum peccáta nostra fácias nobis. *R.* Neque secúndum iniquitátes nostras retribuas nobis.

V. Oculi ómnium in te sperant, Dómine.

R. Et tu das illis escam in témpore opportúno.

V. Meménto congregatiónis tuæ.

R. Quam possedísti ab inítio.

V. Dóminus dabit benignitátem.

R. Et terra nostra dabit fructum suum.

V. Dómine exaúdi oratióem meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

Ineffábilem nobis, Dómine, misericórdiam tuam cleménter osténde: ut simul nos et a peccátis ómnibus éxuas, et a pœnis, quas pro his merémur, erípias.

Da nobis, quæsumus Dómine, piæ supplicatiónis effectum, et famem propitiátus avérte: ut mortalium corda cognóscant, et te indignánte, tália flagélla prodíre, et te miseránte, cessáre.

Pópulum tibi súbditum pro peccátis suis fame laborántem ad te, Dómine, convérte propítius: qui quæréntibus regnum tuum ómnia adjiciénda esse dixísti: Qui vivis et regnas cum Deo Patre, etc.

R. Amen.

§. 5.

PROCESSIO

TEMPORE MORTALITATIS ET PESTIS.

Fiat ut supra in Litanis majoribus, et in Litaniarum precibus dicatur bis:

A peste et fame, Libera nos Dómine; et infra suo loco: **U**t a pestiléntiæ flagélló nos liberáre dignéris: **T**e rogámus, audi nos.

In fine Litaniarum dicitur:

Pater noster. secreto.

Ps. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

R. Sed libera nos a malo.

Psalmus 6.

Dómine, ne in furóre tuo árguas me, * neque in ira tua corripias me.

Miserére mei, Dómine, quóniam infirmus sum: * sana me, Dómine, quóniam conturbáta sunt ossa mea.

Et ánima mea turbáta est valde: * sed tu, Dómine, úsquequo?

Convértere, Dómine, et éripe ánimam meam: * salvum me fac propter misericórdiam tuam.

Quóniam non est in morte qui memor sit tui: * in inférno autem quis confitébitur tibi?

Laborávi in gémitu meo, lavábo per síngulas noctes lectum meum: * lácrimis meis stratum meum rigábo.

Turbátus est a furóre óculus meus: * inveterávi inter omnes inimícos meos.

Discédite a me omnes, qui operámini iniquitátem: * quóniam exaudívit Dóminus vocem fletus mei.

Exaudívit Dóminus depre-

catióem meam, * Dóminus oratióem meam suscepit.

Erubéscant, et conturbéntur veheménter omnes inimíci mei: * convertántur et erubéscant valde velóciter.

Glória Patri.

Sicut erat.

V. Dómine, non secúndum peccáta nostra fácias nobis.

R. Neque secúndum iniquitátes nostras retríbuas nobis.

V. Adjuva nos, Deus, salutáris noster.

R. Et propter glóriam nóminis tui, Dómine, líbera nos.

V. Dómine, ne memíneris iniquitátum nostrárum antiquárum.

R. Cito antícipent nos misericórdiæ tuæ, quia paúperes facti sumus nimis.

V. Ora pro nobis sancte Sebastiáne.

R. Ut digni efficiámur promissionibus Christi.

V. Dómine exaúdi oratióem meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Exáudi nos, Deus salutáris noster: et intercedénte beáta et gloriósa Dei Genitríce María semper Virgine, et beáto Sebastiáno Mártyre tuo, et ómnibus Sanctis, pópulum tuum ab iracúndiæ tuæ teróribus líbera, et misericórdiæ tuæ fac largitáte secúrum.

Propitiáre, Dómine, supplicatióibus nostris: et animárum et córporum medére languóribus; ut remissióne percépta, in tua semper benedictióe lætémur.

Da nobis, quæsumus Dómine, piæ petitionis effectum: et pestilentiam mortalitatemque propitiatus averte; ut mortalium corda cognoscant, et te indignante talia flagella prodire, et te miserante cessare. Per Dóminum nostrum etc.

R. Amen.

§. 6.

PRECES DICENDÆ

IN LITANIIS TEMPORE BELLII.

Peractis omnibus, ut supra in Litaniiis majoribus, ad finem Litaniarum dicitur:

Pater noster. secreto.

V. Et ne nos inducas in tentationem.

R. Sed libera nos a malo.

Psalmus 45.

Deus noster refugium et virtus: * adjutor in tribulationibus, quæ invenerunt nos nimis.

Propterea non timebimus, dum turbabitur terra: * et transferentur montes in cor maris.

Sonuérunt, et turbatæ sunt aquæ eorum: * conturbati sunt montes in fortitudine ejus.

Fluminis impetus lætificat civitatem Dei: * sanctificavit tabernaculum suum Altissimus.

Deus in medio ejus, non commovebitur: * adjuvabit eam Deus mane diluculo.

Conturbatæ sunt gentes, et

inclinata sunt regna: * dedit vocem suam, mota est terra.

Dóminus virtutum nobiscum: * susceptor noster, Deus Jacob.

Venite, et videte opera Dómini, quæ posuit prodigia super terram, * auferens bella usque ad finem terræ.

Arcum conteret, et confringet arma: * et scuta comburet igni.

Vacate, et videte quoniam ego sum Deus: * exaltabor in Géntibus, et exaltabor in terra.

Dóminus virtutum nobiscum: * susceptor noster, Deus Jacob.

Glória Patri. Sicut erat.

- V.** Exsúrge Dómine, ádjuva nos.
R. Et líbera nos propter nomen tuum.
V. Salvum fac pópulum tuum, Dómine.
R. Deus meus, sperántem in te.
V. Fiat pax in virtúte tua.
R. Et abundántia in túrribus tuis.
V. Esto nobis, Dómine, turris fortitúdinis.
R. A fácie inimíci.
V. Arcum cónteret, et confrínget arma.
R. Et scuta combúret igni.
V. Mitte nobis, Dómine, auxiliúm de sancto.
R. Et de Sion tuére nos.
V. Dómine exaúdi oratiónem meam.
R. Et clamor meus ad te véniat.
V. Dóminus vobíscum.
R. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

Deus, qui cónteris bella, et impugnatóres in te sperántium poténtia tuæ defensiónis expúgnas: auxiliáre fámulis tuis implorántibus misericórdiam tuam; ut inimicórum suórum feritáte depréssa, incessábili te gratiárum actióne laudémus.

Deus, a quo sancta desidéria, recta consília, et justa sunt ópera: da servis tuis illam, quam mundus dare non potest, pacem; ut et corda nostra mandátis tuis dédita, et hóstium subláta formídine, témpora sint tua protectióne tranquilla.

Hóstium nostrórum, quæsumus Dómine, elíde supérbiam: et eórum contumáciam dexteræ tuæ virtúte prostérne. Per Dóminum nostrum etc.

R. Amen.

Si vero bellum est contra Turcas et alios infideles, inter preces Litaniarum bis dicatur:

Ut inimícos sanctæ Ecclésiæ humiliáre dignéris: Te rogámus, audi nos.

Et addatur:

Ut Turcárum (vel Infidélium) conátus reprí-
mere, et ad níhilum redígere dignéris: Te rogámus,
audi nos.

Et dicto Pater noster, dicatur:

Psalmus 78.

Deus vénerunt Gentes
in hæreditátem tuam,
polluérun't templum
sanctum tuum: * posuérun't
Jerúsalem in pomórum cus-
tódiam.

Posuérun't morticína servó-
rum tuórum, escas volatíli-
bus cœli: * carnes sanctó-
rum tuórum béstiis terræ.

Effudérunt sánguinem eó-
rum tamquam aquam in cir-
cúitu Jerúsalem: * et non
erat qui sepelíret.

Facti sumus oppróbrium
vicínis nostris: * subsannátio
et illúsió his, qui in circúitu
nostro sunt.

Usquequo Dómine irascé-
ris in finem: * accendétur
velut ignis zelus tuus?

Effúnde iram tuam in Gen-
tes, quæ te non novérunt: *
et in regna, quæ nomen tuum
non invocavérunt:

Quia comedérunt Jacob: *
et locum ejus desolavérunt.

Ne memíneris iniquitátum
nostrárum antiquárum, cito
antícipect nos misericórdiæ

tuæ: * quia paúperes facti
sumus nimis.

Adjuva nos, Deus, salutá-
ris noster: et propter glóriam
nóminis tui, Dómine, libera
nos: * et propítius esto pec-
cátis nostris, propter nomen
tuum:

Ne forte dicant in Génti-
bus: Ubi est Deus eórum? *
et innotéscat in natió nibus
coram óculis nostris.

Ultio sánguinis servórum
tuórum, qui effúsus est: * in-
tróëat in conspéctu tuo gé-
mitus compeditórum.

Secúndum magnitúdinem
bráchii tui, * pösside filios
mortificatórum.

Et redde vicínis nostris sé-
ptuplum in sinu eórum: * im-
propérium ipsórum, quod ex-
probravérunt tibi Dómine.

Nos autem pópulus tuus,
et oves páscuæ tuæ, * con-
fité bimur tibi in sæculum:

In generatió nem et genera-
tiónem, * annuntiábimus lau-
dem tuam.

Glória Patri. Sicut erat.

V. Salvos fac servos tuos.

R. Deus meus sperántes in te.

V. Esto nobis, Dómine, turris fortitúdinis.

R. A fácie inimíci.

V. Nihil proficiat inimicus in nobis.

R. Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis.

V. Hostium nominis tui, Domine, elide superbiam.

R. Et eorum contumaciam dexteræ tuæ virtute prostérne.

V. Fiant tamquam pulvis ante faciém venti.

R. Et Angelus Domini persequatur eos.

V. Effunde iram tuam in gentes, quæ te non novérunt.

R. Et in regna, quæ nomen tuum non invocavérunt.

V. Mitte nobis, Domine, auxilium de sancto.

R. Et de Sion tuere eos.

V. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.


Orémus.

Da, quæsumus, Ecclesiæ tuæ, miséricors Deus: ut Sancto Spíritu congregata, hostili nullatenus incursiõne turbetur.

Jesus, Du Glanz des ewigen
Lichtes!

Jesus, Du König der Herrlichkeit!

Jesus, Du Sonne der Gerechtig-
keit!

Jesus, Du Sohn der Jungfrau
Maria!

Du liebenswürdiger Jesus!

Du wunderbarer Jesus!

Jesus, Du starker Gott!

Jesus, Du Vater der Zukunft!

Jesus, Du Verkünder des großen
Rathchlusses!

Du mächtigster Jesus!

Du geduldigster Jesus!

Du gehorsamster Jesus!

Jesus, sanftmütig und demütig von
Herzen!

Jesus, Du Liebhaber der Keuschheit!

Jesus, unser Freund!

Jesus, Du Gott des Friedens!

Jesus, Du Urheber des Lebens!

Jesus, Du Muster der Tugenden!

Jesus, Du Eiferer für die Seelen!

Jesus, unser Gott!

Jesus, unsere Zuflucht!

Jesus, Du Vater der Armen!

Jesus, Du Schatz der Gläubigen!

Jesus, Du guter Hirt!

Jesus, Du wahres Licht!

Jesus, Du ewige Weisheit!

Jesus, Du unendliche Güte!

Jesus, unser Weg und Leben!

Jesus, Du Freude der Engel!

Jezu, królu Patryarchów!
 Jezu, mistrzu Apostolów!
 Jezu, nauczycielu Ewangelistów!
 Jezu, mężtwo Męczenników!
 Jezu, światłości Wyznawców!
 Jezu, czystości Dziewic!

Jezu, korono wszystkich Świętych!
 Bądź nam miłościw, przepuść
 nam, Jezu!
 Bądź nam miłościw, wysłuchaj
 nas, Jezu!
 Od wszelkiego złego! wybaw nas,
 Jezu!
 Od grzechu każdego!
 Od gniewu Twego!
 Od sidła szatańskich!
 Od ducha nieczystego!
 Od śmierci wiecznej!
 Od zaniechania natchnień Twoich!

Przez tajemnicę świętego wciele-
 nia Twego!

Przez narodzenie Twoje!
 Przez dziecięstwo Twoje!
 Przez prawdziwie Boskie życie
 Twoje!

Przez prace Twoje!
 Przez konanie i mękę Twoją!

Przez krzyż i opuszczenie Twoje!

Przez mdłości Twoje!
 Przez śmierć i pogrzeb Twój!

Przez zmartwychwstanie Twoje!
 Przez wniebowstąpienie Twoje!
 Przez najświętszego Sakramentu
 Ołtarza ustanowienie Twoje!
 Przez radości Twoje!
 Przez chwałę Twoją!

Baranku Boży, który gładzisz
 grzechy świata! przepuść nam,
 Jezu!

Jesús, Du König der Patriarchen!
 Jesús, Du Meister der Apostel!
 Jesús, Du Lehrer der Evangelisten!
 Jesús, Du Stärke der Märtyrer!
 Jesús, Du Licht der Bekenner!
 Jesús, Du Reinheit der Jung-
 frauen!

Jesús, Du Krone aller Heiligen!
 Sei uns gnädig, verschone uns,
 o Jesús!

Sei uns gnädig, erhöre uns, o
 Jesús!

Von allem Übel! erlöse uns, o
 Jesús!

Von aller Sünde!

Von Deinem Zorne!

Von den Nachstellungen des Teufels!

Vom Geiste der Unlauterkeit!

Vom ewigen Tode!

Von der Vernachlässigung Deiner
 Einsprechungen!

Durch das Geheimnis Deiner hei-
 ligen Menschwerdung!

Durch Deine Geburt!

Durch Deine Kindheit!

Durch Dein ganz göttliches Leben!

Durch Deine Mühseligkeiten!

Durch Deine Todesangst und Dein
 Leiden!

Durch Dein Kreuz und Deine Ver-
 lassenheit!

Durch Deine Todeschwäche!

Durch Deinen Tod und Dein Be-
 grabnis!

Durch Deine Auferstehung!

Durch Deine Himmelfahrt!

Durch Deine Einsetzung des aller-
 heiligsten Altarsakramentes!

Durch Deine Freuden!

Durch Deine Herrlichkeit!

O Du Lamm Gottes, welches Du
 hinwegnimmst die Sünden der
 Welt! verschone uns, o Jesús!

Baranku Boży, który gładzisz
grzechy świata! wysłuchaj nas,
Jezu!

Baranku Boży, który gładzisz
grzechy świata! zmiłuj się nad
nami, Jezu!

Jezu, usłysz nas!
Jezu, wysłuchaj nas!

Módlmy się.

Panie Jezu Chryste,
któryś rzekł: Pro-
ście a otrzymacie, szukaj-
cie a znajdziecie, koła-
czcie a będzie wam otwo-
rzono: błagamy Cię, racz
nam dać proszącym Bo-
skiej Twojej miłości u-
czucie, abyśmy Cię całym
sercem, usty i uczynkiem
kochali i w chwaleniu
Ciebie nigdy nie usta-
wali.

Świętego imienia Twego
bojaźnią oraz i miłością
ustawiczną racz nas ob-
darzyć, Panie, ponieważ
tych nigdy z opieki swej
nie wypuszczasz, których
w gruntownej miłości
Twojej utwierdzasz: który
żyjesz i królujesz na wie-
ki wieków.

R. Amen.

O Du Lamm Gottes, welches Du
hinwegnimmst die Sünden der
Welt! erhöre uns, o Jesus!

O Du Lamm Gottes, welches Du
hinwegnimmst die Sünden der
Welt! erbarme Dich unser, o
Jesus!

Jesus, höre uns!
Jesus, erhöre uns!

Rasset uns beten.

Herr Jesus Christus, der Du
gesagt hast: Bittet und
ihr werdet empfangen, suchet
und ihr werdet finden, klopfet
an und es wird euch aufge-
tan werden; wir bitten Dich,
gib uns auf unser Flehen die
Innigkeit Deiner vollkom-
menen göttlichen Liebe, auf
daß wir Dich mit ganzem
Herzen, mit Wort und Tat
lieben und von Deiner Lob-
preisung niemals ablassen.

Laß uns, o Herr, Deinen
heiligen Namen immerdar
ebenso fürchten als lieben,
weil Du niemals denen Deine
Leitung entziehst, welche Du
in der Festigkeit Deiner Liebe
begründest. Der Du lebst
und regierst in alle Ewigkeit.

R. Amen.



Cor Jesu, lancea perforátum,	mis.	Cor Jesu, spes in Te mori-	éntium,	mis.	
Cor Jesu, fons totíus conso-	latiónis,	mis.	Cor Jesu, deliciae Sanctórum	ómnium,	mis.
Cor Jesu, vita et resurréctio	nostra,	mis.	Agnus Dei, qui tollis pec-	cáta mundi,	
Cor Jesu, pax et reconciliá-	tio nostra,	mis.	Agnus Dei, qui tollis pec-	cáta mundi,	
Cor Jesu, víctima peccató-	rum,	mis.	exaúdi nos, Dómine.		
Cor Jesu, salus in Te spe-	rántium,	mis.	Agnus Dei, qui tollis peccáta	mundi,	miserére nobis.

V. Jesu mitis et húmilis corde,

R. Fac cor nostrum secúndum Cor tuum.

Orémus.

Omnípotens sempitérne Deus, réspice in Cor dilectíssimi Fílii tui et in laudes et satisfactiónes, quas in nómine peccatórum tibi persólvit iisque misericórdiam tuam peténtibus, tu véniam concéde placátus in nómine ejúsdem Fílii tui Jesu Christi, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. Amen.



Ad Sacratissimum Cor Jesu

formula consecrationis recitanda.

Jesu dulcíssime, Redémptor humáni géneris, réspice nos ad Altáre Tuum humíllime provolútos. Tui sumus, Tui esse vólumus; quo autem Tibi conjúcti firmius esse possímus, en hódie Sacratíssimo Cordi Tuo se quisque nostrum sponte dédicat. — Te quidem multi novére numquam: Te, spretis mandátis Tuis, multi repudiárunť. Miserére utrorúmque, benigníssime Jesu: atque ad sanctum Cor Tuum rape univérsos. Rex esto, Dómine, nec fidélium tantum

qui nullo tẽpore discessere a Te, sed etiam prodigorum filiorum qui Te reliquerunt: fac hos, ut domum paternam cito repetant, ne miseria et fame pereant. Rex esto eorum, quos aut opinionum error decẽptos habet, aut discordia separatos, eosque ad portum veritatis atque ad unitatem fidei revoca, ut brevi fiat unum ovile et unus pastor. Rex esto denique eorum omnium, qui in veteri gentium superstitione versantur, eosque e tenebris vindicare ne renuas in Dei lumen et regnum. Largire, Domine, Ecclesiæ Tuæ securam cum incolumitate libertatem; largire cunctis gentibus tranquillitatem ordinis: perfice, ut ab utroque terræ vertice una resonet vox: Sit laus divino Cordi, per quod nobis parta salus: ipsi gloria et honor in sæcula: Amen.

B. In lingua vernacula:

Kyrie eleison!
 Christe eleison!
 Kyrie eleison!
 Chryste usłysz nas!
 Chryste wysłuchaj nas!
 Ojczy z nieba Boże, zmiłuj się nad nami!
 Synu, Odkupicielu świata Boże, zmiłuj się nad nami!
 Duchu Święty, Boże, zmiłuj się nad nami!
 Święta Trójco, jedyny Boże, zmiłuj się nad nami!
 Serce Jezusa, Syna Ojca przedwiecznego!
 Serce Jezusa, w łonie Matki Dziewicy [od Ducha Świętego ukształcone!
 Serce Jezusa, istotnie ze Słowem Boskiem zjednoczone!
 Serce Jezusa, nieskończonego Majestatu!
 Serce Jezusa, Świętynio Boga!

Herr, erbarme Dich unser!
 Christe, erbarme Dich unser!
 Herr, erbarme Dich unser!
 Christe, höre uns!
 Christe, erhöre uns!
 Gott Vater vom Himmel, erbarme Dich unser!
 Gott Sohn, Erlöser der Welt, erbarme Dich unser!
 Gott Heiliger Geist, erbarme Dich unser!
 Heilige Dreifaltigkeit, ein einiger Gott, erbarme Dich unser!
 Herz Jesu, des Sohnes des ewigen Vaters!
 Herz Jesu, im Schoße der jungfräulichen Mutter vom Heiligen Geiste gebildet!
 Herz Jesu, mit dem göttlichen Worte wesenhaft vereinigt!
 Herz Jesu, von unendlicher Majestät!
 Herz Jesu, Du heiliger Tempel Gottes!

- Serce Jezusa, Przybytku Najwyższego!
- Serce Jezusa, Domie Boży i bramie niebios!
- Serce Jezusa, gorejące ognisko miłości!
- Serce Jezusa, siedlisko sprawiedliwości i miłości!
- Serce Jezusa, pełne dobroci i miłości!
- Serce Jezusa, cnót wszelkich bezdenna głębino!
- Serce Jezusa, wszelkiej chwały najgodniejsze,
- Serce Jezusa, królu i celu serc wszystkich!
- Serce Jezusa, w którym są wszystkie skarby mądrości i umiejętności!
- Serce Jezusa, w którym mieszka cała pełnia Bóstwa,
- Serce Jezusa, w którym Ojciec sobie dobrze upodobał,
- Serce Jezusa, z którego pełności wszyscyśmy wzięli,
- Serce Jezusa, pożądanie wyżyn wiekuistych!
- Serce Jezusa, cierpliwe i wielkiego miłosierdzia,
- Serce Jezusa, hojne dla wszystkich, którzy Cię wzywają!
- Serce Jezusa, źródło życia i świętości!
- Serce Jezusa, przeblaganie za grzechy nasze!
- Serce Jezusa, zelżywościami naszymi!
- Serce Jezusa, starte dla grzechów naszych!
- Serce Jezusa, aż do śmierci posłuszne!
- Serce Jezusa, włócznią przebite!
- Serce Jezusa, źródło wszelkiej pociechy!
- Herz Jesu, Du Tabernakel des Allerhöchsten!
- Herz Jesu, Du Haus Gottes und Pforte des Himmels!
- Herz Jesu, Du brennender Glutofen der Liebe!
- Herz Jesu, Du Wohnstätte der Gerechtigkeit und Liebe!
- Herz Jesu, voll Güte und Liebe!
- Herz Jesu, Du Abgrund aller Tugenden!
- Herz Jesu, aller Lobpreisung würdig!
- Herz Jesu, Du König und Mittelpunkt aller Herzen!
- Herz Jesu, in dem alle Schätze der Weisheit und Wissenschaft enthalten sind!
- Herz Jesu, in dem die ganze Fülle der Gottheit wohnt!
- Herz Jesu, an dem der Vater sein Wohlgefallen hat!
- Herz Jesu, von dessen Fülle wir alle empfangen haben!
- Herz Jesu, Du Sehnsucht der ewigen Wohnungen!
- Herz Jesu, langmütig und von großer Erbarmung!
- Herz Jesu, reich für alle, die Dich anrufen!
- Herz Jesu, Du Quelle des Lebens und der Heiligkeit!
- Herz Jesu, Du Versöhnung für unsere Sünden!
- Herz Jesu, mit Schmach gesättigt!
- Herz Jesu, verwundet um unserer Missetaten willen!
- Herz Jesu, gehorsam geworden bis zum Tode!
- Herz Jesu, mit der Lanze durchbohrt!
- Herz Jesu, Du Quelle alles Trostes!
- Herz Jesu, unser Leben und unsere Auferstehung!

Serce Jezusa, życie i zmartwychwstanie nasze!

Serce Jezusa, pokoju i pojednanie nasze!

Serce Jezusa, ofiary za grzechy!
Serce Jezusa, zbawienie ufających w Tobie!

Serce Jezusa, nadziejo w Tobie umierających!

Serce Jezusa, rozkoszy wszystkich Świętych,

Baranku Boży, który gładzisz grzechy świata! przepuść nam Panie!

Baranku Boży, który gładzisz grzechy świata! wysłuchaj nas Panie!

Baranku Boży, który gładzisz grzechy świata, zmiłuj się nad nami!

V. Jezu cichy i pokornego Serca,

R. Uczynź serca nasze według Serca Twego.

Módlmy się.

Wszechmogący wieczny Boże, wejrzyj na Serce najmilszego Syna Twojego i na chwałę i radość uczynienia, jakie Ci za grzeszników składa, a gdy oni do Twego miłosierdzia się udają, Ty im laskawie przebacz w imię tegoż Syna Twego Jezusa Chrystusa, który, z Tobą żyje i króluje w jedności Ducha Świętego, Bóg na wieki wieków. Amen.

Herz Jesu, unser Friede und unsere Veröhnung!

Herz Jesu, Du Schlachtopfer für die Sünden!

Herz Jesu, Du Heil derer, die auf Dich hoffen!

Herz Jesu, Du Hoffnung derer, die in Dir sterben!

Herz Jesu, Du Wonne aller Heiligen!

O Du Lamm Gottes, welches Du hinwegnimmst die Sünden der Welt, verschone uns, o Herr!

O Du Lamm Gottes, welches Du hinwegnimmst die Sünden der Welt, erhöre uns, o Herr!

O Du Lamm Gottes, welches Du hinwegnimmst die Sünden der Welt, erbarme Dich unser, o Herr!

V. Jesu, sanftmütig und demütig von Herzen,

R. Bilde unser Herz nach Deinem Herzen.

Lasset uns beten!

Almächtiger, ewiger Gott, blicke hin auf das Herz Deines vielgeliebten Sohnes und auf den Lobpreis und die Genugtuung, die es im Namen der Sünder Dir darbringt, und verleihe ihnen, die Deine Barmherzigkeit anflehen, gnädig Verzeihung im Namen dieses Deines Sohnes Jesus Christus, der mit Dir lebt und regiert in Einigkeit des Heiligen Geistes, Gott von Ewigkeit zu Ewigkeit. Amen.

Poświęcenie się Najświętszemu
Sercu Jezusowemu.

O Jezu najśłodszy, Odkupicielu rodzaju ludzkiego, wejrzyj na nas u ołtarza Twego, najpokorniej kłęczących. Twoimi jesteśmy, Twoimi być chcemy; abyśmy zaś tém mocniej z Tobą mogli być złączeni, otóż dzisiaj każdy z nas Najświętszemu Sercu Twojemu z własnej woli się oddaje. — Wielu Cię wprawdzie nigdy nie znało; wielu wzgardziwszy przykazaniami Twemi, Ciebie haniebnie odrzuciło. Zlituj się nad jednymi i drugimi, najdobrotliwszy Jezu, i pociągnij wszystkich do św. Serca Twego. Bądź królem, Panie, nie tylko wiernych, którzy Cię nigdy nie odstąpili, lecz także synów marnotrawnych, którzy Cię opuścili; spraw, aby do domu ojcowskiego co prędzej wrócili, a z nędzy i głodu nie zginęli. Bądź królem tych, którzy albo w błędnych wyobrażeniach, albo w odszczepieniu żyją, i powołaj ich do przystani prawdy i jedności wiary, aby wkrótce

Weiheformel.

Alsüßester Jesu, Erlöser des Menschengeschlechtes, schaue auf uns, die wir uns demütig vor Deinem Altare niedergeworfen haben! Dein sind wir und Dein wollen wir sein. Damit wir aber fester mit Dir verbunden sein können, siehe! so weiht sich heute jeder von uns aus freien Stücken Deinem heiligsten Herzen. — Viele haben Dich niemals erkannt; viele haben Deine Gebote verachtet und Dich verschmäht. Erbarme Dich, gütigster Jesus, der einen und der andern, und ziehe alle an Dein heiliges Herz! Sei Du, o Herr, der König nicht nur der Gläubigen, die zu keiner Zeit von Dir gewichen sind, sondern auch der verlorenen Söhne, die Dich verlassen haben! Mache, daß diese bald ins Vaterhaus zurückkehren, damit sie nicht vor Elend und Hunger zugrunde gehen. Sei Du der König derjenigen, welche falsche Meinungen betören oder Zwietracht trennt, und rufe sie zum Hafen der Wahrheit und zur Einheit des Glaubens zurück, daß bald

była jedna owczarnia i jeden pasterz. Bądź wreszcie królem tych wszystkich, którzy w starym zabobonie pogańskim są pogrążeni i nie wzbraniaj się ich wyprowadzić z ciemności do światłości i królestwa Bożego. Udziel kościołowi Twemu bezpiecznej wolności z błogim pokojem, udziel wszystkim narodom spokoju i porządku, spraw, aby od końca do końca świata rozbrzmiewał jeden głos: Niech będzie pochwalone Boskie Serce, przez które nam przyszło zbawienie. Jemu chwała i cześć na wieki. Amen.

ein Schaffstall und ein Hirt werde! Sei Du endlich der König derjenigen, die im alten Unglauben des Heidentums sich befinden, und weigere Dich nicht, sie aus der Finsternis zu befreien, und zu Gottes Licht und Reich zu führen!

Gib, o Herr, Deiner Kirche Wohlergehen und sichere Freiheit; gib allen Völkern Ruhe und Ordnung; bewirke, daß von einem Ende der Erde zum andern der eine Ruf erschalle: Lob sei dem göttlichen Herzen, durch das uns Heil geworden: Ruhm und Ehre sei ihm in Ewigkeit! Amen.

§. 5.

LITANIÆ DE S. JOSEPH.

A. In lingua latina.

Kýrie eléison.
Christe eléison.
Kýrie eléison.
Christe audi nos.
Christe exaúdi nos.
Pater de coelis Deus,
miserére nobis.
Fili Redémptor mundi Deus,
miserére nobis.

Spiritus Sancte Deus,
miserére nobis.
Sancta Trínitas unus Deus,
miserére nobis.
Sancta María, ora pro nobis.
Sancte Joseph, ora.
Proles David ínclyta, ora.
Lumen Patriarchárum, ora.
Dei Genitrícis sponse, ora.

Custos pudíce Vírginis,	ora.	Familiárum cólumen,	ora.
Filii Dei nutritie,	ora.	Solátium miserórum,	ora.
Christi defénsor sédule,	ora.	Spes ægrotántium,	ora.
Almæ Familiæ præses,	ora.	Patróné moriéntium,	ora.
Joseph justíssime,	ora.	Terror dáemonum,	ora.
Joseph castíssime,	ora.	Protéctor sanctæ Ecclésiæ,	
Joseph prudentíssime,	ora.	ora pro nobis.	
Joseph fortíssime,	ora.	Agnus Dei, qui tollis pec-	
Joseph obedientíssime,	ora.	cáta mundi, parce nobis	
Joseph fidelíssime,	ora.	Dómine.	
Spéculum paciéntiæ,	ora.	Agnus Dei, qui tollis pec-	
Amátor paupertátis,	ora.	cáta mundi, exaúdi nos Dó-	
Exémplar opíficum,	ora.	mine.	
Domésticæ vitæ decus,	ora.	Agnus Dei, qui tollis peccáta	
Custos vírginum,	ora.	mundi, miserére nobis.	

V. Constituit eum Dóminum domus suæ.

R. Et príncipem omnis possessiónis suæ.

Orémus.

Deus, qui ineffábili providéntia beátum Joseph sanctíssimæ Genitrícis tuæ sponsum elígere dignátus es: præsta, quæsumus; ut quem protectórem venerámur in terris, intercessórem habére mereámur in cælis: Qui vivis et regnas in sæcula sæculórum. **R.** Amen.

B. In lingua vernacula.

K yrie eleison.	H err, erbarme Dich unser.
Christe eleison.	Christe, erbarme Dich unser.
Kyrie eleison.	Herr, erbarme Dich unser.
Chryste uslysz nas.	Christe, höre uns.
Chryste wysluchaj nas.	Christe, erhöre uns.
Ojcze z nieba Boże, zmiłuj się nad nami.	Gott Vater vom Himmel, erbarme Dich unser.
Synu Odkupicielu świata Boże, zmiłuj się nad nami.	Gott Sohn, Erlöser der Welt, erbarme Dich unser.
Duchu Święty Boże, zmiłuj się nad nami.	Gott Heiliger Geist, erbarme Dich unser.
Święta Trójco jedyny Boże, zmiłuj się nad nami.	Heilige Dreifaltigkeit, ein einiger Gott, erbarme Dich unser.
Święta Maryo, módl się za nami.	Heilige Maria, bitte für uns.

Święty Józefie,
Potomku Dawida przesławny,
Światłości Patryarchów,
Matki Boskiej oblubieńcze,
Stróżu wstydlivy Najświętszej
Panny,

Syna Bożego żywicielu,
Chrystusa obrońco troskliwy,
Przenajświętszej Rodziny prze-
wodniku,

Józefie najsprawiedliwszy,

Józefie najczystszy,

Józefie najroztropniejszy,

Józefie najmężniejszy,

Józefie najposłusznější,

Józefie najwiernější,

Zwierciadło cierpliwości,

Miłośniku ubóstwa,

Wzorze rękodzielników,

Domowego życia ozdobo,

Stróżu dziewic,

Rodzin filarze,

Pociecho biednych,

Nadziejo chorujących,

Patronie umierających,

Postrachu złych duchów,

Opiekunie Kościoła świętego,

Baranku Boży, który gładzisz
grzechy świata, przepuść nam
Panie.

Baranku Boży, który gładzisz
grzechy świata, wysłuchaj nas
Panie.

Baranku Boży, który gładzisz
grzechy świata, zmiłuj się nad
nami.

V. Postanowił go pa-
nem domu swego.

R. I książęciem wszy-
stkiej posiadłości
swojej.

Heiliger Joseph,
Du ruhmvoller Sproß Davids,
Du Licht der Patriarchen,
Du Bräutigam der Gottesgebälerin,
Du keuscher Beschützer der aller-
seligsten Jungfrau,

Du Nährvater des Sohnes Gottes,
Du sorgsamer Beschützer Christi,
Du Haupt der heiligen Familie,
Du gerechtester Joseph,

Du keuschester Joseph,

Du weisester Joseph,

Du starkmütigster Joseph,

Du gehorsamster Joseph,

Du getreuester Joseph,

Du Spiegel der Geduld,

Du Liebhaber der Armut,

Du Vorbild der Arbeiter,

Du Zierde des häuslichen Lebens,

Du Beschützer der Jungfrauen,

Du Stütze der Familien,

Du Trost der Elenden,

Du Hoffnung der Kranken,

Du Schutz und Schirm der Ster-
benden,

Du Schrecken der bösen Geister,
Du Schutzpatron der heiligen Kirche,

D Du Lamm Gottes, welches Du
hinwegnimmst die Sünden der
Welt, verschone uns, o Herr.

D Du Lamm Gottes, welches Du
hinwegnimmst die Sünden der
Welt, erhöre uns, o Herr.

D Du Lamm Gottes, welches Du
hinwegnimmst die Sünden der
Welt, erbarme Dich unser.

V. Er hat ihn zum Herrn
seines Hauses bestellt.

R. Und zum Fürsten sei-
nes ganzen Besitztums.

Módlmy się.

Boże, któryś w niewymownej opatrności błogosławionego Józefa najświętszej Rodzicielki twojej oblubieńcem wybrać raczył, daj nam, prosimy cię, abyśmy tego, którego opiekunem czcimy na ziemi, zasłużyli sobie mieć orędownikiem w niebiesiech. Który żyjesz i królujesz na wieki wieków. **R.** Amen.

Bisset uns beten.


Gott, der Du in Deiner wunderbaren Vorsehung den heiligen Joseph zum Bräutigam Deiner heiligsten Mutter zu erwählen Dich gewürdigt hast: verleihe uns, wir bitten Dich, daß er, den wir auf Erden als unsern Beschützer verehren, im Himmel unser Fürsprecher sein möge: Der Du lebst und regierst in Ewigkeit.

R. Amen.

§. 6.

SUPPLICATIONES.


Unaquæque supplicatio a Sacerdote semel præcinitur et a populo bis repetitur.




Świę-ty Bo-że! Świę-ty mo-cny! Świę-ty a




nieśmier-tel - ny! Zmi-łuj się nad na - mi!




Od po-wie-trza, głodu ognia
 Od na-głej i niespodziewa - -
 My grze-szni Ciebie Boga
 A - byś nas do prawdziwej pokuty i poprawy
 życia przyprowa-
 A - byś




i woj - ny, wy - baw nas Pa - nie!
 nej śmier - ci, zacho - waj nas Pa - nie!
 pro - si - my, wysłu - chaj nas Pa - nie!
 dzić ra - czył, prosi - my Cię, Pa - nie!



Je - zu prze - puść, Je - zu wy - słu - chaj,
 Mary - a u - proś, Mary - a u - bła - gaj,




o Je - zu, Je - zu, Je - zu! Zmi - łuj się
 o Marya, Mary - a, Ma - ry - a! przy - czyn się




nad na - mi!
 za na - mi!




1. O hei = li = ger Gott, o hei = li = ger,



1. star-ker Gott, o hei-li-ger unsterb-li-cher Gott,



1. er = bar = me dich un = fer!




2. Vor Krieg und Pest, Feuer,

Wasser und Hun-gers = not,

3. Vor einem bösen und unversehe-nen To = de,


4. Wir armen Sünder, wir bit = ten dich,



2. be = wah = re uns, o Herr!

3. be = hü = te uns, o Herr!


4. er = hö = re uns, o Herr!



5. Je-su, ver-zei=he, Je-su, er = hö = re, o Je = su,



5. Je = su, Je = su! er = bar = me dich un = fer!



§. 7.

MODUS CELEBRANDI JUBILÆUM STATUS SACERDOTALIS.

Sacerdos jubilaris ad templum ducitur hoc modo:

Primum crux, deinde juvenus, tum clerus, postremum Sacerdos jubilaris cum pluviali, inter diaconum et subdiaconum cum dalmaticis, propinqui, amici, cognati sequuntur.

Ante jubilarem Sacerdotem incedunt duo pueri, quorum alter portat coronam rosis aliisque floribus nexam, alter baculum floribus exornatum.

2. Dum proceditur, chorus cantat hymnum: Veni Créator Spíritus. pag. 380.

Deinde

Psalmus 22.

Dóminus regit me, et nihil mihi déerit: * in loco páscuæ ibi me collocávit.

Super aquam refectiõnis educávit me: * ánimam meam convértit.

Dedúxit me super sémitas justítiae, * propter nomen suum.

Nam, et si ambulávero in médio umbræ mortis, non timébo mala: * quóniam tu mecum es.

Virga tua, et báculus tuus: * ipsa me consoláta sunt.

Parásti in conspéctu meo mensam, * advérsus eos, qui tríbulant me.

Impinguásti in óleo caput meum: * et calix meus inébrians quam præclárus est!

Et misericórdia tua subsequétur me * ómnibus diébus vitæ meæ:

Et ut inhábitem in domo Dómini, * in longitúdinem diérum.

Glória Patri. Sicut erat.

3. Postquam pervenerunt in templum, stat Decanus vel Sacerdos natu maximus in summo Altaris gradu, superpelliceo, stola, pluviali indutus; ante eum Sacerdos jubilaris in infimo gradu genuflectit.

Sacerdos stans interrogat:

Quid petis?

Sacerdos jubilaris respondet:

Peto misericórdiam Dei et grátiam Jubilæi.

Sacerdos stans:

Petítio tua laudábilis est.

4. Tum admonet circumstantes, ut pro Sacerdote jubilari orent, et versus ad Altare dicit:

Pater noster.

Ÿ. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

R. Sed líbera nos a malo.

Ÿ. Mitte ei, Dómine, auxiliúm de Sancto.

R. Et de Sion tuére eum.

Ÿ. Dómine exaúdi oratiónem meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

Ÿ. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

Omnípotens, sempitérne Deus, qui per legislatórem tuum Móysen annum quinquagésimum jubiláum mýstíce nominári voluísti, eodémque año acceptíssimo cunctis ónera et débíta relaxári et servitúte opprésos libertáte donári jussísti, tríbue quæsumus huic fámulo tuo **N.** sacerdoti, anni jubilái diem de sacrosáncto sacerdotii statu devóte celebránti, tuæ grátiae largitátem, ut qui annum quinquagésimum te donánte complévit, ómnium negligentiárum, quas in statu sacerdotáli ex fragilitáte humana commísit, indulgéntiam consequátur tuámque benedictiónem obtíneat, quátenus grátiam uberiórem Sancti Spíritus suscípíens: in mandatórum tuórum observatióne indeféssus perseveráre queat, gratiárum tuárum múnere de virtúte in virtútem ámbulet, tandémque eménso hujus vitæ currículo cœléstis glóriæ jubilatiónem et in domo illa, non manufacta, perénnem consequátur mansiónem. Per Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

5. Deinde Sacerdos Jubilario coronam imponit dicens:

Róseam hanc corónam, velut intérni decóris sýmbolum cápiti tuo impónimus, ut memíneris te virtútis flóribus hic decéner exornándum, quo me-

reâris speciôsum illud diadéma regni de manu Dei aliquândo accipere, grátia et misericórdia Dómini nostri Jesu Christi, qui vivit et regnat cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

R. Amen.

6. *Sacerdos jam tradit Jubilario baculum his verbis:*

Accipe, venerábilis Sacérdos Dómini, báculum crucis in adjuméntum senectútis tuæ detque tibi Deus, ut posthac dirigántur pedes tui in viam pacis et salútis ætérnæ per eum, qui est pax, via, véritas et vita, Jesus Christus Dóminus noster, qui est benedíctus in sæcula.

R. Amen.

7. *Jubilarius nunc intonat Ps. 22. Dóminus regit me. p. 471.*

8. *Tunc canit Presbyter jubilaris:*

V. Repleátur os meum laude.

R. Ut cantem glóriam tuam, tota die magnitudinem tuam.

V. Protéctor noster áspice, Deus.

R. Et réspice in fáciem Christi tui.

V. Memor sit Dóminus sacrificií nostri.

R. Et holocaústum nostrum pingue fiat.

V. Dómine exaúdi oratióem meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratiónum nostrárum petitióem cum gratiárum actiúnibus súscipe, Dómine, quæsumus et præsta: ut quos exaudíre dignátus es, ab omni impósterum ánimæ et córporis adversitáte custódias, ut semper in tuo servítio et amóre concrécant.

Omnípotens et miséricors Deus, humilitátis meæ preces benígnus inténde et me fámulum tuum,


quem nullis suffragantibus méritis, sed imménsa cleméntiæ tuæ largitáte cœléstibus mystériis servíre tribuísti, dignum sacris altáribus fac minístrum, ut, quod mea voce deprómitur, tua sanctificatióne firmétur.

Deus, qui Unigénitum tuum dedísti suum Sacerdótem eíque ad sacrificándum tibi hóstiam mundam sacerdótes minístros sociásti: quæsumus, ut omnes, qui vocatióne tam sancta dignáti sunt, altári tuo devóte minístrent, et se ipsos hóstiam vivam et sanctam offérre mereántur. Per eúndem Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

9. Missa solemnis celebratur de Dominica vel festo occurrente; si Rubricæ non repugnant, Missa votiva de Ss. Trinitate sine Glória et nisi concursus fuerit, sine Credo.

10. Post missam Jubilarius intonat Hymnum: Te Deum laudámus cum **YY.**, **R.R.** et Oratione: Deus, cujus misericórdiæ etc. (vid. pag. 428).



§. 8.

MODUS CELEBRANDI
JUBILÆUM STATUS MATRIMONIALIS.

Si Conjuges juxta laudabilem consuetudinem benedictionem Matrimonii Jubilæi postulent, Sacerdos doceat eos, benedictionem ipsis impertiendam non esse novum Sacramentum, sed solemnem gratiarum actionem et occasionem renovandi, quæ antea sibi proposuissent Deo grata. Quo facto, superpelliceo et stola alba indutus, conjuges ante Altare stantes, his vel similibus alloquatur verbis:

Lat pięćdziesiąt upłyne-
ło, jakeście w obli-
czu Boga i Jego św. Ko-
ścioła zawarli z sobą zwią-
zek małżeński. W prze-

Fünfzig Jahre sind verflos-
sen, seitdem ihr euch vor
Gottes Altar im Angesichte
der heiligen Kirche zur Ehe

ciągu czasu tego napatrzyliscie się na wiele przemijających zdarzeń i doświadczyliście sami nie tylko zmartwienia, ale i radości, dni pomyślnych i niepomyślnych, które na przemian niknęły; Bóg zaś litościwy utrzymywał was i dozwolił wam dożyć (w gronie dzieci i wnuków waszych) niełada szczęścia obchodzić pamiątkę wesela jubileuszowego. Uczuciami wdzięczności przejęte serca wasze spowodowały was, stawić się w tej świątyni Boga, abyście Panu nieba i ziemi za dobrodziejstwa w ciągu życia waszego od niego doznawane, najczulsze złożyli dzięki i odnowili to święte przymierze, któreście lat temu pięćdziesiąt uroczyste sľubowali.

Zaprawdę, niezliczone macie powody uwielbiać Boga i złożyć Mu ofiarę serc waszych rozczulonych. Albowiem dobroć Jego zrządziła rozliczne w życiu waszem pomyślności; ręka Jego ojco-wska oddalała od was zgubą zagrażające nie-

verbunden habet. Vieles ist in diesem langen Zeitraume vor euch vorübergegangen: Kummer und Freude, gute und böse Tage haben gewechselt; aber der liebe Gott hat euch erhalten und das seltene Glück erleben lassen, (im Kreise von Kindern und Kindeskindern) euer Ehejubiläum feiern zu können. Ihr seid deswegen mit dankerfülltem Herzen heute zur Kirche gekommen, um für diese Wohltat den lieben Vater im Himmel besonders zu preisen und ihm zu danken, und die heiligen Vorsätze, die ihr vor fünfzig Jahren gelobt, vor ihm zu erneuern.

Wahrlich, ihr habet auch alle Ursache, Gott zu loben und Ihm zu danken. Denn seine Güte hat euch geleitet und gesegnet, seine Vaterhand so manches Unglück von euch abgewendet, euch Mut und Kraft gegeben, in bitteren

szczęścia i dodawała wam mocy i mężstwa, żeście w czasie natarczywości za-
burzeń nie upadli na umy-
śle, ale owszem zawsze z
nieba wyglądali pomocy.
(Pobłogosławił miłości-
wie dziatki wasze, które
wam z powinnego usza-
nowania i wrodzonej mi-
łości starość waszę uprzy-
milają, stając wam się po-
ciechą i pomocą.) Ale na
cóż mam wszystkie wy-
liczać dobrodziejstwa, któ-
remi was szczodrobliwość
Boga w życiu waszem ob-
darzyła? Serca wasze naj-
gorętszą miłością Boga i
wdzięcznością ku Niemu
pałają.

Badźcież przeto i w
przyszłości tak, jak dotąd,
wierni Bogu, służcie Mu w
prostocie i szczeroci ser-
ca. Znieście ciężar dnia
i upału; starajcież się te-
raz szczególnie, aby du-
sze wasze tę oddziedzi-
czyły wieczność, gdzieby
się z Bogiem wiecznie
cieszyć mogły i odpocząć
po swojej pracy.

Znoście w cierpliwości
i miłości słabości, towa-
rzyszkinie odłączne wieku
podeszłego; jeżeli was Bóg

Stunden nicht zu verzagen
und den Blick stets gegen den
Himmel zu erheben. (Seine
Liebe segnete euch in eueren
Kindern und ließ euch in
ihnen Trost und Stütze in
euerem Alter finden.) Doch
ich brauche nicht erst die Wohl-
taten alle aufzuzählen, die
Gottes Gnade euch schenkte.
Ihr fühlet sie tief in eueren
Herzen und seid durchdrungen
vom Danke gegen Gott.

So bleibet denn auch in
Zukunft Gott getreu und die-
net Ihm mit redlichen Her-
zen. Des Tages Last und
Hitze habet ihr getragen; fah-
ret nur fort besonders zu
sorgen, daß euere Seele dort-
hin gelange, wo sie in Selig-
keit bei Gott von aller Ar-
beit ruhen kann.

Traget die Schwächen eue-
res Alters gegenseitig in Ge-
duld und in Liebe: sucht euch
der liebe Gott mit Krankheit

miłościwy nawiedzi chorobą, nie sarkajcie przeciwko Jego najmędrszemu rozporządzeniu; ale owszem złączcie cierpienia wasze z dolegliwemi boleściami waszego Zbawiciela dla zbawienia waszego poniesionemi: w upokorzeniu serc waszych odzywajcie się: Ojcze! wszystko, co na mnie dopuścisz, uznaję za dowód twej ojcowskiej miłości; niech będzie nie moja, ale Twoja wola. Bądźcie wzorem zachwycającym świętego pokoju i zbawiennej jedności i zgody, a tym sposobem jeszcze i teraz życie wasze przyniesie obfite owoce dobrych uczynków, a w przyszłym życiu odbierzecie nagrodę bez końca zgotowaną.

(Wy zaś dziatki i wnuki tych szanownych małżonków, uprzymilajcie rodzicom waszym ciężar starości ich przez ochocze przysługi, miłość i życie wasze cnotliwe. Wykonujcie skwapliwie ich żądania; strzeżcie się tego wszystkiego, co by im najmniejsze przynieść mogło zmartwienie; żyjcie

heim, so murret nicht gegen seine weise Anordnung; vereinigt vielmehr alle euerer Leiden mit den schmerzhaften Leiden eueres Heilandes zum Wohle eurerer Seele; sprecht oft im demütigen Herzen: Vater! was Du mir schickest, ist gut; nicht mein, sondern Dein Wille geschehe. Gebet allen das schöne Beispiel eines heiligen Friedens und einer beglückenden Eintracht. So wird auch jetzt noch euer Leben an guten Werken fruchtbar und der Himmelsohn dereinst ein reicher sein.

(Ihr aber, die ihr Kinder und Kindesfinder dieses ehrwürdigen Ehepaares seid, erleichtert eueren Eltern das Alter durch Freundlichkeit, Liebe und Tugend; erfüllet bereitwillig ihre Wünsche; betrübet sie auf keinerlei Weise; lebet als wahre Christen, daß sie den seligen Trost genie-

prawdziwie po chrześcijańsku, aby ztąd mieli radośną pociechę, iż ich troskliwość i mzoły,łożone na wasze wychowanie, nadaremne nie były. Za to dzieci wasze odpłacą wam podobnemi dowodami miłości tu na ziemi, a Ojciec niebieski odda wam obiecaną dobrym dzieciom nagrodę w niebie.)

Miłosierdzie i pokój Pana niech będą z wami wszystkimi, a mianowicie z tobą, paro szanowna. Niech wam błogosławi Bóg, utrzymuje was, uprzyjemnia resztę dni waszych i zachowa w swej łasce.

ßen, nicht umsonst Mühe und Sorge auf euere Erziehung verwendet zu haben. Der Lohn, den der himmlische Vater den guten Kindern verheißten hat, wird euch nicht ausbleiben; es wird euch euere Liebe hier auf Erden und dort im Himmel reichlich vergolten werden.)

Der Gott der Liebe und des Friedens sei mit euch allen und besonders mit euch, geliebtes Jubelpaar! Er segne und erhalte euch, mache euch euere übrigen Tage leicht und bewahre euch in seiner Gnade.

2. *Deinde ad Altare conversus sacerdos dicit:*

V. Adjutorium nostrum in nómine Dómini.

R. Qui fecit coelum et terram.

Antiphona. Coróna dignitátis.

Psalmus 132.

Ecce quam bonum, et quam jucúndum * habitáre fratres in unum:

Sicut unguéntum in cápite,
* quod descéndit in barbam,
barbam Aaron,

Quod descéndit in oram

vestiménti ejus: * sicut ros Hermon, qui descéndit in montem Sion.

Quóniam illic mandávit Dóminus benedictiónem, * et vitam usque in sáeculum.

Glória Patri.

Sicut erat.

Antiphona. Coróna dignitátis senéctus, quæ in viis justítiae reperietur.

Kýrie eléison. Christe eléison. Kýrie eléison.
Pater noster. *secreto.*

V. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

R. Sed líbera nos a malo.

V. Mitte eis, Dómine, auxiliúm de Sancto.

R. Et de Sion tuére eos.

V. Dómine exaúdi oratiónem meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

Omnípotens, ætérne Deus, qui his fámulis tuis copiósum senectútis bonæ munus contulísti: largíre iis, quæsumus, spírítum cogitándi semper, quæ recta sunt, et agéndi, ut in te solum confidéntes grátia tuæ dona percípiant, caritátem in unitáte servant et post hujus témporis decúrsum ad te secúri pervéniant. Per Christum Dñm nostrum. *R.* Amen.

3. Tunc Sacerdos alloquitur conjuges jubilares:

Otóż, kochani w Chrystusie małżonkowie! znowu sobie, jako przed pięćdziesięciu laty, podajcie ręce i weźmijcie błogosławieństwo.

Nun, in Christo Geliebte! Reichet euch nochmals, wie vor fünfzig Jahren, die Hände und empfanget den Segen.

4. Et manus stola circumdans dicit:

Tak związał stulą przed pięćdziesięciu laty Kapłan ręce wasze na znak stałego przymierza pomiędzy wami zawartego. Te goście sobie wiernie dotrzyмали. Przeto ponawiam dziś ten sam znak na

So umgab vor fünfzig Jahren der Priester mit der Stola euere Hände, um das feste Band anzudeuten, das um euch geschlungen wurde. Ihr habet eueren Bund gehalten. Darum wiederhole ich heute das nämliche Zei-

pamiętkę, żeście obowiązani dochować wzajemnego szacunku i miłości, pomagać jeden drugiemu, znosić wszelkie przykrości cierpliwie i wytrwać w łasce Boga aż do końca życia waszego.

chen, um euch zu erinnern, daß ihr die gegenseitige Achtung und Liebe einander bewahret, euch wechselseitig helfend unterstützt, alles Unge- mach willig ertraget und in der Gnade Gottes bis an euer Lebensende verharret.

5. Tum dicit:

Orémus.

Omnípotens et miséricors Deus, qui annum quinquagésimum sanctificári et per Móysen fámulum tuum jubilæum nominári jussísti, quique in eódem plenam ómnibus remissionem ac libertátem cón- donans in lege tua perseverántibus largam tuæ benedictiónis abundántiam promisísti: trí- bue, quásumus, fámulis tuis **N.** et **N.** jubilæum matrimoniális status celebrántibus grátiae tuæ largitátem, ut, qui annum quinquagésimum te donánte complevérunt, tua miseratióne cœlestem benedictiónem et sanctificatió- nem obtíneant, ut in bono propósito perseverántes ad glóriam ætérnæ beatitúdinis feliciter pervenire mereántur. Per Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

Benedictio Dei omnipoténtis, Patris, et Fí ✠ lii et Spíritus Sancti, descéndat super vos, et máneat semper. Amen.

Postremo celebratur Missa, qua finita cantetur: Te Deum laudámus cum **YY.**, **R.R.** et Oratióne: Deus, cujus misericórdiae etc. (vid. pag. 428).

§. 9.

SS. DOMINI NOSTRI PII DIVINA PROVIDENTIA PAPÆ IX.
CONSTITUTIO, QUÆ ECCLESIASTICÆ CENSURÆ

LATÆ SENTENTIÆ LIMITANTUR

d. d. 12. OCTOBRIS 1869.

PIUS EPISCOPUS,
SERVUS SERVORUM DEI,
AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

apostolicæ Sedis moderationi convenit, quæ salubriter veterum Canonum auctoritate constituta sunt, sic retinere, ut, si temporum rerumque mutatio quidpiam esse temperandum prudenti dispensatione suadeat, eadem apostolica Sedes congruam supremæ suæ potestatis remedium ac providentiam impendat. Quamobrem cum animo Nostro jampridem revolveremus, ecclesiasticas censuras, quæ per modum latæ sententiæ ipsoque facto incurrendæ ad incolumitatem ac disciplinam ipsius Ecclesiæ tutandam, effrenemque improborum licentiam coercendam et emendandam sancte per singulas ætates indictæ ac promulgatæ sunt, magnum ad numerum sensim excrevisse; quasdam etiam, temporibus moribusque mutatis, a fine atque causis, ob quas impositæ fuerant, vel a pristina utilitate atque opportunitate excidisse; eamque ob rem non infrequentes oriri sive in iis, quibus animarum cura commissa est, sive in ipsis fidelibus dubietates, anxietates angoresque conscientiæ; Nos ejusmodi incommodis occurrere volentes, plenam earumdem recensionem fieri Nobisque proponi jussimus, ut diligenti adhibita consideratione, statueremus, quasnam ex illis servare ac retinere oporteret, quas vero moderari aut abrogare congrueret. Ea igitur recensione peracta, ac Venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus in negotiis Fidei Generalibus Inquisitoribus per universam Christianam Rempublicam deputatis in consilium adscitis, reque diu ac mature perpensa, motu proprio, certa scientia, matura deliberatione Nostra deque apostolicæ Nostræ potestatis plenitudine, hac perpetuo valitura Constitutione decernimus, ut ex quibuscumque censuris sive excommunicationis sive suspensionis sive interdicti quæ per modum latæ sententiæ ipsoque facto incurrendæ hactenus impositæ sunt, nonnisi illæ, quas in hac ipsa Constitutione inserimus, eoque modo, quo inserimus, robur exinde habeant; simul declarantes, easdem non modo ex veterum Canonum auctoritate, quatenus cum hac Nostra Constitutione conveniunt, verum etiam ex hac ipsa Constitutione Nostra, non secus ac si primum editæ ab ea fuerint, vim suam prorsus accipere debere.

EXCOMMUNICATIONES
LATÆ SENTENTIÆ SPECIALI MODO ROMANO
PONTIFICI RESERVATÆ.

Itaque excommunicationi latæ sententiæ speciali modo Romano Pontifici reservatæ subjacere declaramus:

1. Omnes a christiana fide apostatas, et omnes ac singulos hæreticos, quocumque nomine censeantur, et cujuscumque sectæ existant, eisque credentes, eorumque receptores, fautores ac generaliter quoslibet illorum defensores.

2. Omnes et singulos scienter legentes sine auctoritate Sedis apostolicæ libros eorumdem apostatarum et hæreticorum hæresim propugnantes, necnon libros cujusvis auctoris per Apostolicas literas nominatim prohibitos, eosdemque libros retinentes, imprimentes et quomodolibet defendentes.

3. Schismaticos et eos, qui a Romani Pontificis pro tempore existentis obedientia pertinaciter se subtrahunt vel recedunt.

4. Omnes et singulos, cujuscumque status, gradus seu conditionis fuerint ab ordinationibus seu mandatis Romanorum Pontificum pro tempore existentium ad universale futurum Concilium appellantes, nec non eos, quorum auxilio, consilio vel favore appellatum fuerit.

5. Omnes interficientes, mutilantes, percutientes, capientes, carcerantes, detinentes, vel hostiliter insequentes S. R. E. Cardinales, Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, Sedisque Apostolicæ Legatos, vel Nuntios, aut eos a suis diocesisibus, territoriis, terris seu dominiis ejicientes, nec non ea mandantes, vel rata habentes, seu præstantes in eis auxilium, consilium vel favorem.

6. Impedientes directe vel indirecte exercitium jurisdictionis ecclesiasticæ sive interni sive externi fori, et ad hoc recurrentes ad forum sæculare ejusque mandata procurantes, edentes, aut auxilium, consilium vel favorem præstantes.

7. Cogentes sive directe sive indirecte iudices laicos ad trahendum ad suum tribunal personas ecclesiasticas præter canonicas dispositiones; item edentes leges vel decreta contra libertatem aut jura Ecclesiæ.

8. Recurrentes ad laicam potestatem ad impediendas literas vel acta quælibet a Sede apostolica, vel ab ejusdem Legatis aut Delegatis quibuscumque profecta eorumque promulgationem vel executionem directe vel indirecte prohibentes, aut eorum causa sive ipsas partes, sive alios lædentes, vel perterrefacientes.

9. Omnes falsarios litterarum Apostolicarum, etiam in forma Brevis ac supplicationum gratiam vel justitiam concernentium, per Romanum Pontificem, vel S. E. R. Vice-Cancellarios seu Gerentes vices eorum aut de mandato ejusdem Romani Pontificis signatarum: nec non falso publicantes Litteras Apostolicas, etiam in forma Brevis, et etiam falso signantes supplicationes hujusmodi sub nomine Romani Pontificis seu Vice-Cancellarii aut Gerentis vices prædictorum.

10. Absolventes complicem in peccato turpi etiam in mortis articulo, si alius Sacerdos, licet non adprobatus ad confessiones, sine gravi aliqua exortura infamia et scandalo, possit excipere morientis confessionem.

11. Usurpantes aut sequestrantes jurisdictionem, bona, redditus ad personas ecclesiasticas ratione suarum Ecclesiarum aut beneficiorum pertinentes.

12. Invadentes, destruentes, detinentes per se vel per alios civitates, terras, loca aut jura ad Ecclesiam Romanam pertinentia; vel usurpantes, perturbantes, retinentes supremam jurisdictionem in eis; nec non ad singula prædicta auxilium, consilium, favorem præbentes.

A quibus omnibus excommunicationibus huc usque recensitis absolutionem Romano Pontifici pro tempore speciali modo reservatam esse et reservari; et pro ea generalem concessionem absolventi a casibus et censuris, sive excommunicationibus Romano Pontifici reservatis nullo pacto sufficere declaramus, revocatis insuper earundem respectu quibuscumque indultis concessis sub quavis forma et quibusvis personis etiam Regularibus cujuscumque Ordinis, Congregationis, Societatis et Instituti, etiam speciali mentione dignis et in quavis dignitate constitutis. Absolvere autem præsumentes sine debita facultate, etiam quovis prætextu, excommunicationis vinculo Romano Pontifici reservatæ innodatos se sciant, dummodo non agatur de mortis articulo, in quo tamen firma sit quoad absolutos obligatio standi mandatis Ecclesiæ, si convaluerint.

EXCOMMUNICATIONES

LATÆ SENTENTIÆ ROMANO PONTIFICI RESERVATÆ.

Excommunicationi latæ sententiæ Romano Pontifici reservatæ subjacere declaramus:

1. Docentes vel defendentes sive publice, sive privatim propositiones ab apostolica Sede damnatas sub excommunicationis pœna latæ sententiæ; item docentes vel defendentes tamquam licitam praxim inquirendi a pœnitente nomen complicitis, prouti damnata est a Benedicto XIV. in Const. *Suprema* 7. Julii 1745; *Ubi primum* 2. Julii 1746; *Ad eradicandum* 28. Septembris 1746.

2. Violentas manus, suadente diabolo, injicientes in Clericos, vel utriusque sexus Monachos, exceptis quoad reservationem casibus et personis, de quibus jure vel privilegio permittitur, ut Episcopus aut alius absolvat.

3. Duellum perpetrantes, aut simpliciter ad illud provocantes, vel ipsum acceptantes, et quoslibet complices, vel qualemcumque operam aut favorem præbentes, nec non de industria spectantes, illudque permittentes, vel quantum in illis est, non prohibentes, cujuscumque dignitatis sint, etiam regalis vel imperialis.

4. Nomen dantes sectæ Massonicæ aut Carbonariæ, aut aliis ejusdem generis sectis, quæ contra Ecclesiam vel legitimas potestates seu palam, seu clandestine machinantur; nec non iisdem sectis favorem qualemcumque præstantes; earumve occultos coryphæos ac duces non denuntiantes, donec non denunciaverint.

5. Immunitatem asyli ecclesiastici ausu temerario violare jubentes aut violantes.

6. Violantes clausuram Monialium, cujuscumque generis aut conditionis, sexus vel ætatis fuerint, in earum monasteria absque legitima licentia ingrediendo; pariterque eos introducentes vel admittentes, itemque Moniales ab illa exeuntes extra casus ac formam a S. Pio V. in Const. *Decori* præscriptam.

7. Mulieres violantes Regularium virorum clausuram, et Superiores aliosve eas admittentes.

8. Reos simoniæ realis in beneficiis quibuscumque, eorumque complices.

9. Reos simoniæ confidentialis in beneficiis quibuslibet, cujuscumque sint dignitatis.

10. Reos simoniæ realis ob ingressum in Religionem.

11. Omnes, qui quæstum facientes ex indulgentiis aliisque gratis spiritualibus excommunicationis censura plectuntur Constitutione S. Pii V. *Quam plenum* 2. Januarii 1569.

12. Colligentes eleemosynas majoris pretii pro Missis, et ex iis lucrum captantes, faciendo eas celebrari in locis, ubi Missarum stipendia minoris pretii esse solent.

13. Omnes, qui excommunicatione mulctantur in Constitutionibus S. Pii V. *Admonet nos*, quarto Kalendas Aprilis 1567, Innocentii IX. *Quæ ab hac Sede*, pridie Nonas Novembris 1591, Clementis VIII. *Ad Romani Pontificis curam*, 26. Junii 1592, et Alexandri VII. *Inter ceteras*, nono Kalendas Novembris 1660, alienationem et infeudationem civitatum et locorum S. R. E. respicientibus.

14. Religiosos præsumentes Clericis aut laicis extra casum necessitatis Sacramentum Extremæ Unctionis aut Eucharistiæ per viaticum ministrare absque Parochi licentia.

15. Extrahentes absque legitima venia Reliquias ex sacris Cœmeteriis sive Catacumbis Urbis Romanæ ejusque territorii eisque auxilium vel favorem præbentes.

16. Communicantes cum excommunicato nominatim a Papa in crimine criminoso, ei scilicet impendendo auxilium vel favorem.

17. Clericos scienter et sponte communicantes in divinis cum personis a Romano Pontifice nominatim excommunicatis et ipsos in officiis recipientes.

EXCOMMUNICATIONES

LATÆ SENTENTIÆ EPISCOPI SIVE ORDINARIIS
RESERVATÆ.

Excommunicationi latæ sententiæ Episcopis sive Ordinariis reservatæ subjacere declaramus:

1. Clericos in Sacris constitutos vel Regulares aut Moniales post votum solemne castitatis Matrimonium contrahere præsumentes; nec non omnes cum aliqua ex prædictis personis Matrimonium contrahere præsumentes.

2. Procurantes abortum, effectu sequuto.

3. Litteris Apostolicis falsis scienter utentes, vel crimini ea in re cooperantes.

EXCOMMUNICATIONES

LATÆ SENTENTIÆ NEMINI RESERVATÆ.

Excommunicationi latæ sententiæ nemini reservatæ subjacere declaramus:

1. Mandantes seu cogentes tradi ecclesiasticæ sepulturæ hæreticos notorios aut nominatim excommunicatos vel interdictos.

2. Lædentes aut perterrefacientes Inquisitores, denuntiantes testes aliosve ministros S. Officii; ejusve Sacri Tribunalis scripturas diripientes aut comburentes; vel prædictis quibuslibet auxilium, consilium, favorem præstantes.

3. Alienantes et recipere præsumentes bona ecclesiastica absque beneplacito Apostolico ad formam Extravagantis *Ambitosæ*, De Reb. Eccl. non alienandis.

4. Negligentes sive culpabiliter omittentes denunciare infra mensem Confessarios sive Sacerdotes, a quibus sollicitati fuerint ad turpia in quibuslibet casibus expressis a prædecess. Nostris Gregorio XV., Const. *Universi* 20. Augusti 1622, et Benedicto XIV., Constit. *Sacramentum penitentiae* 1. Junii 1741.

Præter hos hactenus recensitos eos quoque, quos Sacrosanctum Concilium Tridentinum, sive reservata summo Pontifici aut Ordinariis absolute, sive absque ulla reservatione excommunicavit, Nos pariter ita excommunicatos esse declaramus; excepta anathematis pœna in Decreto Sess. IV., *De editione et usu Sacrorum Librorum* constituta, cui illos tantum subjacere volumus, qui libros de rebus sacris tractantes sine Ordinarii approbatione imprimunt aut imprimi faciunt.

SUSPENSIONES

LATÆ SENTENTIÆ SUMMO PONTIFICI RESERVATÆ.

Suspensionem ipso facto incurrunt a suorum Beneficiorum perceptione ad beneplacitum S. Sedis Capitula et Conventus Ecclesiarum et Monasteriorum aliique omnes, qui ad illarum seu illorum regimen et administrationem recipiunt Episcopos aliosve Prælatos de prædictis Ecclesiis seu Monasteriis apud eandem S. Sedem quovis modo provisos, antequam ipsi exhibuerint litteras Apostolicas de sua promotione.

2. Suspensionem per triennium a collatione Ordinum ipso jure incurrunt alique ordinantes absque titulo beneficii vel patrimonii cum pacto, ut Ordinatus non petat ab ipsis alimenta.

3. Suspensionem per annum ab Ordinum administratione ipso jure incurrunt Ordinantes alienum subditum, etiam sub prætextu beneficii statim conferendi aut jam collati, sed minime sufficientis, absque ejus Episcopi litteris dimissorialibus, vel etiam subditum proprium, qui alibi tanto tempore moratus sit, ut canonicum impedimentum contrahere ibi potuerit, absque Ordinarii ejus loci litteris testimonialibus.

4. Suspensionem per annum a collatione Ordinum ipso jure incurrit, qui excepto casu legitimi privilegii Ordinem sacrum contulerit absque titulo beneficii vel patrimonii Clerico in aliqua Congregatione viventi, in qua solemnis professio non emittitur, vel etiam Religioso nondum professo.

5. Suspensionem perpetuam ab exercitio Ordinum ipso jure incurrunt Religiosi ejecti extra Religionem degentes.

6. Suspensionem ab Ordine suscepto ipso jure incurrunt, qui eumdem Ordinem recipere præsumpserunt ab excommunicato vel suspenso vel interdicto nominatim denunciatis, aut ab hæretico vel schismatico notorio: eum vero, qui bona fide a quopiam eorum est ordinatus, exercitium non habere Ordinis sic suscepti, donec dispensetur, declaramus.

7. Clerici sæculares exteri ultra quatuor menses in Urbe comorantes ordinati ab alio quam ab ipso suo Ordinario absque licentia Card. Urbis Vicarii vel absque prævio examine coram eodem peracto, vel etiam a proprio Ordinario, posteaquam in prædicto examine rejecti fuerint; nec non Clerici pertinentes ad aliquem ex sex Episcopatibus suburbicariis, si ordinentur extra suam diocesim, dimissorialibus sui Ordinarii ad alium directis quam ad Card. Urbis Vicarium; vel non præmissis ante Ordinem sacrum suscipiendum exercitiis spiritualibus per decem dies in domo urbana Sacerdotum a Missione nuncupatorum, suspensionem ab Ordinibus sic susceptis ad beneplacitum S. Sedis ipso jure incurrunt; Episcopi vero ordinantes ab usu Pontificalium per annum.

INTERDICTA LATÆ SENTENTIÆ RESERVATA.

Interdictum Romano Pontifici speciali modo reservatum ipso jure incurrunt Universitates, Collegia et Capitula, quocumque nomine nuncupentur, ab ordinationibus seu mandatis ejusdem Romani Pontificis pro tempore existentis ad universale futurum Concilium appellantia.

2. Scilicet celebrantes vel celebrari facientes divina in locis ab Ordinario vel delegato Judice vel a jure interdictis; aut nominatim excommunicatos ad divina officia seu ecclesiastica sacramenta vel ecclesiasticam sepulturam admittentes, interdictum ab ingressu Ecclesiæ ipso jure incurrunt, donec ad arbitrium ejus, cujus sententiam contempserunt, competenter satisfecerint.

Denique quoscumque alios Sacrosanctum Concilium Tridentinum suspensos aut interdictos ipso jure esse decrevit, Nos pari modo suspensioni vel interdicto eosdem obnoxios esse volumus et declaramus.

Quæ vero censuræ sive excommunicationis sive suspensionis sive interdicti Nostris aut Prædecessorum Nostrorum Constitutionibus aut sacris Canonibus præter eas, quas recensuimus, latæ sunt atque hactenus in suo vigore perstiterunt sive pro R. Pontificis electione sive pro interno regimine quorumcumque Ordinum et Institutorum Regularium, nec non quorumcumque Collegiorum, Congregationum, cœtum locorumque piorum cujuscumque nominis aut generis sint, eas omnes firmas esse, et in suo robore permanere volumus et declaramus.

Ceterum decernimus, in novis quibuscumque concessionibus ac privilegiis, quæ ab apostolica Sede concedi cuivis contigerit, nullo modo ac ratione intelligi unquam debere aut posse comprehendere facultatem absolvendi a casibus et censuris quibuslibet Romano Pontifici reservatis nisi de iis formalis, explicita ac individua mentio facta fuerit: quæ vero privilegia aut facultates, sive a Prædecessoribus Nostris sive etiam a Nobis cuilibet Cœtui, Ordini, Congregationi, Societati et Instituto, etiam Regulari cujusvis speciei, etsi titulo peculiari prædito, atque etiam speciali mentione digno a quovis unquam tempore huc usque concessæ fuerint, ea omnia easque omnes Nostra hac Constitutione revocatas, suppressas et abolitas esse volumus, prout reapse revocamus, supprimimus et abolemus, minime refragantibus aut obstantibus privilegiis quibuscumque, etiam specialibus, comprehensis, vel non in corpore juris aut apostolicis Constitutionibus, et quavis confirmatione apostolica, vel immemorabili etiam consuetudine, aut alia quacumque firmitate roboratis, quibuslibet etiam formis ac tenoribus, et cum quibusvis derogatoriis, aliisque efficacioribus et insolitis clausulis, quibus omnibus, quatenus opus sit, derogare intendimus et derogamus.

Firmam tamen esse volumus absolvendi facultatem a Tridentina Synodo Episcopis concessam Sess. XXIV cap. VI de Reform. in quibuscumque censuris apostolicæ Sedi hac Nostra Constitutione reservatis, iis tantum exceptis, quas eidem apostolicæ Sedi speciali modo reservatas declaravimus.

Decernentes has litteras atque omnia et singula, quæ in eis constituta ac decreta sunt, omnesque et singulas, quæ in eisdem factæ sunt ex anterioribus Constitutionibus Prædecessorum Nostorum, atque etiam Nostris, aut ex aliis sacris Canonibus quibuscumque etiam Conciliorum Generalium et ipsius Tridentini mutationes, derogationes ratas et firmas, ac respective rata atque firma esse et fore, suosque plenarios et integros effectus obtinere; sicque et non aliter in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios et Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos et Apostolicæ Sedis Nuntios, ac quosvis alios, quacumque præeminentia ac potestate fungentes et functuros, sublata eis et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi et interpretandi facultate et auctoritate, iudicari ac definiri debere; et irritum atque inane esse ac fore quidquid super his a quoquam quavis auctoritate, etiam prætextu cujuslibet privilegii aut consuetudinis inductæ vel inducendæ, quam abusum esse declaramus, scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus præmissis aliisque quibuslibet ordinationibus, constitutionibus, privilegiis, etiam speciali et individua mentione dignis, nec non consuetudinibus quibusvis, etiam immemorabilibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ Constitutionis, ordinationis, limitationis, suppressionis, derogationis, voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei et Beatorum Petri et Pauli, Apostolorum ejus, se noverit incursum.

Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ Millesimo Octingentesimo Sexagesimo Nono, Quarto Idus Octobris, Pontificatus Nostri anno vigesimo quarto.

M. Card. Mattei

N. Card. Paracciani Clarelli.


Pro-Datarius.

Visa de Curia

Loco ✠ Plumbi.

Dominicus Brutti.

I. Cugnoni.



PECCATA EPISCOPO IN DIOECESI CULMENSIS RESERVATA.


1. Incendium dolosum et efficax ad id cooperatio sive physica sive moralis.
2. Incestus in primo gradu consanguinitatis lineæ rectæ vel transversæ et in primo gradu affinitatis lineæ rectæ.
3. Homicidium voluntarium et efficax ad id cooperatio seu physica seu moralis.
4. Peccatum sodomix perfectæ et bestialitatis.
5. Furtum sacrilegium.
6. Perjurium in foro sive ecclesiastico sive civili.
7. Percussio patris aut matris, avi aut aviæ.




Et dabo clavem domus Da-



vid super humerum . . Is. 22.



Suscitabo super eas pasto-



rem unum, qui pascet. Ez. 34.



§. 10.

ORDO FACIENDI PROFESSIONEM FIDEI
CATHOLICÆ.

Fidei Professio facienda est ex Decretis Conc. Trid. Sess. 24. de reform. cap. 12. ab omnibus provisus de Canonicatibus et dignitatibus in Ecclesia Cathedrali. — Item ab omnibus provisus de beneficiis cum cura animarum, etiam Regularibus, etiamsi alias alio titulo illam fecerint, ex declaratione S. Congreg. — Item ex Const. 88. Pii IV. In sacrosancta ab omnibus promotis et promovendis ad gradus, vel lecturas liberalium artium, et comprehenduntur Ludimagistri, ex declar. S. Congr. — Item a Regularibus provisus de Monasteriis, Conventibus, ac domibus, quocumque titulo nominentur, etiam ordinum militantium, ex eadem Pii IV. Const. 89. Injuncti nobis. — Fieri autem debet in manibus Ordinarii, aut ejus Vicarii.

A. In lingua latina.

Ego **N.** firma fide credo et profiteor ómnia et síngula, quæ continéntur in Sýmbolo fidei, quo sancta et Romána Ecclésia útitur, vidélicet: Credo in unum Deum, Patrem omnipoténtem, factórem cœli et terræ, visibílium ómnium et invisibílium. Et in unum Dóminum Jesum Christum, Fílium Dei unigénitum. Et ex Patre natum ante ómnia sæcula. Deum de Deo, lumen de lúmine: Deum verum, de Deo vero: Génitum non factum, consubstantiálem Patri, per quem ómnia facta sunt. Qui propter nos hómines et propter nostram salutem descendit de cœ-

lis. Et incarnátus est de Spíritu Sancto, ex María Vírgine: Et homo factus est. Crucifixus étiam pro nobis sub Póntio Piláto, passus et sepúltus est. Et resurréxit tértia die, secúndum scriptúras. Et ascéndit in coelum, sedet ad dexteram Patris. Et íterum ventúrus est cum glória, judicáre vivos et mórtuos, cujus regni non erit finis. Et in Spíritum Sanctum Dóminum et vivificántem. Qui ex Patre Filióque procedit; qui cum Patre et Filio simul adorátur et conglorificátur; qui locútus est per Prophétas. Et unam sanctam Cathólicam et Apostólicam Ecclésiám. Confíteor unum Baptísma in remissionem peccatórum, et exspécto resurrectionem mortuórum, et vitam ventúri sæculi. Amen.

Apostólicas et Ecclesiásticas traditiónes, reliquásque ejúsdem Ecclésiæ observatiónes et constitutiónes, firmíssime admítto et ampléctor.

Item sacram Scriptúram juxta eum sensum, quem ténuit, et tenet sancta Mater Ecclésia, cujus est judicáre de vero sensu, et interpretatióne sacrárum scriptúrarum admítto; nec eam umquam, nisi juxta unánimem consensum Patrum, accípiam et interpretábor.

Profíteor quoque septem esse vere et próprie Sacraménta novæ legis a Jesu Christo Dómino nostro institúta, atque ad salutem humáni géneris, licet non ómnia síngulis, necessariá, scilicet: Baptísum, Confirmatiónem, Eucharístiam, Pœniténtiam, extrémam Unctiόnem, Ordinem et Matrimónium, illaque grátiam conférre: et ex his Baptísum, Confirmatiónem et Ordinem sine sacrilégio iterári non posse.

Recéptos quoque, et approbátos Ecclésiæ Cathólicæ ritus, in supradictórum ómnium Sacramentórum solémni administratióne, recípio et admítto.

Omnia et síngula, quæ de peccáto origináli et de justificatióne in sacrosáncta Tridentína Sýnodo defínita et declaráta fuérunt, ampléctor et recípio.

Profíteor páriter in Missa offérrí Deo verum, próprium et propitiatórium Sacrífícium pro vivis et defúctis, atque in sanctíssimo Eucharístiæ Sacraménto esse vere, réaliter et substantiáliter Corpus et Sánguinem una cum ánima, et divinitáte Dómini nostri Jesu Christi; fieríque conversiónem totíus substántiæ panis in corpus; et totíus substántiæ vini in sánguinem; quam conversiónem Cathólica Ecclésia transsubstantiatióem appéllat.

Fáteor étiam sub áltera tantum spécie totum atque íntegrum Christum, verúmque Sacraméntum sumi.

Constánter téneo purgatórium esse, animásque ibi deténtas fidélium suffrágiis juvári: similiter et sanctos una cum Christo regnántes, venerándos, atque invocándos esse, eos oratiónes Deo pro nobis offérre atque eórum Relíquias esse venerándas.

Firmíssime ássero imágines Christi, ac Deíparæ semper Vírginis, nec non aliórum Sanctórum, habéndas et retinéndas esse, atque eis débitum honórem et veneratióem impertiéndam.

Indulgentiárum étiam potestátem a Christo in Ecclésia relíctam fuisse, illarúmque usum Christiáno pópulo máxime salutárem esse affirmo.

Sanctam Cathólicam et Apostólicam Románam Ecclésiám ómnium Ecclesiárum Matrem et Magístram agnóscó, Romanóque Pontífici, B. Petri Apostolórum Príncipis successóri, ac Jesu Christi Vicário, veram obediéntiam spóndeó ac juro.

Cætera item ómnia a sacris Canónibus et œcuménicis Concíliis, ac præcípue a sacrosáncta Tridentína Sýnodo et ab œcuménico concílio Vaticanó trádicta, definíta et declaráta, præsértim de Románi Pontíficis primátu et infallíbili magistério, indubítánter recípío, atque profíteor, simulque contrária ómnia, atque hæreses quascúmque ab Ecclésia da-

mnátas, rejéctas et anathematizátas, ego páriter damno, rejício et anathematízo.

Hanc veram Cathólicam fidem, extra quam nemo salvus esse potest, quam in præsentí sponte profiteor, ac veráciter téneo, eámdem íntegram et inviolátam usque ad extrémum vitæ spíritum constan-
tíssime (Deo adjuvánte) retinére et confitéri, atque a meis súbditis, vel illis, quorum cura ad me in múnere meo spectábit, tenéri, docéri et prædicári, quantum in me erit, curatúrum: *Hic imponit ille, qui Professionem fidei emittit, manum suam dexteram super initium sancti Evangelii secundum Joannem: In principio erat Verbum etc. dicens: Ego idem N. spóndeo, vóveo ac juro, sic me Deus ádjuvet, et hæc sancta Dei Evangélia. Amen. Et finita Professione Evangelium osculatur.*

SPONSIO PAROCHI.

Ego idem *N. N.* spóndeo, vóveo ac juro, quod Reverendíssimo Dómino Epíscopo Culménsi *N.*, Illiúsque legítimis successóribus, necnon Ejúsdem Vicáριο in Spirituálibus Generáli ac Offício ecclesiástico débitam reveréntiam exhibébo eorúmque mandáta obediénter et pro posse efficáciter adimplébo; quod in acceptatióne beneficii mihi trádicti nulla intercésserit vel intercédatur fraus, dolus aut simoníæ labes; quod de bonis ad beneficium pertinéntibus nihil velim alienáre aut negligere et si quid fuísset negligéctum aut alienátum, quod id totis víribus recuperábo; quod ratiónes de bonis ad ecclésiám, ad pias fundatiónes, ad hospitále et ad confraternitátes spectántibus reddéndas curatúrus respectíve ipse redditúrus sim; quod velim curam et régimen animárum in me suscipere et táliter administráre, ut possim réddere ratiónem coram Deo meisque superioribus.

Sic me Deus ádjuvet et hæc sancta Dei Evangélia. Amen.

INSTITUTIO PAROCHI.

Auctoritate Nostra Ordinária instítuo Te in corporálem et actuálem Ecclésiæ Parochiális **N.** possessiónem, constituens Te Rectórem ejus in spirituálibus et temporálibus, ac curam animárum illíus Tibi commítens, quam ita administrábis in ánimam Tuam, ut in die judicii Deo ratiónem administratiónis Tuæ réddere váleas. Et proptérea Tibi de ipsíus frúctibus et obventiόνibus ab his, quorum ínterest, respondéri júbeo. In nómine Patris ✠ et Fílii ✠ et Spíritus ✠ Sancti. Amen.

SPONSIO DECANI.

Ego idem **N. N.** spóndeo, vóveo ac juro, quod Illustríssimo ac Reverendíssimo Ordinário Loci necnon ejúsdem Offício ac Vicário in Spirituálibus Generáli débitam reveréntiam præstábo, eorúmque mandáta obediénter et pro posse efficáciter adimplébo; quod leges ecclesiásticas et constitutiónes diocesánas ipse observábo et ab áliis frátribus Condecanálibus observándas pro posse curábo; quod tales Condecanáles, quos in offício suo negligétes et inértes, vel dignitátis suæ oblítos sciam, bina vel terna admonitióne patérna frustra adhíbita, Reverendíssimo Ordinário vel Ejúsdem Offício denuntiábo; quod dénique ómnia ália officia múnere decanális fidéliter péragam.

Sic me Deus ádjuvet et hæc sancta Dei Evangélia. Amen.

INSTITUTIO DECANI.

Auctoritate Nostra Ordinária instítuo Te **N. N.** in Archipresbýterum Decanáus **N.**, partícipem Te reddo ómnium privilegiórum, insígnium et facultátum, quæ cum múnere decanáli sunt conjúncta; item Tibi trado curam, régimen et jurisdictiόνem decanálem, volens, ut ab ómnibus et Cléricis et Láicis auctóri-

tas Tua honorétur et ut débita Tibi reveréntia et obediéntia a Tuis súbditis exhibeátur, et móneo Te, ut officiis Tuis strénue et conscientióse satisfácere studeas, ut possis ratiónem réddere in die iudícii. In nómine Patris ✠ et Filii ✠ et Spíritus ✠ Sancti. Amen.

SPONSIO EXAMINATORIS PROSYNODALIS.

Ego idem **N. N.** spóndeo, vóveo ac juro, me quacúnque humana affectióne postpósita munus Examinatóris Prosynodális a Reverendíssimo et Illustríssimo Loci Ordinário mihi demandátum secúndum normam canónicam fidéliter esse executúrum.

Sic me Deus ádjuvet et hæc sancta Dei Evangélia. Amen.

SPONSIO PROFESSORIS IN SEM. CLERIC.

Ego idem **N. N.** spóndeo, vóveo ac juro, quod Reverendíssimo Dómino Epíscopo Culménsi Illiúsque legítimis Successóribus necnon Ejúsdem Vicário in Spirituálibus Generáli ac Officio ecclesiástico débitam reveréntiam et obediéntiam exhibébo et quod múnere Professoris in Episcopáli Seminário Clericórum Diocesáno mihi demandáto in ómnibus pártibus ita fungar curámque alumnórum et erudiéndórum et ad statum clericálem educandórum tam conscientióse in me suscipiam, ut possim ratiónem réddere Deo méisque Superiórius.

Sic me Deus ádjuvet, et hæc sancta Dei Evangélia. Amen.

SPONSIO CATECHETÆ.

Ego idem **N. N.** spóndeo, vóveo ac juro, quod Reverendíssimo Dómino Epíscopo Culménsi Illiúsque legítimis Successóribus necnon Ejúsdem Vicário in Spirituálibus Generáli ac Officio ecclesiástico débitam reveréntiam et obediéntiam exhibébo et quod múnere Catechétæ apud Gymnásium **N.** (Seminárium Ludimagistrórum **N.**, scholam **N.**) mihi

demandáto in ómnibus pártibus ita fungar curámque animárum mihi concreditárum tam conscientióse in me suscipiam, ut possim ratiónem réddere coram Deo meisque Superiórius.

Sic me Deus ádjuvet, et hæc sancta Dei Evangelia. Amen.

B. PROFESSIO FIDEI

in lingua vernacula.

Ja **N. N.** mocno wierzę i wyznawam wszystkie i każde prawdy, które się zawierają w składzie wiary, którego Święty Kościół Rzymski używa, to jest: Wierzę w jednego Boga, Ojca Wszchemogącego, Stworzyciela nieba i ziemi wszystkich widomych i niewidomych rzeczy. I w jednego Pana naszego Jezusa Chrystusa, Syna Bóżego Jednorodzonego, Boga z Boga, światłość z światłości; Boga prawdziwego z Boga prawdziwego; zrodzonego, nieuczynionego, współistotnego Ojcu, przez którego wszystko się stało; który dla nas ludzi i dla naszego zbawienia z nieba zstąpił i wcielił się z Ducha Świętego, z Maryi Panny i stał się człowiekiem. Ukrzyżowany też dla nas pod Pontskim Piłatem, umę-

Jch **N. N.** glaube mit festem Glauben und bekenne alles und jedes, was in dem Glaubensbekenntnisse enthalten ist, dessen sich die Heilige Römische Kirche bedient, nämlich: Ich glaube an Einen Gott, den allmächtigen Vater, den Schöpfer des Himmels und der Erde, alles Sichtbaren und Unsichtbaren. Und an Einen Herrn Jesum Christum, den eingebornen Sohn Gottes und aus dem Vater geboren von Ewigkeit; Gott von Gott, Licht vom Lichte, wahrer Gott vom wahren Gott; gezeugt, nicht erschaffen; gleicher Wesenheit mit dem Vater; durch den alles gemacht ist; der um uns Menschen und um unseres Heiles willen herabgestiegen ist vom Himmel; und Fleisch angenommen hat durch den Heiligen Geist aus Maria der Jungfrau und Mensch geworden ist. Auch gekreuzigt ward

czony i pogrzebiony jest. I wstał zmartwych trzeciego dnia według Pisma i wstąpił na niebiosa, siedzi na prawicy Ojcowskiéj, i powtóre ma przyjść z chwałą sądzić żywych i umarłych, którego królestwo końca nie weźmie. — Wierzę w Ducha Świętego, Pana ożywiającego, który od Ojca i od Syna pochodzi: który z Ojcem i z Synem społecznie bywa chwalo-ny i wspólnie wielbiony i który mówił przez Proroków. Wierzę w jeden święty powszechny i apostoł-ski Kościół. Wyznam Chrzest jeden na odpuszczenie grzechów, i czekam zmartwychwstania umarłych i żywota przyszłego wieku. Amen.

Apostolskie i kościelne podania i insze tegoż Kościoła zachowania i ustawy mocno przyjmuję i wyznawam.

Do tego Pismo święte wedle tego rozumienia, które trzymał i trzyma Kościół święty powszechny, Matka nasza, którego jest sądzić o prawdziwym wyrozumieniu i wykładzie Pisma świętego, przyjmu-

für uns unter Pontius Pilatus, gelitten hat und begraben worden. Und auferstanden ist am dritten Tage, gemäß den Schriften, und aufgefahren ist in den Himmel, sitzt zur Rechten des Vaters. Und wiederkommen wird mit Herrlichkeit, zu richten die Lebendigen und die Toten; dessen Reiches kein Ende sein wird. — Ich glaube auch an den Heiligen Geist, den Herrn und Lebendigmacher, der vom Vater und dem Sohne ausgeht, der mit dem Vater und dem Sohne zugleich angebetet und verherrlicht wird, der durch die Propheten geredet hat. Ich glaube an Eine heilige, katholische und apostolische Kirche. Ich bekenne Eine Taufe zur Vergebung der Sünden und erwarte die Auferstehung der Toten und ein zukünftiges, ewiges Leben. Amen.

Die apostolischen und kirchlichen Überlieferungen samt den übrigen Gebräuchen und Satzungen der Kirche nehme ich an und verharre dabei auf das festeste.

Ebenso nehme ich an die Heilige Schrift nach dem Sinne, den die heilige Mutter, die Kirche, welcher es zusteht, über den wahren Sinn und die

ję; inaczej go pojmovać nie będę i wykladać, jedno wedle zgodnego wyrozumienia Ojców świętych.

Wyznam też, że siedm prawdziwie i właściwie jest Sakramentów nowego zakonu, od Jezusa Chrystusa Pana naszego postanowionych, i do zbawienia ludzkiego, acz nie wszystkim każdemu potrzebnych, a te są: Chrzest, Bierzmowanie, Ciało i Krew Pańska, Pokuta, ostatnie Pomazanie, Kapłaństwo i Małżeństwo, i że one łaski udzielają; do tego: że z nich Chrzest, Bierzmowanie i Kapłaństwo bez świętokradztwa powtarzane być nie mogą.

Przyjęte też i uznane Kościoła powszechnego obrzędy przy uroczystem sprawowaniu tychże Sakramentów przyjmuję i pochwalam.

To wszystko, co o grzechu pierworodnym na świętym Trydenckim Soborze orzeczono i objaśniono, przyjmuję i przyznawam.

Uznawam także, iż we Mszy świętej ofiaruje się Bogu prawdziwa, właści-

wahre Auslegung der Heiligen Schrift zu urteilen, angenommen hat und annimmt. Niemals will ich dieselbe anders als nach dem einstimmigen Sinne der Väter annehmen und auslegen.

Ich bekenne auch, daß sieben wahre und eigentliche Sakramente des Neuen Bundes sind, von Jesus Christus unserm Herrn eingesetzt und zum Heile des menschlichen Geschlechtes notwendig, obwohl nicht einem jeden Menschen alle notwendig sind, nämlich: die Taufe, die Firmung, das Sakrament des Altars, die Buße, die letzte Ölung, die Priesterweihe und die Ehe; — und daß dieselben Gnade erteilen, und von diesen die Taufe, die Firmung und die Priesterweihe ohne gottesräuberisches Vergehen nicht wiederholt werden können.

Auch die angenommenen und gutgeheißenen Gebräuche der katholischen Kirche bei der feierlichen Verwaltung aller obengenannten Sakramente nehme ich an und billige sie.

Alles und jedes, was im heiligen Tridentinischen Kirchenrate über die Erbsünde und die Rechtfertigung entschieden und erklärt worden

wa i błagalna ofiara, za żywych i umarłych, i że w najświętszym Sakramencie Ciała i Krwi Pańskiej jest prawdziwe, rzeczywiste i istotne Ciało i Krew wespół z Duszą i z Bóstwem Pana naszego Jezusa Chrystusa, i że się tam przemienia wszystka istota chleba i wina w Ciało i w Krew, które przemienienie Kościół powszechny przeistoczeniem nazywa.

Wyznaję też, iż pod jedną tylko postacią wszystek i zupełny Chrystus, i prawdziwy się Sakrament przyjmuje.

Statecznie trzymam, iż czyścić jest, i że się tam duszom zatrzymanym zaślugami wiernych pomoc daje.

Także, iż Świętych wespół z Chrystusem królujących czcić i wzywać mamy, i że oni modlitwy Panu Bogu za nas ofiarują, że ich relikwie mają być w poszanowaniu.

Mocno twierdzę, iż obrazy Pana Chrystusowe, Najświętszej Panny Matki Bożej i innych świętych mieć i zatrzymywać

ist, anerkenne ich und nehme ich an.

Ich bekenne auch, daß in der Messe Gott ein wahres, eigentliches und versöhnendes Opfer für die Lebendigen und die Gestorbenen dargebracht wird; und daß in dem heiligsten Sakramente des Altars wahrhaft, wirklich und wesentlich der Leib und das Blut unseres Herrn Jesu Christi mit seiner Seele und Gottheit zugegen ist, und daß die ganze Wesenheit des Brotes in den Leib und die ganze Wesenheit des Weines in das Blut verwandelt wird, welche Verwandlung die katholische Kirche Transsubstantiation (d. i. Verwandlung einer Substanz in die andere) nennt.

Ich bekenne auch, daß unter beiderlei Gestalt Christus ganz und ungeteilt und ein wahres Sakrament empfangen wird.

Ich glaube standhaft, daß es einen Reinigungsort gibt, und daß die Seelen in demselben durch die Fürbitte der Gläubigen Hilfe erhalten.

Auf gleiche Weise glaube ich, daß die Heiligen, welche mit Christus regieren, zu verehren und anzurufen sind, und daß sie bei Gott ihr Gebet für

i onym powinna cześć i poszanowanie oddawać się godzi. Władza nadawania odpustów, iż od Pana Chrystusa Kościołowi jest udzielona, których używanie Chrześcijańskiemu ludowi jest bardzo zbawienne.

Uznawam święty, powszechny i Apostolski Kościół Rzymski za Matkę wszystkich kościołów i mistrzynią, i Rzymskiemu Biskupowi świętego Piotra Xiążenia Apostolskiego następcy i Pana Chrystusowemu namiestnikowi prawdziwe posłuszeństwo ślubuję i poprzysięgam.

Również przyjmuję bez powątpienia i wyznawam wszystko inne, co przez święte ustawy kościelne i przez Sobory powszechne, a szczególnie przez święty Sobór Trydencki i przez powszechny Sobór Watykański — zwłaszcza o prymacie i nieomylnem nauczycielstwie Rzymskiego Papieża — jest podane, określone i objaśnione, i

uns darbringen, und daß ihre Reliquien in Ehren zu halten seien.

Ich behaupte ganz fest, daß die Bilder Christi und der allzeit jungfräulichen Gottesgebärerin, wie auch anderer Heiligen beizubehalten sind, und daß wir ihnen schuldige Ehre und Verehrung erweisen sollen. Daß Christus in der Kirche die Gewalt der Ablässe zurückgelassen habe und der Gebrauch derselben dem christlichen Volke überaus heilsam sei, bekräftige ich.

Die heilige, katholische und apostolische römische Kirche erkenne ich als Mutter und Lehrerin aller Kirchen; und dem römischen Papste, als dem Nachfolger des heiligen Apostelfürsten Petrus und dem Statthalter Jesu Christi, verspreche und gelobe ich wahren Gehorsam.

Ebenso nehme ich unbezweifelt an und bekenne alles übrige, was durch die heiligen Kirchensatzungen und von den allgemeinen Kirchenversammlungen und besonders von dem hochheiligen Kirchenrat von Trient und von der allgemeinen Vatikanischen Kirchenversammlung besonders über den Primat und das

wespół przeciwnie wszystkie rzeczy i kacerstwa którekolwiek od Kościoła potępione, odrzucone i przeklęte, ja także potępiam, odrzucam i przeklinam.

Tę prawdziwą katolicką wiarę, bez której żaden zbawiony być nie może, którą teraz dobrowolnie wyznawam i prawdziwie trzymam, też zupełną, nie naruszoną aż do ostatniego tchu życia statecznie za Bożą pomocą trzymać i wyznawać pragnę, i żeby od moich poddanych, albo od tych, których dozór do mnie z powinności mojej będzie należał, była trzymana, i żeby ona od nich była wyznawana, ile ze mnie będzie, starać się będę.

Ja **N. N.** toż samo obiecuję Panu Bogu, ślubuję i przysięgam: tak niech mi Pan Bóg dopomoże i ta święta Boża Ewangelia.

Ad verba illa: „Ja toż samo etc., Das verspreche, gelobe etc.“
profitens manum dexteram ponit super initio Evangelii S. Joannis:
In principio erat Verbum etc., et finita professione illud osculatur.

unfehlbare Lehramt des Römischen Papstes überliefert, entschieden und erklärt worden ist, und zugleich verurteile, verwerfe und verdamme ich auch alles, was diesem entgegen ist nebst allen Irrlehren, die von der Kirche verurteilt, verworfen und verdammt worden sind.

Diesen wahren katholischen Glauben, außerhalb dessen niemand selig werden kann, welchen ich gegenwärtig freiwillig bekenne und wahrhaft halte, will ich ganz und unverletzt bis zum letzten Hauche meines Lebens mit Gottes Hilfe auf das standhafteste bewahren und bekennen und, soviel an mir liegt, dafür sorgen, daß derselbe von meinen Untergebenen oder von denjenigen, deren Obforge mir in meinem Berufe anvertraut werden wird, gehalten, gelehrt und verkündigt werde.

Das verspreche, gelobe und schwöre ich **N. N.**, so wahr mir Gott helfe und dieses Sein heiliges Evangelium.

INDEX ET ORDO RERUM, QUÆ IN HOC RITUALI CONTINENTUR.

PARS PRIMA.

De sacramentis eorumque administratione, exsequiis et
benedictionibus.

Titulus I.

Cap. unicum. De iis, quæ in administratione Sacramentorum generaliter servanda sunt	pag. 3
--	-----------

Titulus II.

Cap. 1. De Sacramento Baptismi rite administrando	7
Cap. 2. Ordo Baptismi Parvulorum	13
Cap. 3. De Baptismo Adulorum	23
Cap. 4. Ordo Baptismi Adulorum	24
Cap. 5. Ordo supplendi omissa super Baptizatum	46
Cap. 6. Ritus servandus, cum Episcopus baptizat	48
Cap. 7. Benedictio fontis Baptismi extra Sabbatum Paschæ et Pente- costes, cum aqua consecrata non habetur	49

Titulus III.

Cap. unicum. De Sacramento Confirmationis	52
---	----

Titulus IV.

Cap. 1. De Sacramento Pœnitentiæ	55
Cap. 2. Ordo administrandi Sacramentum Pœnitentiæ	56
Oratio ante administrationem Sacramenti Pœnitentiæ	58
Oratio post administrationem Sacramenti Pœnitentiæ	59
Cap. 3. Absolutionis forma	59
Formulæ dispensationis, rehabilitationis etc.	61
Cap. 4. De Absolutione ab excommunicatione in foro exteriori	64
Cap. 5. Ritus hæreticum vel schismaticum recipiendi in sinum Ecclesiæ	67
Cap. 6. De modo absolvendi a suspensione vel ab interdicto extra vel intra sacramentalem Confessionem et dispensandi super irregu- laritate	73

Titulus V.

Cap. 1. De sanctissimo Eucharistiæ Sacramento	75
Cap. 2. Ordo administrandi sacram Communionem	77

Cap. 3. De Communionē paschali	pag. 80
Cap. 4. De Communionē Infirmorum	81
Cap. 5. Instructio bis Missam eadem die celebrandi	86

Titulus VI.

Cap. 1. De Sacramento Extremæ Uctionis	89
Cap. 2. Ordo ministrandi Sacramentum Extremæ Uctionis	91
Cap. 3. Septem Psalmi pœnitentiales cum Litanis de omnibus Sanctis	96
Cap. 4. De visitatione et cura infirmorum	115
Cap. 5. Modus iuvandi morientes	122
Cap. 6. Benedictio apostolica in articulo mortis impertienda	123
Cap. 7. Ordo commendationis animæ	126
Cap. 8. In expiratione	135

Titulus VII.

Cap. 1. De Exsequiis	139
Cap. 2. Quibus non licet dare ecclesiasticam sepulturam	141
Cap. 3. Exsequiarum ordo	142
Cap. 4. Officium defunctorum	154
Ad Vesperas	155
Ad Matutinum	164
Ad Laudes	192
Cap. 5. Exsequiarum ordo brevior ex usu diœcesis Culmensis	201
Cap. 6. De officio faciendo in exsequiis, absente corpore defuncti et in die tertio, septimo, trigesimo et anniversario	201
Cap. 7. De exsequiis parvulorum	203
Cap. 8. Ordo sepeliendi Parvulos	203
Cap. 9. De sepultura parvulorum non baptizatorum	209

Titulus VIII.

Cap. 1. De sacramento Matrimonii	211
Cap. 2. De Sponsalibus et Matrimonio	213
Cap. 3. De examine sponsorum	217
Cap. 4. Formula iuramenti libertatis canonicæ	219
Cap. 5. Ritus celebrandi Matrimonium	220
Cap. 6. Benedictio novæ nuptiæ post nuptias	231
Cap. 7. Benedictio mulieris post partum	234

Titulus IX.

Cap. 1. De Benedictionibus Regulæ generales	237
Cap. 2. Ordo ad faciendam aquam benedictam	238
Cap. 3. Aspersio aquæ benedictæ	240
Cap. 4. Benedictio domorum in Sabbato Sancto Paschæ	243
Cap. 5. Benedictio domorum alio tempore facienda	244
Cap. 6. Benedictio domus novæ	245
Cap. 7. Benedictio loci	246
Cap. 8. Benedictio vini in festo S. Joannis Evangelistæ	246
Cap. 9. Benedictio vini pro infirmis	247
Cap. 10. Benedictio aquæ in vigilia Epiphaniæ	248

Cap. 11. Benedictio auri, thuris et myrrhæ in festo Epiphaniæ	pag. 256
Cap. 12. Benedictio cretæ in festo vel vigilia Epiphaniæ	257
Cap. 13. Benedictio in visitatione domorum tempore Epiphaniæ adhibenda	257
Cap. 14. Benedictio candelarum extra diem Purificationis B. M. V.	261
Cap. 15. Benedictio candelarum in festo S. Blasii	262
Cap. 16. Benedictio thalami	263
Cap. 17. Benedictio novæ navis	263
Cap. 18. Benedictio communis super fruges et vineas	264
Cap. 19. Benedictio agni paschalis	264
Cap. 20. Benedictio ovarum	265
Cap. 21. Benedictio panis	265
Cap. 22. Alia benedictio panis	266
Cap. 23. Benedictio ad quodcumque comestibile et potabile	266
Cap. 24. Benedictio novorum fructuum	267
Cap. 25. Benedictio olei simplicis	267
Cap. 26. Benedictio herbarum in festo Assumptionis B. M. V.	268
Cap. 27. Benedictio vexilli processionalis	271
Cap. 28. Benedictio peregrinorum ad loca sancta prodeuntium	272
Cap. 29. Benedictio peregrinorum post reditum	274
Cap. 30. Benedictio domus scholaris noviter erectæ	275
Cap. 31. Benedictio instrumentorum organi in Ecclesia	281
Cap. 32. Benedictio loci, in quo transitorie missa est celebranda	282
Cap. 33. Benedictio ad omnia	282
Cap. 34. Benedictio viæ crucis	283
Cap. 35. Benedictio rosariorum confraternitatis Rosarii	288
Cap. 36. Benedictio scapularis ac receptio Confratrum B. M. V. de Monte Carmelo	289
Cap. 37. Benedictio sacerdotalium indumentorum in genere	292
Cap. 38. Benedictio mapparum sive linteaminum altaris	294
Cap. 39. Benedictio corporalium	294
Cap. 40. Benedictio tabernaculi seu vasculi pro sacrosancta Eucharistia conservanda	295
Cap. 41. Benedictio vasorum pro sacris Oleis includendis	296
Cap. 42. Benedictio ostensorii pro Ss. Sacramento fidelium venerationi exponendo	296
Cap. 43. Benedictio novæ crucis	297
Cap. 44. Benedictio imaginum J. Chr. D. N., B. M. V. et aliorum Sanctorum	298
Cap. 45. Benedictio primarii lapidis pro Ecclesia ædificanda	299
Cap. 46. Benedictio novæ Ecclesiæ seu Oratorii publici	304
Cap. 47. Reconciliatio Ecclesiæ violatæ	308
Cap. 48. Benedictio novi Cœmeterii	311
Cap. 49. Reconciliatio Cœmeterii violati	312
Cap. 50. Benedictio signi, vel campanæ ex Pontif. Rom.	314
Cap. 51. Benedictio novæ campanæ ex Indulto	325
Cap. 52. Benedictio simplex novæ campanæ	327



276
 Item
 oratio
 B. M. V.
 286

PARS SECUNDA.

De Processionibus.

Regulæ generales	pag. 331
----------------------------	----------

Titulus I.

Processiones ordinariæ.

ss.	1.	De processione in die Festo Purificationis B. M. V.	332
ss.	2.	De processione in die Palmarum	338
ss.	3.	Ordo servandus feria V., VI. et Sabbato majoris hebdomadæ	344
ss.	4.	Processio et denudatio altarium post Missam feriæ V. in Cœna Domini	345
ss.	5.	De processionibus feriæ VI. in Parasceve.	
	a.	Processio ante Missam Præsantificatorum	349
	b.	Processio pro deponendo Ss. Corpore Christi in sepulchro	350
ss.	6.	Dominica Resurrectionis. Apertio sepulchri et Processio	354
ss.	7.	Processio paschalis ante majorem Missam	359
ss.	8.	Ordo servandus in Litaniarum majorum processione in Festo S. Marci	361
		De Litanii minoribus Rogationum	377
ss.	9.	Processio in Festo Ascensionis Domini	377
ss.	10.	Processio in die sancto Pentecostes	380
ss.	11.	De processione in Festo Corporis Christi	382
ss.	12.	Ritus solemniter exponendi et reponendi Ss. Sacramentum	392
ss.	13.	Devotio triduo ante diem Cinerum	394
ss.	14.	Processio theophorica	395
ss.	15.	De adoratiônè perpetua	396
ss.	16.	De processione generali pro fidelibus defunctis	396

Titulus II.

Processiones extraordinariæ.

ss.	1.	De processione ad petendam pluviam	412
ss.	2.	Processio ad postulandam serenitatem	414
ss.	3.	Preces ad repellendam tempestatem	415
ss.	4.	Preces dicendæ tempore penuriæ et famis	417
ss.	5.	Processio tempore mortalitatis et pestis	419
ss.	6.	Preces dicendæ in Litanii tempore belli	421
ss.	7.	Processio in quacumque tribulatione	425
ss.	8.	Preces dicendæ in processione pro gratiarum actione. — Te Deum.	428
ss.	9.	In gratiarum actione, quæ fit lætitiæ publicæ causa absque processione	434
		Orationes pro Papa, Episcopo, Imperatore et Rege	434
ss.	10.	De processione in translatione sacrarum Reliquiarum insignium	436
ss.	11.	Introductio novi Parochi seu Beneficiati	436
ss.	12.	Ordo solemniter recipiendi Episcopum	439



APPENDIX.

§. 1.	Powszechna modlitwa kościelna — Allgemeines Kirchengebet	pag. 443
§. 2.	Litaniæ Lauretanæ	447
	A. In lingua latina	447
	B. In lingua vernacula	449
§. 3.	Litaniæ Ss. Nominis Jesu	454
	A. In lingua latina	454
	B. In lingua vernacula	455
§. 4.	Litaniæ de Sacro Corde Jesu	459
	A. In lingua latina	459
	B. In lingua vernacula	461
§. 5.	Litaniæ de S. Joseph	465
	A. In lingua latina	465
	B. In lingua vernacula	466
§. 6.	Supplicationes	468
§. 7.	Modus celebrandi jubilæum status sacerdotalis	471
§. 8.	Modus celebrandi jubilæum status matrimonialis	474
§. 9.	Pii PP. IX. constitutio, qua ecclesiasticæ censuræ latæ sententiæ limitantur	481
	Peccata Episcopo in Diœcesi Culmensi reservata	489
§. 10.	Ordo faciendi Professionem fidei catholicæ	491
	A. In lingua latina	491
	B. In lingua vernacula	497

BENEDICTIONUM INDEX ALPHABETICUS.

A bsol. in art. mortis impertienda papalis.	pag. 123	C œmeterii novi.	pag. 311
A gni paschalis.	264	C œmeterii violati.	312
A quæ i. e. ordo ad faciendam aquam benedictam.	238	C omestibilis cujuscumque ac potabilis.	266
A quæ baptismalis extra Sabbatum Paschæ et Pentec.	49	C ommunis super fruges et vineas.	264
A quæ in Vigilia Epiphaniæ.	248	C orporalium.	294
A spersio aquæ benedictæ.	240	C retæ in Festo vel vigilia Epiph.	257
A uri in Festo Epiphaniæ.	256	C rucis novæ.	297
B aptismalis fontis v. Aquæ.	238	C rucis viæ.	283
B lasii S. in Festo bened. candelarum.	262	D omorum in Sabb. S. Paschæ.	243
C ampanæ vel Signi.	314	D omorum alio tempore facienda.	244
C ampanæ novæ, quæ tamen ad usum Ecclesiæ non inserviat.	325	D omorum visitatio tempore Epiphaniæ adhibenda.	257
C andelarum extra diem Purificat.	261	D omus novæ.	245
C andelarum in Festo S. Blasii.	262	D omus scholaris.	275
		E cclésiæ novæ.	304
		E cclésiæ violatæ.	308
		E sculentorum.	264

2001

Biblioteka Główna UMK



300043389116


508


Benedictionum Index alphabeticus.


F ontis baptismi extra Sabb. Pa- schæ et Pentec.	pag. 49	P aramentorum (<i>vide</i> Indumento- rum).	pag. 292
Fructuum novorum.	267	Peregrinorum ad loca sancta prod- euntium.	272
Frugum et vinearum.	264	Peregrinorum post reditum.	274
H erbarum in Festo Assumptionis B. M. V.	268	Potabilis cujuscumque ac come- stibilis.	266
I maginum D. N. J. C., B. M. V. et aliorum Sanctorum.	298	Primarii Lapidis.	299
Indumentorum sacerdotalium.	292	Processionalis vexilli.	271
Instrumentorum Organi in Ec- clesia.	281	R econciliatio cœmeterii violati.	312
L apidis primarii pro ecclesia ædi- ficanda.	299	Reconciliatio ecclesiæ violatæ.	308
Linteaminum altaris.	294	Rei cujuscumque <i>seu</i> ad omnia.	282
Loci.	246	Rosariorum.	288
Loci, in quo transitorie Missa ce- lebranda est.	282	S acerdotalium indumentorum.	292
M apparum altaris.	294	Scapularis B. M. V. de Monte Car- melo.	289
Monstrantiæ <i>vid.</i> Ostensorii.	296	Scholæ novæ.	275
Mulieris novæ nuptæ post nuptias.	231	T abernaculi seu Vasculi pro Ss. Eucharistia conservanda.	295
Mulieris post partum.	234	Thalami.	263
Myrrhæ in Festo Epiphaniæ.	256	Thuris in Festo Epiphaniæ bened.	256
N avis novæ.	263	V asculi pro Ss. Eucharistia con- servanda.	295
Novæ ecclesiæ.	304	Vasorum pro sacris Oleis inclu- dendis.	296
Novi cœmeterii.	311	Vexilli processionalis.	271
Novorum fructuum.	267	Viæ crucis.	283
O lei simplicis.	267	Vinearum et frugum.	264
Omnis rei <i>seu</i> ad omnia.	282	Vini in Festo S. Joannis Apost. et Evang.	246
Oratorii publici.	304	Vini pro infirmis.	247
Organi in ecclesia.	281	Violatæ ecclesiæ reconciliatio.	308
Ostensorii pro Ss. Sacramento fide- lium venerationi exponendo.	296	Violati cœmeterii.	312
Ovorum.	265	Visitatio domorum tempore Epi- phanie.	257
P anis.	265		
Panis alia benedictio.	266		



BIBLIOTEKA
UNIERSYTECKA
w Toruniu







AKT POŚWIECENIA CAŁEGO RODU LUDZKIEGO NAJŚWIĘTSZEMU SERCU JEZUSOWEMU

O Jezu Najśłodszy, Odkupicielu rodzaju ludzkiego, wejrzyj na nas korzących się u stóp ołtarza Twego. Twoją jesteśmy własnością i do Ciebie należeć chcemy; oto dzisiaj każdy z nas oddaje się dobrowolnie Najświętszemu Sercu Twemu, aby jeszcze ściślej zjednoczyć się z Tobą. Wielu nie zna Ciebie wcale; wielu odwróciło się od Ciebie, wzgardziwszy przykazaniami Twemi. Zlituj się nad jednymi i drugimi, o Jezu Najłaskawszy, i pociągnij wszystkich do Świętego Serca Swego. Królem bądź nam, o Panie, nie tylko wiernym, którzy nigdy nie odstąpili od Ciebie, ale i synom marnotrawnym, którzy Cię opuścili. Spraw, aby do domu rodzicielskiego wrócili co prędzej i nie zginęli z nędzy i głodu. Króluj tym, których albo błędne mniemania uwiodły, albo niezgoda oddziela; przywiedź ich do przystani prawdy i jedności wiary, aby rychło nastąpiła jedna owczarnia i jeden pasterz. Królem bądź tych wszystkich, którzy jeszcze błakają się w ciemnościach pogaństwa lub islamizmu, i racz ich przywieść do światła i królestwa Bożego. Wejrzyj wreszcie okiem miłosierdzia Swego na synów tego narodu, który był niegdyś narodem szczególnie umiłowanym. Niechaj spłynie i na nich, jako źródło odkupienia i życia, ta Krew, którą oni niegdyś wzywali na siebie. Zachowaj Kościół Swój, o Panie, i użyż mu bezpiecznej wolności. Użyż wszystkim narodom spokoju i ładu. Spraw, aby ze wszystkiej ziemi od końca do końca, jeden brzmiał głos: Chwała bądź Bożemu Sercu, przez które nam stało się zbawienie; Jemu cześć i chwała na wieki. Amen.

Biblioteka
Główna
UMK Toruń

977896

Biblioteka Główna UMK



300043389116

Biblioteka
Główna
UMK Toruń

977896

Biblioteka Główna UMK



300043389116

